MICHAELIS GRASSI
I. C. CELEBERRIMI,
AC PRÆSTANTISSIMI:

ET IN ROSTOCHIENSI ACADEMIA
ordinarij Codicis Profeſſoris, necnon
illuſtriſ. Ducis Megapolenſ.
Cancellarij,

RECEPTARVM SENTENTIARVM,

De ſucceßione tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato,

VOLVMEN SECVNDVM:

In quo continetur §. finalis de officio hæredum, & iuribus vtriuſque hæreditatis communibus, ſcilicet de aditione & iure deliberandi circa eam, de tranſmiſſione, inuentario, collatione & executoribus vltimarum voluntatum, &c. dudum ab authore promiſſus, & in octo articulos diſtinctus,

OPERA

MARTINI NIGRINI I.V.D. VALDENBVRGENSIS FRANCI.

Acceſſit ad vſum Iuriſconſultorum, Rerum & Verborum INDEX non vulgaris.



LVGDVNI,
SVMPTIBVS PETRI LANDRY.
M. DCIII.





ILLVSTRISSIMO PRINCIPI D. PHILIPPO LVDOVICO COMITI PALATINO AD RHENVM, DVCI VTRIVSQVE

Bauariæ, Comiti in Veldentz & Sponhaim, &c. Dn. suo clementissimo.



SOLET iis, qui solida ædificij iecerunt alicuius fundamenta, iisque multa variáque minuentes ac partientes conclauia parietes superstruxerunt, nihil prius esse, quàm tectum & fastigium imponere; vt vsibus, quorum causa inceptum est: melius deseruiat, ætatémque diuturniorem ferat. Hac in re, si quis ob publica commoda absentis, vel morte præuenti vices ac munera subeat, neminem esse arbitror, qui hunc non magnoperè commendet: vt, qui humanæ societatis, vel amicitiæ, aut etiam pietatis secut us iura, homini, eiúsque domui, quantum in eo est, consultum voluerit. Quamobrem adeò malum confido nullum fore, vt vitio mihi vertat, quòd breue gener, longum hospes & discipulus, tempus longius amicus, ¶. finalem sententiis MICHAELIS GRASSI, ab ipso studiosis promissum, adiecerim. Voluit quidem ipse, sed Principum & publica eum prohibuerunt negotia, quibus aliquo modo subleuatum statim inopina abstulerunt fata. Nolui ab initio ego, quantam prouinciam susciperem non ignarus, sed renuentem vicerunt crebræ Petri Grassi, parentis optimi optimæ subolis preces, cunctantem instigauit Typograph postulatio sedula. Petita postulatáque feci, facta nunc aliis communia esse volo, sed Illustrissime Princeps, vt ornatiora exirent, non sine tuo nomine. Ea enim est Palatinorum familia, quæ ob bellicam laudem ac gloriam exteris & maximis populis terrori, Romano Imperio propter generis nobilitatem honori, omnibus à virtutum elegantia chara sit. Is tu es Princeps, vt inter præcipuos orbis proceres non multo negotio primas capias. Latinæ linguæ parens si te suo audiret loquentem ore, consulem vel dictatorem Romanum diceret Plato, qui philosophos, hoc est, viros præteritorum præsentiúmque gnaros, futurorum prouidos, bonis moribus egregios, ad rerum locat gubernacula, tibi prudentiæ sapientiæque gloria incluto, virtutum præstantia claro, in maiore, extra omne dubium, Republica præ multis aliis commendaret clauum. Inspexi in tua aula, alia ad vtriusque nominarem loca inuidiam ac odium, magnificentiam cum maxima frugalitate summam. Vidi tuæ fidei creditos, tibíque subiectos viuere



CONTINVATIO.

POSTQVAM dictum est in antecedentibus §. § quid sit *hereditas, bonorum possessio, legatum, donatio mortis causa*, quæ relinquuntur *codicillo, institutione, substitutione*, cui affine est *fideicommissum ac ius accrescendi*, & quæ diminuuntur per *Falcidiam, Trebellianicam*, atque *Legitimam*, quæ potissimum illorum est, qui ius *Suitatis* habent, atq; de aliis, quæ ex testamento vel ab intestato *per Legitimam*, deferuntur *successionem*, ordinis nunc postulat ratio, vt deinceps ostendamus, acper communes doceamus DD. sententias, quo pacto, ne detrimento afficiaris, ea acceptes. In primis autem necesse est, vt *deliberes*, & probè consideres, num expediat id, quod ad te deuoluitur voluntate hominis vel legis: deinde, si damnosum inueneris *repudia*, sin lucrosum cognoueris, *acquire* seu acceptа, quod si ab alio detinetur, legitimis repete actionibus. *Transmittitur* namque in te eodem iure, quo defunctus habuit, in cuius succedis locum, cuius refers personam ad commoda atque incommoda, quibus vt subleueris, si deliberato non agnouisti animo, *inuentarium* confice, & omnia legitimè consigna hæreditatis bona, vltra quæ tibi nihil erit soluendum vel impendendum. Tertiò cum coherede familiam diuide, tuúmque fratrem in herciscundo iniuria ne afflice, sed quæ ex bonis defuncti antè accepisti, in medium *confer*, aut si mauis retinere, à partitione te subtrahe, ac omnia quæ tibi à defuncto mandata, vel ipsi incumberent efficienda, effice. Tandem licet nihil tibi per quamuis vltimam voluntatem relictum, sed testamenti executio demandata est, illud diligenter & fideliter *exequere*, ne testatoris vltima voluntas, & supremum mentis iudicium, in maximum pauperum, atque adeò Reipub. & Ecclesiæ damnum, maneat sine exitu & effectu. Quamobrem nobis in hoc §. finali agendum erit. 1. De *iure deliberandi*. 2. de *omissione*. 3. de *acquisitione*. 4. de *transmissione hereditatis*. 5. de *inuentario*. 6. de *collatione*. 7. de *officio heredis*. 8. de *executoribus* testamenti.

Vlpiani, quem nec Alciat. nec Cont. viderunt, atque ideò cretionem ex verbo suo cernere descripserunt. Non tamen inficias ire possumus. cernere hæreditatem, significare hæreditatem ex præscripto testatoris adire. Sic enim Vlpianus d. tit. 22. illud explicat. Cernere, inquit, est verba cretionis dicere, ad hunc modum. Cùm me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cernóque.

5 Sed nunquid ius cretionum per ius deliberandi est sublatum, ita, vt hodie testator hæredi non possit præfinire tempus, intra quod adeat? Respondeo: De hac quæstione sunt sententiæ discrepantes. Quod quolibet die hæres institutus hæreditatem adire possit, gloss. in dict. leg. cretionum testatur, ex qua Bart. ibid. Tholosan. in syntag. iur. lib. 46. cap. 2. VVesenbec. paratit. ff. de iur. deliber. & alij DD. in d. l. cretionum, negatiuam ducunt opinionem, quia testator ipse iure nõ potest excludere hæredem per lapsum temporis, l. nemo potest, ff. in fi. cum ibi notat. ff. de legat. 1. Contrariam verò tuentur Rapha. Paul. Castr. Angel. in dict. leg. si quis hæres, ff. de acquir. hæred. Fulgos. per d. gloss. in l. cretionum, atque concludunt, quod hæres post præterlapsum, à testatore ad adeundum præfinitum tempus, non amplius admittatur, nec Castrensi obstare videtur d. l. nemo potest, quam interpretamur de iure quæsito, non quærendo.

Hasce opiniones conciliare studet Alexand. in l. cretionum, hoc pacto, vt prior sententia obtineat, si purè & absolutè tempus à testatore præscriptum est, & hoc tanquam ex communi omnium Dd. mente in l. nemo potest, ff. de leg. 1. cõcludit, quod testator non possit ipso iure per lapsum temporis hæredem excludere. Sin conditionaliter testator tempus adeundi adiecerit, puta si intra quinque menses Titius hæreditatem non adierit, exhæres esto, teneat posterior opinio, quia conditio in testamento à testatore adposita, in forma impleri debet, quoniam pro forma est, l. Mæuius. ff. de condit. & demonstrat. & ibidem communiter Dd. omnes, Socin. consil. 31. lib. 3. Ioan. Cephal. volum. 3. consil. 441. Hanc dicit communem opinionem Iason in l. Gallus, §. quid si tãtum, ff. de liber. & posthumis. Communem quoque asserit Iacob. de S. Gregorio in l. pater, ff. de iure dot. Communem quoque ait Crauet. consil. 1. numero tertio adeò vt priuetur hæres etiam hæreditate, si sine testatoris consilio vxorem duxerit, quemadmodum testatur Clarus in §. testament. quæst. 69.

Sed magis placet opinio Angeli sine distinctione, quam etiam probat alteraj glos. in dict. l. cretionum, communiter approbata teste ibid. Alexand. qui refert ita fuisse Florentiæ decisum, cui assentitur Oldra. consil. 108. quem allegat Crauet. consil. 127. Nam non ipsæ sunt sublatæ cretiones, per l. cretionum, sed illarum scrupulosa solennitas, qua tertia, quinta, septima solum feria, item solenni verborum enunciatione hæredes poterant hæreditatem cernere, neque contra leges quid faciet, aut cauebit in suo testamento testator, ne leges locum habeant, si cretionis suæ tempus continetur intra illud tempus, quod à l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber. præscribitur. Quod enim leges possunt in testamento, hoc magis poterit testatoris voluntas, secundum communem opinionem Doctorum in dict. leg. nemo potest.

6 Verum tempus ita à testatore assignatum in testamento, quando currit? Respond. non nisi à die scientiæ, licet testator non dixerit, hæreditatem meam cernito intra centum proximos dies post meam mortem, quibus scieris, potueris. Ita tenet Roman. consil. 228. & Mandos. ibid. in addit. Tiraquell. qui alios refert plurimos, de vtroque retract. tit. 1. arg. §. trigesimoquinto glos. 4. num. 9.

7 Quæro, ius deliberandi quare sit à prætore introductum? Respond. gloss. ad dict. leg. si seruus, §. ait prætor, l. Aristo, ff. de iureiur. deliber. & ibid. Godofred VVesenbec. in paratit. eod. tit. atque alij Doctores in d. legib. tenent, quod introductum sit tàm in gratiam creditorum, ne diutius suspendantur hærede non adeunte, quàm hæredis causa, ne temere repudiet hæreditatem lucrosam, vel nimis audacter adeat hæreditatem damnosam, instantibus legatariis & creditoribus.

Sed verior mihi videtur opinio Budæi dicto §. extraneis. Instit. de hæred. qualit. qui prætores ius deliberandi introduxisse affirmat, ad adeundam hæreditatem, hoc est, solius hæredis gratia: nam ante ius deliberandi introductum, creditor quoque instare potuit, vt hæres hæreditatem adiret vel repudiaret: tempus solum prætor deliberandi concessit. Ait enim sic prætor: Si quis tempus ad deliberandum petet, dabo. l. si seruus, ff. de iure deliber. Creditor autem non petit, sed hæredem vrget, vt petat ius deliberandi.

8 Quæro, num ius deliberandi etiam iure nouissimo, quo inuentarium est introductum, habeat locum? Respond. Quod sic: text. est in l. fin. §. & hæc quidem, C. de iur. deliber. quem tenent gloss. Bart. Alexand. atque alij DD. omnes. Ac licet nouum ac melius ius inductum sit (per inuentarium) remedium per nouam legem, non tamen tollitur remedium veteris legis. Hanc communem dicit Villalob. in communem opinionem verb. lex, & contractiora sunt tempora inuentarij, quàm iuris deliberandi, quod etiam minus sumptuum ac molestiarum exigit, quàm illud vt hoc vno ore omnes fatentur Dd.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Quibus competat ius deliberandi.*
2 *An etiam legatario.*
3 *An fideicommissario vniuersali.*
4 *An furioso.*
5 *An curatori furiosi.*
6 *An infanti.*
7 *Num eius tutori.*
8 *Numquid minori 25. annis.*
9 *Num seruo detur.*
10 *An domino eius.*
11 *Si filius est institutus hæres, num patri vel filio.*
12 *An detur suo hæredi.*
13 *Et si datur, an per illud sit sublatum ius suitatis.*
14 *A quo detur ius deliberandi.*

1 QVibus competit ius deliberandi? Respond. vno verbo, omnibus hæredibus, legitimis ac testamentariis, l. cum in antiquioribus, Cod. de iur. deliber. Azo, Bart. Ias. atque alij

DD.ibid.Tholosan. in syntag. iur. libro quadragesimosexto, c.2. VVesenbec. paratit. ff. ad hûc titulum, estque communis opinio.

2 Quæro, num etiam competat legatario? Respond. Communis est, quod non, quam tenent gloss. Bart. & reliqui Dd. in l. si seruus, §. ait prætor, ff. de iur. deliber. Ias. in l. cum filiofamilias, ff. de legat. 1. Sichard. in rub. C. de iur. delib. & ratio est, quia legatarius nullum metuit damnum, vt hæres. Legatum namque non detrimento, sed lucro esse solet, dict. leg. cum filiofamilias, l. hæreditatem, ff. mandati, leg. si creditori, ff. de legat. 1. Et communis est regula, vt testatur Socin. lege prima ff. eodem. Ne legatum sit inutile, ac sine lucro.

3 Quæro, an ius deliberandi detur fideicommissario? Resp. quod sic: ita tenet gloss. & Bart. in dict. leg. si seruus, Alexand. in l. si patroni, §. fideicommissum, ff. ad Trebellian. Socin. §. veniamus, nume. sexagesimoseptimo ff. de legat. 1. dicit quod Bart. opinionem sequantur omnes. Hoc tamen intelligendum est de fideicommissario vniuersali, non particulari, qui merum lucrum, ille verò etiam damnum exspectat, atque hæredis habetur loco, l. si filius, §. 1. ff. ad Senatuscon. Macedon. Angel. & Imol. in lege 1. §. si quis quadringenta, & Bart. ibid. §. de illo, ff ad Trebell. Eámque communem testatur Iason in dict. leg. cum filiofamilias.

4 Quæro, num ius deliberandi concedatur furioso? Respond. quod non. Nam is mente caret, l. si cum dotem, §. si maritus, ff. solut. matrim. nec voluntatem habet l. qui seruum, ff. de acquir. hæred. l. furiosi, ff. de re. iur. sine quibus nulla deliberatio est, qua diligenti consultatione & perquisitione res, quæ dubia est, ad certitudinem quandam perducitur, tanquam per libellum res ad iustum redigitur pondus, secundum Tholos. in syntag. iur. libro quadragesimosexto cap. 2. Nec vllum aliud negotium furiosus, ex communi Dd. sententia, ad leg. in negotiis, ff. de reg. iur. contrahere potest.

5 Sed, num curatori eius dabitur? Respond. quod non, siquidem ille non potest omittere, neque acquirere. Repudiare autem non potest, quia ipsi non licet, illi quem in cura habet nocere, vt seruat Cynus in l. fin. ff. de administrat. & peric. totorû, Bar. Nicol. de Neapol. ac cõmuniter Dd. in l. ab agnato, ff. de curat. furios. atque eius est repudiare, qui nomine proprio sibi acquirere potest, Bart. in l. tutor, ff. de furios. Alexand. l. legatum, ff. de legat. 1. Dec. & Modern. in leg. bonorum, C. qui admitti. Adire non potest, quia hæreditas per procuratorem acquiri non potest, l. per procuratorem, ff. de acquir. hæred. Sed de istis quæstionibus infra in artic. de omissione & acquisitione.

6 Quæro, an infanti detur? Respond. Infans ille est verè infans, neque fari potest, vel quod idem est, septem annos non excessit, l. penult. ff. de verb. obligat. l. mulier, ff. eodem l. qui habet, §. si pupillus, ff. de tut. l. penult. §. sufficit, ff. de administ. tut. aut maior est septem annis. Priore casu nec velle nec nolle in ea ætate creditur, Dec. & alij in d. l. in negotiis, ergò neque deliberare, num velit an nolit adire, atque tum furioso comparatur secundum Iason. Decium, atque alios, in l. infantis, C. qui admitti. Posteriore casu deliberare potest vnà cum tutore, l. pupillus, ff. de acquirend. hæredit. gloss. & Doctores, ibi omnes, præcipuè Bartol. & Iason. Hanc testatur communem Alexand. in l. more, ff. eodem, communem quoque asserit Iason in l. pupillorum, ff. eodem.

7 Ex dictis quæro, cui competit ius deliberandi, hærede existente infante? num tutori eius Respondeo: Is potest deliberare, qui potest hæreditatem aut acquirere vel omittere, repudiare vel adire, secundum communem Doctorum opinionem, quam diximus quæstione prima hoc articulo. Ac licet tutor solus hæreditatem infanti delatam adire possit, l. si infanti, C. de iur. deliber. & de qua agemus infra in articulo acquisitionis, tamen non potest solus repudiare, vt dicetur articulo omissionis, quæstione 12. n. 3.

8 An soli minori detur ius deliberandi. Respond. quod non, quia solus adire nequit, neque solus, si curatorem habet, repudiare potest, secundum communem, quam habet Alexand. in l. impuberibus, ff. de acquirend. hæredit. & de qua agemus infra in articul. omissio, quæstio. 12. nume. 5. & in articul. acquisitio hæreditatis, quæstione. 17. nu. 10.

9 Quæro, num ius deliberandi competat seruo? Respond. quod non. Ita sentit Iason in l. nec emere, C. de iur. deliberand. & in l. 1. §. 1. iuncta ibidem gloss. ff si quis omiss. caus. testament. item in l. cum proponas, C. de hæred. institut. Decius in l. 1. C. qui admitti, Bartol. & communiter Doctores omnes in dict. leg. si seruus, ff. de iur. deliber. Nam etiam in iure prætorio serui pro nullis habentur, dict. leg. si seruus, leg. quod attinet, & leg. seruus, ff. de regul. iur. neque velle creditur, qui alterius subest imperio, l. velle, ff. eodem.

10 Cui igitur competit ius deliberandi, si hæreditas delata est seruo? Respond. domino eius, in cuius potestate est seruus, l. cum filio, ff. de legat. 1. ac licet dominus sine seruo adire hæreditatem solus non possit, attamen repudiare potest, vt infra articulis sequentibus dicetur, sine seruo deliberare valet; cui sententiæ videntur repugnare, quos in articul. omissio hæreditatis, enumeraui, quæstio. 17. numer. 9. qui dominum negant, solum posse hæreditatem seruo delatam repudiare.

11 Si hæreditas filiofamilias est delata, in qua erat institutus, cui detur ius deliberandi, patri, an filio? Respond. Hæreditas illa est aduentitia, vel profectitia, in illa soli filio competit, quia solus potest adire vel repudiare, vt infra tangemus, articulo acquisitionis. in hac vtrique simul datur, quoniam filius sine patre eam adire vel repudiare nequit, ita tenet Bartolus in dicta leg. si seruus, ff. de iure deliberandi, vnde secundum illum, velut refert Alexand. in dicta l. is qui hæres, ff. de acquirend. hæredit. si statueretur filio terminus à iudice, intra quem adiret, post illum elapsum nõ præiudicaret patri. Sed de his latiùs infra.

12 Quæro, an ius deliberandi competat filio, seu suo hæredi in hæreditate paterna? Respondeo: Ius deliberandi sumitur specificè vel generaliter. Si sumitur in specie, vt in dicto §. extraneis, Institut. de hæredum qualitat. tunc suo hæredi illud non competit, vt tenent in dicto §. extraneis, gloss. Bald. VVesenbec. Budæus, atque alij. Suus enim hæres non adit hæreditatem, sed illi se immiscet secundum Doctorum ibidem communem sententiam. Si generaliter pro facultate consultandi de acquirenda vel omittenda hære-

ditate

ditate accipitur, tunc suo quoque competit, vt manifestum est in l. si quis suus, l. filius, ff. de iure deliberandi, leg. cum in antiquioribus, C. eodem, Bartolus, Baldus, Angelus, Imola, & Iason, vnà cum aliis ibidem, atque hoc propter beneficium abstinendi, quod liberauit suos de necessitate immiscendi, atque ab oneribus, quibus nolentes volentes olim erant obstricti, leg. de conditionibus, ff. de conditionibus & demonstrationibus, §. sui. Institut. de hæred. qualit.

13 Ius itaque suitatis, quo necessariò hæredes erant & obligationibus paternis implicati, per ius deliberandi est sublatum? Respond. quod non. Nam ius suitatis non consistit in necessitate agnoscendi hæreditatem, sed in aliis, de quibus supra, quæst. 8. §. suitas, dictum est. Et hanc communem ait opinionem Iason in l. filio pater, ff. de legat. s.

14 Quæro, à quo petitur ius deliberandi? Respond. vel à principe vel iudice quouis ordinario, text. est in l. fin. §. & hęc quidem, C. de iur. deliber. Iure digestorum dabatur à prætore, d. l. si seruus, ff. de iur. deliber.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Ius deliberandi quando potest peti.*
2 *Hæreditas quæ dicatur delata.*
3 *An deliberantibus primis hæredibus possint interrogari, quibus nondum est delata.*
4 *An tempus deliberandi currat ab hæreditate delata.*
5 *Quantum sit tempus deliberandi.*
6 *Num illud tempus possit prolongari.*
7 *Num possit breuiari.*
8 *An possit sæpius dari.*
9 *An finito tempore iure deliberandi possit quis gaudere beneficio inuentarij.*
10 *An filio triplicetur tempus deliberandi.*

1 QVæro, ius deliberandi quando potest peti? Respond. Priusquam delata, vel postquam acquisita aut omissa est hæreditas, frustra tempus deliberandi petitur. Ius enim deliberandi est de hæreditate acquirenda vel omittenda, non de acquisita vel omissa, aut quæ nondum acquiri potest, ita tenet Bald. & VVesenbec. in dicto §. extraneis, Instit. de hæred. qualit. Monticulus in leg. fin. Cod. de iur. deliber. nec quenquam scio, qui contrariam defendat sententiam.

2 Quando hæreditas dicitur delata? Respond. Delata intelligitur hæreditas, quam quis per se vel alium adeundo potest consequi, text. est in l. delata, ff. de verb. signific. Ias. in l. bonorum, C. qui admitti, communem dicit. Sed de hac quæst. supra. §. bonor. possessio, quæst. 13. n. 3.

3 Hîc quæro, deliberantibus primis hæredibus, seu illis, quibus hæreditas delata est, an ius deliberandi detur etiam istis, qui succederent primis, si repudiassent? Respond. Diuersæ sunt de hac re sententiæ. Gloss. in rubr. C. de succes. edict. vult, quod intra tempora primi hæredis possint sequentes interrogari, num agnoscere vel repudiare velint hæreditatem: & hanc sequitur Bald. & alij Dd. eámque communem dicit Iason cum Alexandro ibid. rubr. C. de succes. edict.

Contrariam sequitur Castrensis ibidem ex ratione, quia sequentibus nondum est delata, pendente delatione prima non potest dari: secunda, cum quo faciunt Bartol. Angel. Imol. in l. quamdiu, ff. de acquir. hæred. Sed prior sententia æquior videtur, ne diutius creditores distineantur, præsertim quia hæc secunda dilatio, vt bene soluit Iason in dict. rubr. non præiudicat primæ.

4 Quæro, an statim, postquam delata est hæreditas, tempus deliberandi currat, & sic ipso iure? Respond. Tempus deliberandi à prætore petitur, vel non petitur. Si petitur fortè ab hærede sponte, vel ad instantiam creditorum seu legatariorum, tunc non currit, nisi à dationis tempore, arg. dict. leg. si seruus, ff. de iur. deliber. quæ est opinio ibi Bart. Bald. Alex. Ias. atque aliorum sine omni contradictione, ac tum quis propriè dicitur deliberare. Posteriore casu tamdiu deliberare, licet à tempore hæreditatis delatæ, quamdiu adire concessum est, hoc est, vsque ad triginta annos, vt infra in artic. acquisitionis docebimus, de qua hoc in articulo non agimus deliberatione, illa enim iure ciuili conceditur, nostrum hoc ius deliberandi à prætore introductum per iudicem præfinitur.

5 Quæro, quantum detur tempus à iudice ad deliberandum? Respond. Olim arbitrarium erat, dict. leg. si seruus, §. ait prætor, Bald. ibid. cum quo transit gloss. & DD. alij omnes. Quandocunque enim lex non exprimit tempus, in arbitrio iudicis relinquit. Et gloss. in l. quamdiu, ff. de acquir. hæred. terminum adhuc hodie ex arbitrio iudicis existimat posse statui, cuius opinionem, Ioan. Dilect. Durand. de artic. testandi, tit. 11. caut. 7. arbitratur communiorem. Sed per leg. fin. C. de iur. deliberand. illud tempus est annuum, si ab imperiali datur culmine, nouem verò mensium si ab alio conceditur magistratu: ita tenet Azo in summa, C. de iur. deliber. éstque recepta hæc opinio à Bald. & multis DD. in dict. §. & hæc quidem. Diuersum tamen statuere videtur Ioan. Dilect. de arte testan. tit. 11. caut. 8. atque alij, qui ex dict. leg. cum in antiquioribus, volunt dari annum semper. Sed benè ait Schneidevvinus in dict. §. extraneis Instit. de hæred. qualit. quod dict. lex cum in antiquioribus loquatur de transmissione iuris deliberandi, non de ipso iure deliberandi, de quo hîc loci agimus.

6 Quæro, numquid illud tempus possit prolongari? Respond. magis communem ait Alexand. consil. 4. libr. 2. quod iudex illud tempus pro suo arbitrio dare possit. Sed expressus text. est in dict. §. & hæc quidem, quòd amplius tempus dari non possit, quem tamen gloss. Bart. atque alij, ad necessitatem nolunt adstrictum.

7 Sed an breuiari possit? Respond. mirè se torquent interpretes in rubr. C. de success. edict. Sed tu obserua, tempus deliberandi instantibus creditoribus, datur à iudice, vt eo elapso hæres exclu datur ab omni successione, locúmque relinquat sequenti, aut datur, vt si ex hæreditate non satis faciat hæres creditoribus, curator mittatur in bonorum possessionem, atque ea distrahat, quo æs alienum soluatur. Priori casu, quin nequeat tempus breuiari dubium non est, l. itaque pauciores, ff. de iure deliber. l. 1. §. largius, ff. de success. edict. gloss. Bart. Bald. & alij in dict. leg. si seruus, Alex. in rubr. C. de success. edict. ibique eam Iason communem dicit cum Decio, quo quoque sensu accipio communem, quam habet Fern. Vasquius de success. part. 3. §. 18. numero quadragesimoquarto. Poste-

riore verò casu potest breuius tempus statui, l. licet, l. si curatoris, C. de iur. deliber. quam quoque communiter receptam testatur Vasqui. de success. part. 3. dict. §. 18. quam tenent Castrens. Ias. in dict. leg. si curatoris, Angel. in leg. si seruus, ff. de bon. autor. iud. possiden. Iacob. Butr. Salic. & reliqui omnes Dd. in dict. rubr. Cod. de success. edict. ibique communem firmat Decius, veram magisque communem testatur Alexand. consil. 3. vol. 2. communiorem & verissimam nominat Ioan. Durand. de art. testand. tit. 11. caut. 8.

Ad excludendum igitur hæredem à successione, breuius tempus præfigere non potest, quàm 100. dierum, si extraneus est, dict. leg. pauciores, vel quàm annale, si parentes aut liberi fuerint, & bonorum possessionem agnoscere, adire autem cum volunt non breuius nouem mensibus, si à iudice alio, quàm ab imperatore datur, secundum d. §. & hæc quidem, ac si minus datur, Bart. putat irritari processum, per leg. 1. largius, ff. de success. edict.

8 Quæro, num hoc tempus deliberandi sæpius possit dari? Respond. communis est Dd. sententia, quod semel solum possit dari, nisi magna vrgeat causa. Sed benè dicit gloss. in dict. §. & hæc quidem, & in dict. leg. nec non, C. de iur. deliber. quanquam dubitatiuè, quod pluries detur, intra terminos tamen à prætore mortuo vel imperatore constitutos, quam sententiam amplectitur Azo in summa, C. de iur. delibet. Bart. & alij in §. & hæc quidem, eámque communem dicit Montic. in l. scimus, num. 181.

9 Quæro, an ille, cui deliberandi tempus præterlapsum est, habeat aliud tempus ad inuentarium conficiendum? Respondeo: Sunt quidam, vt testatur Montic. & gloss. verb. beneficio, dict. §. & hæc quidem, qui dicant insuper integrum tempus ad inuentarij confectionem dari. Quod tamen eidem gloss. communiter approbatæ non placet, neque imperatoris ibidem menti conuenit, qui indulget alterutrum eligere beneficium, non ambo simul.

10 Quæro, num illi, cui annus præterlapsus est ad deliberandum datus vt filio, detur alius vt agnato, item vt legitimo, antequam à successione excludatur? Respond. per distinctionem, quam habet dict. leg. 1. §. videndum, ff. de success. edict. & dico, filius excluditur ab hæreditate paterna, aut tempore à lege dato, aut repudiatione. Si tempore excluditur, obtineat communis Dd. sententia, in l. bonorum, Cod. qui admitti, & filius si elapsus est annus primus ad possessionem hæreditatis paternæ agnoscendum, succedat altero anno vt legitimus, tertio vt proximus agnatus, & ita triennium delibetet de bonorum possessione agnoscenda. Si verò repudiatione expressa vel tacita, puto, cùm illi à iudice præfinitum est tempus de hæreditate acquirenda, cæteris deferatur, secundum Bald. l. 1. C. quand. non petent. part. petent. acresc. gloss. in d. §. videndum, quam putat Castrensis singul. Alexand. in leg. quamdiu, ff. de acquir. hæredit. Iason dict. leg. bonorum, Cod. qui admitti.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIA.

1 *Num tacens per tempus à iudice ad deliberandum datum, habeatur pro repudiante vel adeunte.*

2 *An adijsse præsumatur, qui per tempus deliberandi tacet, cum in datione illud expressum est.*

3 *An qui conditionem non implet, repudiet.*

4 *An qui sua sponte tempus deliberandi petierit, repudiet, nihil agendo.*

5 *An adeat, qui petit tempus deliberandi ad instantiam substituti.*

6 *Quid si petierit ad petitionem creditorum?*

7 *Quid si ante temporis decursum mortem obierit?*

1 Dictum est, quod tempus deliberandi detur ad hæreditatem acquirendam vel omittendam, quæro igitur, si quis illud tempus sinit tacitus abire, neque repudiat, neque acquirit expressè, quid statuendum? Respond. In hoc iuris puncto sunt diuersorum Doctorum diuersæ opiniones, gloss. Azo, & Hugo in leg. fin. §. sin autem, Cod. de iur. delibet. dicunt, quòd hæres elapso tempore ad deliberandum dato, habeatur pro adeunte. Quod reliqui non sine distinctione admittunt, & quidem variâ, quam sic includo.

2 In datione temporis ad deliberandum, aut expressum & dictum est, vt nisi interea adeat, habeatur pro repudiante, & contra, nisi repudiet, existimetur pro adeunte. Et tunc quidem nullum est dubium, quin iuxta præscriptum, per datum tempus tacens, existimetur repudiasse vel adiisse.

3 Aut illud non est expressum, & tunc distingue sic: Tempus deliberandi petiit vel is, qui sine conditione institutus est, vel cum conditione potestatiua siue mixta scriptus est hæres, & in hoc casu creditur repudiasse hæreditatem, qui conditionem non impleuit, leg. si quis instituatur, ff. de hæred. instit. dict. leg. si seruus, ff. de bon. autor. iud. possiden. ita sentit Bart. in leg. si quis, ff. de acquir. hæred.

4 In altero casu iterum distingue. Qui sine conditione institutus est, petiit tempus deliberandi sua sponte, & proprio motu, vel ad alicuius instantiam. Si sua sponte postulat, secundum Cynum, Fulgos. & Alex. in dict. §. sin autem, Cod. de iur. deliber. leg. fin. habetur pro adeunte. Baldus verò in lege prima Cod. qui admitti, & Salicet. in dict. §. sin autem, non aliter volunt illum, adiisse, nisi cum hæreditas damnosa est, secus si lucrosa fuerit, habeatur pro repudiante. Quæ opinio non caret ratione: quia inductum in fauorem, non debet retorqueri in odium, leg quod fauore, Cod. de legib. & quod inductum in odium, non debet redundare in fauorem, leg. si quis solidum, ff. de hæred. instit. gloss. in dict. leg. quamdiu. ff. de acquir. hæred.

5 Quod si vero ad Instantiam alicuius alterius tempus deliberandi fuit petitum, rursus discernendum est. Aut enim petitum est instantibus creditoribus, aut institutis. Quando tempus deliberandi assignatum est ad petitionem substituti, habetur hæreditas repudiata, nam petitioni agentis hæres videtur acquiescere, dict. leg. quamdiu, Iuncta ibid. gloss. Bart. in dict. leg. si quis suus Alex. in d. §. sin autem. Eamque communem dicit opinionem Fernand. Vasquius de successionib. part. 3, §. 18.

6 Si propter creditores statuitur tempus, ei cui de-

cui defertur hæreditas, intra quod adeat vel repudiet, si interea temporis nihil fecerit, præsumitur adiisse, test. dict. leg. fin. §. sin autem, C. de iur. deliber. Castrens. Salic. Alex. Atque alij ibid. Bart. in leg. gerit, ff. de acquir. hæred. Alex. consil. vigesimo, libro septimo. Crauet. consilio trecentesimo nonagesimo, Ioan Baptist. Asineus leg. quarta, §. nec quis putet. ff. de religios. & sumpt. fun. Hanc communem asserit Fernand. Vasqu. dict. titul. Communem quoque ait Mantica, de vltim. voluntat. coniect. libro duodecimo, titulo decimotertio.

7. Quid si hæres petito tempore deliberandi, ante eius exitum mortem obierit, num habeatur pro repudiata? Respond. quod non: nam terminus defuncto datus, etiam hæredi eius censetur concessus. Succedit etenim in vniuersum, quod defunctus habuit ius, leg. hæredem eiusdem. ff. de regul. iur. Atqui defunctus nondum potuit dici repudiasse, vel adiisse. Ergò nec hæres eius. De altero iure deliberandi, quod defunctus sciens sibi hæreditatem delatam, in vita non adiit aut repudiauit, ad hæredem transmittit, ex d. leg. cum in antiquioribus. dicemus in artic. transmissio hæreditatis.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Quis effectus sit iuris deliberandi.*
2 *Ius deliberandi quid habeat præ inuentario.*
3 *Quale inuentarium deliberans debeat conficere.*
4 *Quare teneatur facere inuentarium.*
5 *Herede deliberante apud quem sint bona hereditatis.*
6 *Num tempore deliberationis detur bonis curator.*
7 *Quid si heres est absens, vel ignoratur.*
8 *An possit absenti statui terminus ad deliberandum.*
9 *Si certus sit, num debeat citari nominatim.*
10 *An sufficiat generalis citatio, si incertus est.*
11 *Citato, vt declaret animum, quantus terminus statuatur.*
12 *An institutus sub conditione possit citari.*
13 *Num frater fiat curator bonorum, cum vxori in vita vsusfructus est relictus.*
14 *An heredi deliberanti debeantur alimenta ex hereditate.*

1 QVæro, quis sit effectus iuris deliberandi? Respond. Effectus eius præcipuus ille est & vnicus, quem in fine eiusdem diximus, nimirum hic, ne hæres præcipitanter amplectendo, vel repudiando hæreditatem, in grauia se coniiciat damna, atque pericula. Sunt tamen quædam quasi finis adiuncta, quæ recensebimus.

2 Ergò minus efficit ius deliberandi, quàm beneficium inuentarij, quod legitimè confectum hæredem præstat omnino indemnem? Respond. Quamuis tuta, frequénsque via sit hæreditatem beneficio inuentarij adire, habet tamen ius deliberandi, etiam sua commoda præ illo, si §. sin verò, capite secundo, Nouella 1. contra communem Doctorum sententiam secundum aliquos, quibus me socium adiungo, ita intelligendus est, vt si quis dubius de hæreditaris viribus adiuerit eam, & inchoauerit inuentarium, vel confecerit, etiam non tamen secundum illam figuram, quam imperator prædixit, in dict. leg. fin. Cod. de iur. deliber. & dicta Nouella prima non gaudeat & fruatur illius beneficio. Ac nostram sententiam non parum muniunt verba, in dict. §. sequentia, vers. Et hoc dicimus, non nostram minuentes legem, quam posuimus (leg. cum in antiquioribus) vt nihil de proprio damnificentur hæredes creditoribus. Atque clarè, quod volumus, patebit ex iurium collatione. Iure Digestorum hæredes postquam adierant hæreditatem, præeunte deliberatione, vel sine illa, tenebantur creditoribus in solidum, legata verò non debebantur, nisi ad vires patrimonij, leg. si vniuersæ, C. de leg. & de illis Falcidia detrahebatur. Iure Codicis circa deliberationem hoc introductum est, vt, si quis temerario proposito (potest enim quiuis, licet causam dubitandi non habeat) deliberationem petierit, inuentarium teneatur insuper conficere, ne legatariis fraudi sit. Si igitur inuentarium minimè conscripserit, & vel adierit hæreditatem, vel minime eam repudiauerit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minime vtatur, quod si post deliberationem recusauerit, inuentario minimè confecto, tunc res hæreditarias creditoribus, vel his, qui ad hæreditatem vocantur legibus, reddere compelletur, quantitate earum sacramento res accipientium manifestanda, cum taxatione à iudice facienda, textus est in dict. §. sin autem hoc aliquis. Nec aliud quicquam circa ius deliberandi immutatum deprehendimus, nisi vt deliberans etiam consignet inuentarium, quale etiam tutor conficit, vt suo sacramento res hæreditarias manifestet, si repudiat, ne creditoribus, & legatariis fraudi sit. Sed communis interpretum schola sequitur Bartol. in dict. §. sin autem hoc aliquis, qui sic iura confert. Quædam sont iura antiqua, & secundum illa tenetur hæres in solidum creditoribus, legata verò non debentur, nisi vsque ad vires patrimonij, dicta leg. si vniuersæ, Cod. de legat. Quoddam est ius Codicis, & secundum hoc, si non petiit tempus ad deliberandum, & inuentarium confecit, non tenetur creditoribus, nec legatariis vltra vires hæreditarias, dicta lege fin. §. & si præfatam. Si verò petiit tempus ad deliberandum, & inuentarium fecit, tunc habent locum iura antiqua, vt creditoribus teneatur in solidum, contra legatarios vtatur Falcidia, vt hic, in verb. sin autem hoc aliquis. Si verò inuentarium non fecerit, siue petierit tempus ad deliberandum, siue non, creditoribus tenetur in solidum, & contra legatarios non vtitur beneficio Falcidiæ, dicta leg. fin. §. sin verò postquam, & in vers. si quis autem temerario, tamen legatariis non tenetur vltra vires hæreditarias, dict. leg. si vniuersæ. Tertium est ius Authenticorum, quo iure, si inuentarium non fecit, tenetur creditoribus ac legatariis in solidum, vt infra ad leg. Falcid. auth. sed cum testator. Quid hinc concludes, nisi vt semper hæres teneatur conficere inuentarium, nec quicquam illi prosit tempus deliberandi, nisi quod sit longius tempore inuentarij, quod vltra nonaginta dies, si

res

res præsentes sunt, sese non extendit, dict. l. fin. §. licentia.

3 At quale inuentarium debet conficere, qui petit ios deliberandi? Respondeo: ex dictis patet, quod communis interpretum sententia requirat tale, quale hæres debet conficere, qui non petito deliberandi tempore hæreditatem adit. Sed verior mihi videtur illa opinio, quæ deliberantem ad nullum aliud adstringit, quàm quilibet alius facit, qui rationes reddere tenetur, quia textus in dicto §. sin autem hoc aliquis fecerit, distinguit effectum iuris deliberandi, & iouentarij, nec huius beneficium deliberanti concedit, cessante itaque effecto, cessabit quoque caussa, argu. lege seruis, Codice de Episcopis & clericis.

4 Quamobrem tenetur deliberans conficere inuentarium, & bona hæreditaria consignare? Respondeo, vt possit creditoribus & legatariis reddere rationes, vel si nolit adire, ipsas res hæreditarias ipsis, vel aliis successoribus restituere, textus est in dicto §. sin autem hoc aliquis, versic. si quis autem temerario. Et secundum communem opinionem quiuis tenetur conficere inuentarium, qui est obligatus ad rationes. Caput enim rationum est inuentarium, vt Parisius in cons. septuagesimonono. num. 17. lib. 2. probat.

5 A'nne igitur hærede deliberante res hæreditariæ apud ipsum sunt? Respondeo: quod sic, ita tenet gloss. Raphael Fulgos. Cuman. Alexand. Iason, atque alij in dicto §. sin autem, Viuianus in leg. ait prætor, leg. Aristo. scribit, ff. de iure deliberandi. Franciscus Marc. in decis. Parlament. part. prima, quæst. vigesimaseptima. Monticul. ad dictam leg. final. & §. Sin autem, verb. reddere.

6 Nec pendente termino deliberandi datur curator bonis, secundum Doctores, præcipuè Imol. & Iasonem in rubric. Cod. de successor. edict. Bartol. in l. si constante, §. si ab exhæredato, ff. soluto matrimo. & Bald. in leg. fin. §. cum igitur, Cod. de iur. deliber. nam quouis momento speratur adiri hæreditas vel repudiari. Limitant tamen Doctores in leg. si quis instituatur, ff. de hæredibus instit. nisi fuerit æger hæres, vel impeditus, tunc enim cogetur mittere curatorem bonorum.

7 Quid si hæres est absens, & creditor instet, num dandus sit curator? Respondeo: quod curator tum dari possit, quando hæres est peregrè, vel ignoratur vbi sit, qui ipsius nomine intendat actiones, si quæ tempore sunt perituræ, ita tenet Cyn. in leg. secum, §. hoc etiam, Cod. de iuramen. calum. Bartol. in l. si quis instituatur, ff. de hæred. instituendis, §. si sub conditione, Bald. ibidem in §. Et ideo gloss. in leg. ab hostibus, ff. ex quibus caussis maio. quam sequuntur Doctores, præ cæteris autem Cuman. Bartol. & Bald. Specular. in tit. de iurament. calumn. §. restat verb. idergo, gloss. in leg. cæterum, Cod. de iuramen. calum. quam sequuntur ibi Doctores communiter, velut asserit Alex. consil. 4. lib. 2. num. 5.

8 Sed an absenti statui possit terminus intra quem adeat vel repudiet? Respondeo: quod sic, sed cum caussæ cognitione. textus est in l. si quis instituatur, §. fin. ff. de hæredib. instituendis, ibidem Baldus, Angel. Iason. & hunc dicit omnium Doctorum intellectum Alexand. consilio quarto, libro secundo, qui dicto consilio caussæ cognitionem interpretatur, vt non ita coarctetur absens, sicut præsens, sed terminus statuatur paulo longior.

9 Ad hoc verò debet citari personaliter & nominatim, leg. prima, §. denunciari, ff. de vent. inspic. Bartol. in leg. si diu, ff. quib. ex caussis in possess. eat. Angel. & Bald. in leg. si bona, Cod. de bon. authnr. iudicis. & communiter DD. in l. si curatoris, Cod. de iur. deliberand. velut testatur ibid. Alexand.

10 Verùm si ignotum esset, quis hæres, & quo vocetur nomine? Respond. communis est Doctorum sententia in dict. leg. si quis instituatur, & in dict. leg. si curatoris, Cod. de iure deliberandi, vt per generalem vocetur citationem. Ita tenent quoque Iacob. Butr. & Bald. in auth. si omnes, Cod. si min. se ab hæred. abstin. Inno. in ca. fin. qui ma. ac possess. Abbas in cap. fin. de vit. & hon. cler. Andr. cap. fin. de elect. in 6. communem dicit Alexand. consilio centesimoseptimo, libro quinto. communem quoque ait Felinus, capite secundo de cõstitutionibus. Quin nec Princeps contra irrequisitum potest aliquid definire, capite primo, de caussis possess. capite septimo de constitut. vbi Felin. numer. vigesimosexto, hanc communem & Legistarum & Canonistarum dicit sententiam.

11 Quæro, si iudex citat aliquem ad hoc vt declaret, an velit esse hæres, quantum temporis dare debet? Respondet Baldus ex mente Bartoli in d. l. si quis instituatur, §. sed si bonorum. Terminus idem debet statui per iudicem, qui inuenitur statutus per legem, Bald. sequitur Alexand. consilio quarto, libro secundo, numero quinto. sed hoc intellige secundum communem interpretum doctrinam, quam supra quæst. 4. habuimus ad excludendum, quam quoque Bald. iam modo d. §. hunc in modum limitat.

12 Quæro, an institutus sub conditione quoque possit citari? Respond. Quod sic: non solum vt conditionem impleat, sed etiam vt intra certum tempus adeat, textus est expressus in dict. l. si quis instituatur, §. sed si bonorum, quem sequitur ibidem Bartolus, & reliqui omnes, quam tamen intellige, si est potestatiua vel mixta, secus si casualis conditio fuerit: nam tunc secundum Iacob. de Aret. Oldr. Bart. Bald. atque alios ibidem, potest agnoscere bonorum possessionem, & hæreditatem administrare, vt curator bonorum.

13 Quæro, si testator reliquit vxorem vsufructuariam in vita ipsius, & post eius mortem instituit fratrem suum, an frater viua vxore possit administrare bona? Respondet huic suæ quæstioni Bald. in d. l. si quis instituatur, in princip. quod sic: pro bonis conseruandis, si agnouerit ille bonorũ possessionem a prætore, quia nullus alius est hæres, per glo. in l. filius. ff. de liber. & posthu. quando pendet vsusfructus.

14 Quæro, an hæredi deliberanti debeantur alimenta ex hæreditate? Respond. Hæres aut filius est, aut extraneus: illo in casu, quin debeantur, nullum est dubium, per textum in leg. filius. ff. de iure deliberandi. Posteriore casu non debentur: ita tenet ibidem gloss. quam sequuntur Ioan. de Imol. & alij Doctores, nisi fuerit pupillus,

in leg.

in l.ait prætor, ff. eodem, aut furiosus, l. hæres furiosi, ff. de petit. hæred. l. qui legatorum, ff. vt in possess. legat. quam opinionem puto veram, si non habeat pupillus vel furiosus vnde se sustentet: alimenta enim non debentur, nisi in necessitate, hanc communem opinionem dicit Curt. iun. consil. 148. Gabriel suis conclus. comm. lib. 6. de aliment. conclus. 1. num. 21. hanc magis communem affirmat.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Hæredi, vt melius deliberare possit, exhibendæ sunt rationes & instrumenta.*
2 *Nam & aliàs Notarius debet edere instrumentum, quandocunque rogatur, & petentis interest.*
3 *An creditores debeant hæredi ostendere obligationes defuncti.*
4 *Num mercatores etiam rationum libros ostendant.*
5 *Obiter quæritur, num mercatorum libri plenam faciant fidem.*
6 *Nunquid statuto induci possit, vt plenè probent.*
7 *Quid si creditores, qui sint, ignorentur.*
8 *Instrumentum an sit edendum cum die & consule.*
9 *Sed dum editur instrumentum, an testium nomina debeant simul edi.*
10 *Quo remedio instrumenta & rationes petantur edi.*

1 QVæro, vt hæres, qui petiit tempus deliberandi, possit cognoscere vires hæreditatis, & sic scire, num expediat ipsi hæreditatem acquirere vel omittere, an exhibendæ sint ei rationes atque instrumenta, in quibus res & debita sunt consignata? Respondeo: Quod sic: textus est in leg. Aristo scribit, ff. de iure deliberandi, & leg. Aristo existimat, l. qui hæres, ff. de acquir. hæredit. ita tenet quoque gloss. Accurs. Bart. Iason, atque alij communiter in l. qua quisque, §. edenda, ff. de edend. præparatoria siquidem, qualia & hîc sunt, debent edi, secundum gloss. quam sequuntur omnes in rubric. C. de edend. & editio debet fieri omnibus, quorum interest, Barto. l. 2. §. editiones, ff. de edend. quod quoque volunt Moder. in l. is apud quem, C. eod. vt ibidem testatur Dec. num. 5.

2 Instrumentum enim à Notario edi debet, quandocunque rogatur, & petentis interest, gloss. in l. prætor, ff. de edend. versi. meum, quam Bart. & DD. communiter, & est communis opinio Decio in l. ipse respice, C. de edend. quòd ista duo copulatiuè requirantur, scilicet vt intersit rogantis, & Notarius rogetur, tenet dict. gloss. in l. prætor.

3 An creditores ostendent hæredi obligationes seu chirographa defuncti? Respond. quòd sic: nam instrumenti nomine largo omnis scriptura continetur, quæ quem instituit leg. 1. ff. de fid. instrumen. cap. peruenit, de test. cogend. leg. notionem, §. instrumentorum, ff. de verb. signific. Bartol. in dict. l. 1. ff. de fid. lib. 1. instrum. cum quo alij communiter transeunt DD.

4 Quocirca & mercatores debent edere, vel monstrare libros rationum deliberanti: nam & creditori coguntur edere. Hanc communem dicit Dec. in dict. leg. ipse respice, C. de edend. quamuis ipse contrarium sentiat. Communem quoque firmat Bursat. consil. 39. lib. 1.

5 Successiuè quæro, an mercatorum libri plenam faciant fidem? in leg. finali. Respond. Quòd non: nam nulli scripturæ priuatæ pro scribente plena habetur fides. Ioannes Andreas in cap. causámque, de probationibus, Doctores omnes in leg. instrumenta domestica, eodem: istam communem dicit Roland. à Valle in consil. 91. lib. 3. communem quoque asserit Bursat. 199. lib. 1. & hanc tenent omnes Doctores in l. admonendi, ff. de iureiur. Sed contra scribentem plenè probant, secundum communem quam refert Bursat. consil. 39. lib. 1. quia omnis rationum liber facit fidem contra scribentem. Hanc communem dicit Decius in dict. l. ipse respice, nu. 2. C. de edend.

Sed an statuto induci possit, vt plenam faciant fidem? Respond. quòd sic: ita tenet Alexand. in leg. quædam, §. nummularios, ff. de edend. communem ait Crauet. de antiquitat. tempor. part. 1. numer. 27. communem testatur Alciat. in l. age, C. de transact. 6

Quid si creditores ignorentur? Respondeo: tum possunt citari per edictum & proclama publicum, vt compareant, creditúmque suum apud superiorem iudicem deducant, vel ad videndum imponi ipsis perpetuum silentium, ita tradit Bartol. & Doctor. in l. Titia, ff. de accusat. per text. in cap. fina. qui matr. accusar. poss. quos sequuntur alij ab And. Gail. 1. obseruat. 57. allegati, qui hoc insuper præiudiciis Cameræ Imperialis confirmat. 7

Quæro, an instrumentum sit edendum cum die & consule? Respond. Deliberare, & certus fieri quis non potest, nisi edantur, aut potest. Hoc casu edendus dies & consul non est, ne detur causa falsum fabricandi, ita tenet gloss. magistral. & communiter Doctores, vt testatur Alexander in dicto §. editiones, illo casu edi debent, ita tenet Bartolus in dicto §. editiones, cum quo transeunt alij, teste ibidem Alexand. numer. 14. Similiter & si quis velit dicere falsum, iuxta Bartolum & omnes Doctores in authent. si quis in aliquo, C. de edend. 8

Infertur hinc porro, an testium nomina debeant edi, cùm ostendunt instrumentum. Respond. Speculat. in tit. demissum edit. §. ostenso. verb. faciend. negatiuam tenet, quam putat procedere Bald. l. fin. C. de edend. si subsit metus, ne testes corrumperentur, quod ita intellexisse videtur Speculat. vt ex eodem apparet in titul. de testib. §. qualiter verba post hoc. 9

Sed affirmatiuam tenet gloss. in dicto §. editiones, quam communiter sequuntur DD. vt testatur ibid. Alex. Baldi tamen distinctio magis placet, quia iniustitiæ occasionem videtur amputare.

Quæro, quo remedio petantur instrumenta & rationes edi? Respond. Officio iudicis: ita tenet Bart. in d. l. ipse respice, C. de edend. quem communiter sequuntur alij, vt ibidem testatur Alexan. eámque ibi communem dicunt Bald. atque Dec. 10

Contrarium post Specul. & Anton. But. tenet dictus Alex. in d. l. ipse respice. eámque veriorem dicit: quia actiones in factum oriuntur ex edicto prætoris: quam opinionem sequitur cum aliis Dec. & ait, quòd non nobili iudicis officio petantur, sed quòd metu actionis in factum ad interesse compellantur edere, quem vide omnino in l. 1. num. 20. ff. de edendo.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *An quoque edi debeat testamentum.*
2 *Num falsum testamentum edi oporteat, vel aliud*

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *Vbi debeant aperiri tabulæ.*
2 *Quando possint aperiri.*
3 *Mors testatoris probanda est.*
4 *Quomodo probabitur?*
5 *An libello sit opus in apertura petenda.*
6 *Iuramentum calumniæ num sit præstandum.*
7 *Et an in illo, quod interfit.*
8 *An ad agnoscenda signa vocandi sint subsignatores.*
9 *Et num iuramentum testes præstare cogantur.*
10 *Num seorsim sint examinandi.*
11 *Quid si vnus testium sit mortuus?*
12 *Aut si aliqui absint.*
13 *Vel negent sigillum suum.*
14 *Quid si vnus neget sigillum, atque alij, & essent qui agnoscerent?*
15 *Quid si appareret esse signum negantis?*
16 *An totum testamentum sit edendum.*
17 *An etiam exhæredato atque legitimo hæredi debeat edi dies ac consul.*

QVæ hactenus dicta sunt, de tabulis edendis atque exhibendis, locum habent cùm sunt apertæ, quòd si occlusæ fuerint, alia obseruanda erunt, nam qui tabulas clausas resignat pœnam incurrit.

1 Quæro igitur, vbi debeant tabulæ aperiri? Respondeo. Testamenta seu tabulæ in vrbe Roma veteri ac noua, hoc est, Constantinopoli, aperiebantur & publicabantur coram magistro census l. repetita, l. placet. C. de episcopis & clericis l. testamenta. C. de testamentis. l. in hac, C. de donationibus, glossa, Baldus, Alexander, atque alij in leg. consulta diuorum, C. de testamentis. extra vrbem verò apud Rectorem prouinciæ, l. Testamenti tabulas, C. Testament. quemadmodum aperiantur: vel etiam coram defensoribus ciuitatum cap. 3. nouel. 15. hodie ex communi consuetudine coram quouis legitimo magistratu ac iudice, qui prætorem refert l. omnibus, ff. Testamenta quemadmodum aperiantur, l. cum ab initio, C. eodem, ita tenet ibidem Bartolus, Baldus, & Salycer. in leg. publicati, C. de testamentis, Roland. à Valle consil. 36. & hanc communem ait Felyn. cap. fin. de fide instrumentor. quam firmant, DD. in c. tuam de ordin. cognit.

2 Quæro, quando tabulæ possint aperiri? Respondeo: vt nemo deliberare potest antequam hæreditas ipsi sit delata, quæ nemini defertur ante obitum testatoris, ita quoque in vita testatoris tabulæ non possunt peti vt aperiantur, textus est manifestus in leg. Tabularum, §. si dubitetur vtrum viuat. ff. testamenta quemadmodum aperiantur, vbi enim testamentum, ibi mortem interuenisse necesse est, secundum Paulum Apostolum, ad Hebræos, cap. 9. cum quo sentit in dict. §. si dubitetur, glossa, & Bartolus, nec quisquam DD. dissentit, hanc communem dicit Alexander in leg. publicati. C. de testamentis. Si tamen voluerit hoc testator, vt se viuo aperiantur, tum permittitur, quoniam & omnino reuocare potest, & istam opinionem tenent Bartol. in dict. leg. omnibus. §. si dubitetur, Bald. leg. 2. C. de testamentis, Angel. & Alexan. cum Iason. in leg. testamenti, C. quemadmodum testamenta aperiantur.

3 Communis est Doctorum opinio, vt testatur Baldus in dicto §. si dubitetur, quòd mors non præsumatur, quia secundum gloss. ibidem, quilibet putatur viuere vsque ad 100. annos, hinc quæro, num petens sibi aperiri tabulas debeat mortem testatoris probare? Respondeo: quòd sic. Quia quod non præsumitur probandum est, leg. fina. C. de sacrosanct. ecclesiis, & hoc volunt etiam glos. & communiter Doctores in dict. §. si dubitetur.

4 Sed mors testatoris quomodo probabitur? Respondeo: quoniam mortis probatio difficilis, quia negatiua & priuatiua, l. actor, C. de probat. Bartol. distinguit in dicto §. si dubitetur, quam distinctionem ibi veram dicit Baldus. Aut requiritur probatio mortis in causis maximi præiudicij, vt si quis accusatur de homicidio, aut in causis maioris præiudicij, vt est causa status, vel famæ alicuius, aut agitur de causa magni, non tamen maioris vel maximi, vt est commodum aliquod pecuniæ: vel tandem tractatur causa modici præiudicij, vt est apertura & publicatio tabularum.

Primo casu mors debet verè ac plenè probari, leg. inde Neratius, in fine, & leg. sequent. ff. ad legem Aquiliam: vt si viderunt testes eum decapitari, sepeliri, signa viuentis nulla habere: cum Bartol. facit Alexander in consil. 27. libr. 1. Ioann. And. in addit. ad Specul. in titul. de confess. §. postremo, versicul. certum alias, Crauetta consil. 127. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. nume. 657. Albert. de Rosa, leg. conditionem. ff. de conditionibus & demonstrationibus, Boer. decis. 288. Nec refert, etiamsi testes illi sint cognati defuncti: imò magis idonei hi censentur, qui facilius & melius putantur scire mortem sui cognati, argumen. leg. de tutela, C. de in integrum restitut. leg. octaui; ff. vnde cognati, per DD.

Secundo casu, sub quo etiam continetur fœmina, quæ viuente viro nuberet, sufficit probatio, quæ habetur in authentic. hodie, C. de repud. Bartolus, Angelus, & reliqui Doctores, vt testatur Boerius in decis. 288. in leg. siquidem, ff. soluto matrimonio. Cardin. Alexand. in cap. præsentia, de probatio. ponit quinque modos probandi mortem mariti.

Tertio casu sufficit probatio per publicam famam, plenè probatam tamen, vt est communis opinio, teste Decio, consil. 133. nume. 4. & secundum alios, quos refert Mascard. de probatio. volum. 2. conclus. 1070. num. 10. Item per luctum, quem consanguinei fecerunt, l. 3. ff. de condictio. indebit. l. final. ff. de hæred. institut. Alexand. dicto consil. 17. lib. 7. Corneus consil. 204. volu. 3. Crauet. dicto consil. 127. atque alij plures, quos recenset Mascardus conclus. 1071. de probat.

Quarto casu sufficit semiplena probatio per famam, testem vnum, cum aliis coniecturis, item per iuramentum hæredis: ita tenet gloss. & communiter Doctores in dict. §. si dubitetur, velut testatur Bald. item Dec. in leg. fin. C. de edict. Diui Hadrian. tollend. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 671. Lanfran. c. quoniam, de testib. atque alij, quos supra partim recensuimus, partim Mascard. numerandos reliquimus.

5 Quæro, an libello sit opus? Respondeo: Hic quidem videtur requiri, per leg. testamenti, C. testam. quemadm. aper. quamuis gloss. ibidem libellum interpretetur, delegatum, quod quoque ita esse potest, & bene accipi. Sed quod non sit necessarius

aliud in iudice statuit, qui nulli diem ac consulem edet. Glossam priorem sequitur Iacobus de Aret. & Cyn. vt refert Bart. in dict. §. diem, ipse tamen inter Notarium ac iudicem, siue alium, distinctionem non admittit, sed vult, vt totum aperiatur cum die ac consule, si constet petentis interesse, si verò non constet, tum hoc debet fieri sine die ac consule, cum quo facit Angelus in consil. 164. Sed & hæc Bartoli ratio non est perfecta, nam etiam exhæreditati interest scire diem atque consulem, vt eò melius testamentum possit infringere, verùm hoc testamento non prodest, propterea velim addas seu coniungas hæc duo, si interest petentis, neque inspectio materiam falso fabricando instruere potest, dict. §. diem. Hinc etiam legatario cum die ac consule edi posse asser. quia is fallum non vult quoque Rolandin. in 1. part. florum rubric. testamentum quemadmodum aperi. quamuis Doctores cōmuniter in leg finali, C. de precibus imp. offer. & in cap. contigit. Extra de fide instrum. vt testatur Bart. in d. §. diem, contrarium velint.

17 Nunquid exhæredītato siue legitimo sit edēdum cum consule & die? Ad hanc quæstionem ex superioribus responsio sine magno negotio elici potest, quod exhæreditato vel legitimo non sit edendum totum ex textu dict. leg. eius quod C. testamenta quemadmodum aperiantur, atque ita quoque hunc textum de legitimo vel exhæreditato loqui intelligit gloss. & Bald. ibid. quem sequitur Alexand. & Rolandin. in 1. part. florum rubric. 64. Quod tamen non obseruatur, si ex die vel consule velit impugnare, nam tunc quoque ostendendus est dies atque consul. vid. quæst. supra. 6. num. 7.

18 Num tabellio rogatus ab exhæreditato vel legitimo, ipsis teneatur edere testamentum: Baldus dicit, quod edi debeat, sed absque die ac consule, quod quoque ante eum voluisse videtur Bartolus, in dict. §. diem, qui monet vt cuiuis sine die ac consule edatur, petenti testamentum, ad hoc, vt videatur an eius intersit, cum Bartol. ac Bald. faciunt Alexand. in dict. leg. eius quod. & Rolandin. in dict. rubric. 64. Atque hoc Notarius faciet non sua sponte, verum iudicis mandato, quia non fuit rogatus ab eis, nec illorum gratia confecit argumen. l. si quis aliquid, §. instrumenta, ff. de pœnis, secus verò est secundum communem Doctorum sententiam cum rogatur ab hærede scripto, quia vox eius, vox testatoris existimatur, in princip. Nouel. 48.

19 Quo pacto aperiuntur codicilli? Respondeo, eodem, quo testamentum, cuius plurimùm pars sunt, l. sicut, ff. testamenta quemadmodum aperiant. Bart. cum gloss. & aliis communiter DD.

20 Quid si plura sint testamenta, an omnia edi debeant, vel aperiri. Respondeo: quod sic: textus est manifestus in l. Tabularum, §. testam. quemadmodum aperiant. quod si vnum duobus exemplaribus scriptum est authenticis, tunc alterutro patefacto, apertæ sunt tabulæ, textus est in l. si in duobus, ff. eodem, quem sequuntur & firmant DD. communiter omnes.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An testamentum apertum coram iudice faciat fidem.*

2 *Hanc vt faciat, quid agendum.*

3 *Ad testium iuramentum citandi sunt quorum interest.*

4 *An generalis sufficiat citatio?*

5 *Forma testamentum publicandi quæ sit.*

6 *Quot testes interesse publicationi.*

7 *An etiam præsentia requiratur, in publicatione, vt in iuramenti præstatione, quorum interest.*

8 *Testamentum nuncupatiuum quomodo publicetur.*

9 *An præiudicetur non citatis ad publicationem.*

10 *Num exemplum testamenti probet ipso perdito.*

11 *Exemplo quomodo Notarius subscribat.*

12 *Testator suum quo pacto reddat testamentum publicum.*

13 *An testamentum actis insinuatum fiat publicum.*

QVæro, an testamentum coram iudice apertum faciat fidem? Respondeo: quod non, si non est per tabellionem scriptum, priuata siquidem scriptura fidem non meretur, quia & manu & signo publico caret, teste Bartolo, in leg. testamentum, C. testamenta quemadmodum aperiantur, Baldus, in leg. publicati C. de testamentis, Speculat. titul. de instrumentor. editio. §. ostenso, nume. 34. & DD. in cap. 2. extra, de fid. instrumen. neque iudicis tanta est authoritas, vt omnia, quæ ipsi exhibentur, fiant authentica, quemadmodum nec instrumenti exemplum probat, etiamsi sit à pluribus Notariis descriptum, iuxta glossam in Authentic. si quis in aliquo, C. de edend. 1
quam omnes sequuntur, vt testantur Deci. ibidem nume. 9. 1

Vt igitur fidem faciat, quid agendum? Respond. publicandum est insuper, seu certis obseruatis solennitatibus in publicam redigendum formam, iuxta Bartol. in authentic. si quis C. de testibus. Baldus consil. 53. libr. 4. Zaba. consil. 73. & DD. communiter omnes in dicta leg. publicati, vt testatur Ioann. Dilect. Durand. de arte test. titul. 2. caut. 5. 2

Et primò cùm iurant testes, citandi sunt omnes quorum interest, præcipuè vero legitimi hæredes, ab intestato qui veniunt, ita tenet Specul. in dict. §. ostenso, nume. 34. & hæc communiter tenetur à DD. in dict. leg. publicari, vt affirmat Rolandin. à Vall. consil. 36. commun. quoque enunciat Felyn. cap. final. de fide instrumentor. nam nullum iuramentum deferri debet parte absente l. in bonæ fidei, versic. causa cognita, ff. de reb. credit. l. in causæ, §. cognita causa ff. de minorib. & hæc communis est opinio teste Claro in practic. §. fin. quæst. 1. Villalob. verb. citatio. Socin. de citationibus articul. 4. num. 1. 3

Hîc quæro an sufficiat generalis citatio? Respond. quod non, sed in specie sunt citandi, ita tenet Bald. Angel. & Salycet. in dict. l. publicati, quam quoque Canonistas in cap. Albericus de test. seruare ait Roland. à Valle dict. consil. 36. quæ opinio procedit si sunt certi, secus si incerti, nam tunc sufficeret generalis citatio secundùm dictos DD. & Barto. in l. si quis instituatur ff. de hæredib. instit. Bald. in l. 2. C. de testib. Abbas in c. abbate. Eodem & moderni in c. finali. De fide instrument. vt asserit Deci. in d. authen. si quis in aliquo. 4

Deinde coram testibus sigillatim examinatis, & quidem omnibus testamentariis, totus tenor testamenti legatur, ac si iurauerint sic esse vt scri- 5

ctum est, præcipiet iudex redigi in publicam formam, qualis est in leg. hac consultissima. C. qui testamen. face. possunt, quam deinceps iubebit publicam habere fidem. Hanc publicandi formulam habet gloss. in l. 2. ff. testamen. quemad. aperi. & DD. ibid. præcipuè Cyn. & Iacob. But. Bald. in leg. testamenti. C. eod. eamque ad verbum recenset Specul. d. §. ostenso, num. 35.

6 · Quæro hic, qui & quot testes debent interesse publicationi? Respond. illi ipsi, qui testamentum subsignarunt, apertioni interfuerunt, & quidem septem numero, veluti testatur Specul. in d. §. ostenso, circa finem, quem refert atque sequitur Roland. à Valle in d. consil. 36. nume. 28. & DD. in c. penult. de fid instrum.

7 Nunquid necesse est, vt publicationi quoque intersint, quorum interest, vt sunt legitimi hæredes, atque alij contra quos aliquando fidem debet testamentum facere? Respond. quod ita l. 1. §. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibend. l. nam ita diuus. ff. de adopt. sic tenet Barto. in d. authen. si quis in aliquo C. de edend. Cardin. in cap. Albericus de testibus. & communiter DD in cap. fin. de fid. instrument. vt ibidem affirmat Felin. comm. idem ait esse in d. cap. Albericus. Nam in omni sententia etiam interlocutoria, qualis hæc est, citatio interuenire debet, hanc comm. dicit Eman. Soarez in thesauro comm. opin. verb. citatio, aliàs sententia est nulla secundum communem, quam ibi refert ibidem.

8 Quòd si testamentum est nuncupatiuum, nec in scriptum redactum? Respond. Tum ad instantiam hæredis instituti, citatis illis quorum interest, examinantur testes, post quorum examinationem iudex pronunciat attestationes illas haberi pro publicatis, & probari testamentum talis, hanc formam refert ex gl. Alex. in d. l. publicati, quæ à veritate non videtur aliena, nam & instromenti tenor potest probari per testes, quando illud fuit amissum, secundum Dec. qui hanc dicit com. in d. auth. cum quis in aliquo.

9 An valeat publicatio, si non fuerint citati quorum interest? Resp. Quod ita, propter authoritatem publicam, verùm non nocet non citatis, nec contra eos fidem facit, ita tenet Anton. But. & Imol. in cap. significauit, de testib. Castrens. & Saltc. in d. l. publicauit, Iason in consil. 67. vol. 3. quos omnes citat & sequitur Roland. à Vall. in d. consil. 36. Speculat. & Ioan. And. in d. §. ostenso, num. 35. & ante ipsos Bart. in d. leg. Tabularum. ff. quemad. testam. aper. & in d. authen. si quis in aliquo, C. de edendo.

Sed quod Notarius sic descripsit ex originali, 10
num faciat fidem originali perdito? Respond. quod sic per d. l. publicari & frequentem DD. ibid. calculum.

At Notarius quomodo subscribet? Respond. For- 11
mam ac modum ponit Specul. in d. §. ostenso, talem. In publicatione hoc pacto, inquit, Notarius subscribet. Anno, mense, die, & indictione, & loco tali, hoc testamentum fuit exhibitum, coram tali iudice, præsentibus talibus testibus sigilla sua recognoscentibus, vel præsentibus talibus testibus idoneis & honestis (cum testamentarij testes absfuerunt) inuenientibus in eo talia signa dependentia: Et ego Notarius tali authoritate de mandato talis iudicis exemplaui, quàm veracius potui, nihil addens, vel minuens, & in publicam formam redegi, originali ipso, quod iterum sigillatum à testibus dictis fuerat, in tali archiuo remanente.

Ex Veronensi repetit Roland. à Vall. in d. consil. 12
36. aliam cautelam, qua testator cauere potest, ne testamentum suum vitietur per obitum vnius vel plurium testium. Si nimirum testator confecto testamento in scripto conuocet alios tres testes, atque alium tabelhonem, & sic actum illum, quo septem testes testamento adhibiti subsignationem atque subscriptionem recognoscunt, in instrumenti formam redigat: nam testamentum aliàs non probaret, nisi publicatum, publicari & aperiri non posset, nisi omnes adessent testes recognoscentes manum & sigillum.

Hinc probata est consuetudo in hac vrbe Rosto- 13
chio, vt quis voluntatem suam vltimam ipse curet insinuari actis publicis, contra quam nulla deinde admittitur probatio.

ARTICVLVS

Omißio hæreditatis.

Post deliberationem omittit quis vel acquirit hæreditatem, vt ait gloss. magistral. in rubric. ff. de acquir. vel omitt. hæred. Ac licet articulus acquisitionis vsu sit frequentior quàm omissionis hæreditatis; rarum enim est vt quis sine hærede decedat, in hoc auaro præsertim seculo, & concesso inuentarij beneficio, omissionis tamen cognitio studiosis iuris non est inutilis, quæ si ad nihil aliud prodest, facit saltem ad acquisitionis doctrinam melius intelligendam. iuxta illud: contrariorum est contraria disciplina.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Omittere & acquirere sunt aduersa non priuantia.*
2 *Hæreditas repudiata adiri nequit, vt nec adita repudiari.*
3 *Et abstinentes & repudiantes dicuntur omittere hæreditatem.*
4 *Quid omissio sit, nouiter definitur.*
5 *Ex contraria scilicet acquisitionis definitione, quæ cum omissione à pari procedere ob id dicitur.*

QVi omittere & acquirere priuatio- 1
nem & habitum, vel negatum & affirmatum dicunt, illi omissionem nunquam hæreditatis acquisitioni præponerent, quod nec ego facilè facerem; verùm cùm aduersa esse didicerim, atque ita aduersa, vt alterum sine altero non magno negotio intelligi possit, citiúsque omissio absoluatur, quàm acquisitio, & multa deinceps sequuntur, quare hanc posteriorem, illam priorem in ordine esse volui.

Et

2 Et licet atratum dealbari, & dealbatum atrari
possit, secus tamen est in hæreditate repudiata, quæ
adiri nequit, vt nec adita repudiari. §. fin. Institut. de
hæred. qualit. l. 4. & l. fin. C. de repud. hæred. vbi
gloss. & DD. hoc communiter tradunt: voluntatem
enim defuncti leges & iura seruari voluerunt, id-
que vtilitatis publicæ causa, l. vel negare, ff. quemad.
testam. aperiantur.

3 Antequam autem vlterius progrediot, admo-
nendum arbitror, quòd omittere, item omissio,
generale verbum sit, quod in se complectitur ab-
stensionem & repudiationem, quarum hæc extra-
neorum, illa suorum hæredum est, vt probatur per
gloss. in §. extraneis, Instit. de hæred. qualit. & in d.
rubr. ff. de acquir. vel omitt. hæred. & vtrobique ac
passim alibi communiter DD. omnes.

4 Pro more itaque quæro, quid sit omissio? nam
absque rei explicatione seu definitione, quodcun-
que traditur obscure traditur. Respondeo: Omissio
hæreditatis est legitimus actus: quo quis animo in-
dubitato hæreditatem delatam omittit. Hanc defi-
nitionem per partes probabo, & explanabo me-
lius, nunc tantum ostendam, quod à communi
DD. sententia non abhorreat, sed potius illa con-
firmetur.

5 Dicunt DD. quod additio & repudiatio à pari
procedunt, vel iisdem consistunt regulis, per §. pen-
ult. institut. de hæred. qualit. & differentia, vbi gloss.
& DD. idem, quemadmodum testatur Menoch. de
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. num. 61. Iason in l. is,
qui hæres institutus, neque filiusfam. num. 13. ff. de
acquir. hæred. qui adducit ad hanc rem l. is potest,
ff. eod. & quidem hoc communiter affirmatur ob
nullam aliam caussam, nisi, quòd aditio & repudia-
tio, vel generalius, acquisitio & omissio continen-
tur sub eodem genere, quod est actus legitimus,
qui conditionem vel diem non admittit, nec hoc
dubium puto, cum omnibus constet contraria cō-
tineri sub eodem genere, vt albedinis & nigredinis
idem genus est color, constat quoque omissionem
& acquisitionem esse contraria, quare sine contra-
dictione sequetur, quòd omissio continebitur sub
illo genere, quo comprehenditur acquisitio vel a-
ditio, quæ actus est legitimus, qui suspensionem
non patitur, vt inferius articul. acquisitio, quæst. 4.
num. 2. dicetur.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Omissio hæreditatis non admittit diem vel conditio-
nem, quemadmodum nec acquisitio.*
2 *Omissio potest fieri solo animo, & quomodo.*
3 *Repudiatio errore facta non valet.*
4 *Vt neque illa, quæ metu facta est.*
5 *Filio à patre coacto repudiare quo pacto succurratur.*
6 *Nemo potest cogi adire, vel repudiare.*
7 *Ignorans non potest repudiare.*
8 *Sciet autem, omittens hæreditatem 1. se esse liberum.*
9 *Deinde hæreditatem sibi esse delatam.*
10 *Ideoque per conditionem suspensa repudiatio non
valet.*
11 *An hæres hæredis, intra tempus primi interrogatus
num velit succedere, & is neget, sibi præiudicet.*
12 *Repudiatio hæreditatis nondum delatæ cum iura-
mento facta, num valeat.*
13 *Delatam vt sciat hæreditatem, nouerit testatorem esse
mortuum.*
14 *Tertiò sciet testatorem potuisse testari.*
15 *Quartò, neminem se esse proximiorem sciet.*
16 *Quintò intelliget ex qua caussa sit hæres.*
17 *Duplici iure succedenti, repudiato nouo, superest
vetus.* 18.
19 *Etiam cum ignorauit nouum ac veteri renunciauit.*
20 *Sed quid si in genere repudiet hæreditatem.*
21 *Repudians successionem ciuilem, habebit prætoriam.*
22 *Idem procedit in iuribus, quæ successiuè deferuntur.*
23 *Quid si institutus & substitutus repudiat institutionē.*
24 *Num idem procedat in iure accrescēdi.*
25 *Sextò sciet se hæredem voluntarium vel necessarium.*
26 *Septimò nouerit ex quota parte sit hæres.*
27 *In repudiatione non sufficit ratihabitio.*
28 *Nec per procuratorem fieri potest.*

CVM igitur ex dictis constat, quod vt acquisi- 1
tio, ita omissio sit actus legitimus qualis à
DD. frequentius describitur in d. l. actus legitimi ff.
de regul. iur. omnis quoque quæ in acquisitione in-
de educta sunt consectaria, hic locum habebunt, &
primò, quod omissio non possit esse in suspenso &
pendenti, per conditionis aut diei adiectionem,
text. d. l. actus legitimi, iuncta gloss. & DD.

Deinde omissio vel repudiatio potest fieri solo 2
animo, declarato tam aliquo verbo vel facto. l. 2.
ff. de offici. procur. Cæsar. l. Recusari. ff. de acquir.
hæred. vbi Bartol. & alii DD. Signorol. in consil.
165. num. 37. Manios. in l. is potest ff. eod. titul.

Tertiò repudiatio errore facta non valet, nam 3
repudians hæreditatem certus esse debet, l. in repu-
dianda, ff. de acquir. vel omitt. hæred. & l. is, qui pu-
tat. ff. eod. & vtrobique gloss. & communiter, DD.
idem tenet gloss. & textus, in l. 2. ff. de iudic. l. si per
errorem, ff. de iurisd. omnium iudi. gloss. Bartol. &
magis communiter, DD. in l. Claudius, ff. de acquir.
hæred. veluti attestatur Alexand. in l. emancipatus,
C. de repud. bonor. possess. qui hoc interpretatur ex
frequentiori DD. calculo, etiam ad tacitam exten-
dit repudiationem & iuris errorem.

Et quoniam nihil tā consensui aduersatur, quàm 4
vis ac metus, l. nihil consensui, ff. de reg. iur. Quare
etiam abstensio & repudiatio metu facta erit, ipso
iure nulla: sed cum distinctione, quam posui in ar-
tic. acquisitio hæreditatis, quæst. 4. num. 6. & 7.

Hic quæro, quid si filius à patre coactus repu- 5
diauit hæreditatem metu, num filio succurri de-
beat. Respond. Quin filio debeat succurri, nullus
dubitat, sed de tempore dissentiunt DD. Rapha. in
l. is qui hæres, §. neque filius, ff. de acquir. hæred. exi-
stimat statim subueniri filio, quia pater cogendo
filiū repudiare, vnà censetur recusare hæreditatem.
Bart. contra post patris mortem filio putat subue-
niendum, quia per illam coactionem pater vult si-
bi acquirere hæreditatem soli. Et hanc Bartoli sen-
tentiam veriorem, atque ab aliis DD. comproba-
tam testatur Alexand. in d. §. neque filiusfamilias.
num. 10.

Atque vt nemo potest cogi adire hæreditatem, 6
ita nullus adigi potest, vt repudiet hæreditatem si-
bi delatam: nam hoc animo debet esse, vt velit vel
nolit esse hæres, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred.

Indubitato animo cum debeat fieri repudiatio, 7
quemadmodum & aditio, d. l. in repudianda, ff. de
acquir. hæred. sequitur, quod ignorans repudiatio-
nis requisita, repudiare hæreditatem nequeat.

Primum autem requisitum est, vt hæreditatem 8
repudiaturus sit homo liber. Nam seruus proprius
institutus, necessariò est hæres, & nolens volens co-

gitur adire, l. ex parte, ff. de acquir. hæred. l. 4. C. de necessariis hæred. instituend. vbi gloss. & DD. communiter, qui tamen loco abstensionis habet separationem bonorum, tit. de separat. bonor. De seruo alieno, item de deportato atque aliis, dictum est in artic. seq. Nam secundum expressissimum textum: Is potest repudiare, qui potest & acquirere, d. l. is potest, ff. de acquir. hæred.

9 Secundum requisitum est, vt sciat sibi hæreditatem esse delatam, scilicet, quod purè institutus est, vel quia conditio purificata? aliàs, quomodo recusabimus illud, quod nondum adest? De quo textus est in l. neminem. Et clarior in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. vbi gloss. & Doctores cum Bart. communiter dicunt, quod repudiatio hæreditatis nundum delatæ nun valeat. Non enim nocet, Baldo attestante, in l. ab administratione, C. de legat. nolle, qui non potest velle. Inde vulgaris distinctio inter repudiationem & renunciationem hæc est, vt repudiemus præsentia seu delata, iuxta l. 1. §. decretalis. ff. de success. edict. renunciemus verò deferendis seu futuris.

10 Iuxta præcedentia quæro: Repudiatio hæreditatis per conditionem suspensæ num valeat? Respond. Quod non, textus est in l. is qui hæres, § si quis dubitet, & l. nec is, ff. de acquir. hæred. atque ita seruant Bart. & omnes per dictas leges, vt testatur Alex. in d. l. is qui hæres. Iason tamē, qui eandem communem profitetur, hanc restringit opinionem vt repudiatio illa in iudicio facta tantum valeat, vt possint creditores mitti in possessionem per text. in l. in plurium, ff. de acquir. hæred.

11 Quæro item: Si hæres hæredis successurus intra tempus primi interrogetur, num velit succedere, & ipse dicat, quod non, num sibi præiudicet? Respond. Communis est DD. opinio, quod sic, quemadmodum refert Ias. in rub, de success. edict. in princ. & de hoc dixi in artic. ius deliberandi, quæst. 3. num. 5.

12 Quæro præterea, num repudiatio nondum delatæ hæreditatis confirmetur iuramento? Respond. Affirmatiuam probant Canonistæ ex c. 2. de pact. lib. 6. eámque comprobant Bart. Imol. Castrens. Aret. Roman. adeóque omnes, in d. l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. veluti refert Fernandus Vasqu. in l. si quando, §. illud, C. de inoffic. testam. num. 109. vbi tamen contra hanc communem defendit gloss. in d. l. qui superstitis.

13 Quoniam verò nemo potest scire sibi delatam hæreditatem esse, nisi cognouerit, non esse ei amplius dominum, necessariò etiam sciet testatorem vel eum, cui succedere vult, esse mortuum: viuentis enim nulla est hæreditas, d. l. neminem, & d. l. qui superstitis. Et textus est in l. qui hæreditatem, ff. de acquir hæred. vbi gloss. & DD. communiter idem tradunt.

14 Tertium requisitum est, vt sciat, testatorem habuisse testamenti factionem, aliàs de viribus testamenti dubitat, l. hæres. §. fin. ff. de acquir. & omitt. hæred. gloss. Bart. & reliqui DD. communiter.

15 Quartum est, vt sciat, neminem se esse proximiorem, aliàs repudiatio non valet, vt nec aditio, nondum enim delata est talis hæreditas, ideoque repudiari nequit, vt dixi supra, num. 9.

16 Quintò, nouisse hæredem repudiantem oportet, ex qua causa ad illum pertineat hæreditas, an ex testamento, vel ab intestato, l. nec is, ff. de acquir. hæred. éstque communis opinio.

17 Ideoque si ad quem duplici causa, ex testamento scilicet, & ab intestato, hæreditas ptinet, repudiato nouo iure, supererit vetus, l. quoties, ff. de regul. iur. textus est similis in l. nec is, §. hæres institutus, ff. de acquir. hæred. & vtrobique gloss. & cōmuniter Dd. Ratio autem est, quia repudiatio est renuntiationis quædam species, quæ stricti iuris est, argumen. l. tres fratres, ff. de pact. l. cum de indebito, ff. de proba. l. si domus, ff. de seruit. vrban. ita tenet Fulgos. in consil. 50. Alban. ad Bart. in d. l. nec is, §. hæres, & alij quos allegat Cagnol. in d. l. quoties.

Hîc quæro, num idem obtineat, si quis legitimā successionem repudiauit? Respond. Quia hoc in loco causa testati dependentiam habet à causa intestati, cui locus non est, quandiu illa viget, l. quamdiu. ff. de acquirend. hæreditat. sequitur, vt qui repudiat causam intestati, censeatur simul repudiasse causam testamenti, textus est in dict. §. hæres institutus, & clarior in l. illud dubitari, ff. de acquir. hæred. vbi gloss. & communiter DD. item Dec. Cagnol. in d. l. quoties, cum quibus transeunt cæteri. 18

Limitatur tamen illa communis, vt non valeat repudiatio, si ignorauit repudians sibi quoque delatam esse ex testamento, ita declarant in d. §. hæres, gloss. Bart. Angel. Imol. Castrens. Alex. Ias. & alij communiter DD per text. in l. illud dubitari, ff. de acquir. hæred. 19

Quæro, quid si quis non diceret, nolo ex testamēto succedere, sed repudio hæreditatem? Respon. vtrique iuri, tam ea causa intestati, quàm ex causa testati renuntiauit: totum namque qui dicit, omnes partes complectitur, genus qui nominat, omnes species continet, argum. l. in toto iure, ff. de reg. iur. ita concludit Bart. & omnes alij in d. §. hæres institutus. Dec. Cagnol. cum cæteris in d. l. quoties. eámque communem testatur Ias. in d. §. hæres institutus, ipse tamen cum Barbatia in rub. C. qui admitti, contrarium videtur sequi, quo ad prætoriam successionem, seu bonorum possessionem, quàm hæreditatis nomine non putat comprehendi. 20

Procedit porrò illa regula in l. quoties, etiam in iure ciuili & pretorio, alterutri si renuntiat, quis potest venire ex alio, ita tenent omnes DD. in §. hæres institutus, vt ibidem testatur Ias. per l. suum, C. de iure deliber. 21

Quæro, num dicta regula habeat quoque locum in iuribus, quæ successiuè deferuntur? Respond. Quod sic: & ibidem hoc dicit verissimum Cagnolus. Quamobrem, qui potest venire ex capite, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, si repudiauit primum caput, vnde liberi, supersunt duo reliqua, si renuntiauit, vnde agnati capiti, restat adhuc caput vnde cognati, de quo textus est in l. 1. sed videndum ff. de successor. edict. l. 2. in princ. ff. vnde legit. dixi de hoc in artic. inquisitio, quæst. 4. num. 20. Quod tamen ita intellige, si expressè facta est repudiatio respectu vnius capitis, secus si absolutè, quia expressa repudiatio facta respectu hæreditatis, non certi alicuius capitis, ab omni capite repudiantem excludit, vt refert ex gloss. in d. §. sed videndum, Dec. in d. l. quoties, deinde intellige, si non sint alij ex capite repudiato, nam tunc illis, qui antecederent, accresceret hæreditas repudiata. 22

Quæro hic, quid si idem cum alio institutus, & reciprocè substitutus, num repudiata institutione venire possit ex substitutione? Respond. Quod sic: per textum in l. si tu ex parte, ff. de acquirend. hæredit. vbi gloss. & Barto. atque hoc tanquam de communi commemorat Ias. in dicto §. hæres, nume. 30. 23

quia hoc

quia hoc modo videtur ſubſtitutus, ſi nollet inſtitutionem babere, accipiat hæreditatem ex ſubſtitutione.

24 Quæro item, num idem hæres & cohæredi ſubſtitutus, ſi repudiauit ius ſubſtitutiõis, ſimul etiam ius accreſcendi repudiaſſe cenſendus ſit? tacita nãque ſubſtitutio ius accreſcendi dicitur, per l. ſi Titio & Mæuio, §. Iulianus, ff. de legat. 2. Reſpon. Quaſi non verè ſubſtitutio vocatur ibidem ius accreſcendi, vnde ſeparata iura ſunt, ac altero repudiato, alterum adhuc ſupererit, per d. l. ſi tu ex parte, & Iaſ. in d. §. hæres inſtitutus, qui ibidem hoc notabile dicit, quoniam euenire poſſit, vt ſubſtitutio eſſet grauata legatis & libertatibus præſtãdia, quod non eſſet in iure accreſcendi, inde vtiliùs eſt hoc eligere, & alterum repudiare.

25 Sextum requiſitum eſt, vt ſciat ſe neceſſarium vel voluntarium: nam qui putat ſe neceſſarium hæredem, cùm ſit voluntarius, repudiare non poteſt: textus eſt in l. is qui putat, ff. de acquir. hæred. vbi gloſſ. & Doctores communiter idem tenent per regulam, quam inde ex l. pro hærede, ff. eod. educunt. In dependentibus à mera voluntate & animo, magis attenditur & inſpicitur opinio, quàm veritas: de qua regula ibi Iaſ. latiùs agit.

26 Septimùm requiſitum eſt, vt ſciat repudiaturus, ex qua parte ſit hæres ſcriptus, vel aliàs ſuccedat: de quo vide quæſt. 4. num. 16. in artic. acquiſitio hæreditatis.

27 Sequitur quintò ex omiſſionis genere, quod in repudiatione non ſufficiat ratihabitio; actus enim cùm legitimus ſit omiſſio, hæreditatis ſuſpenſionem non patitur ad ſui confirmationem, vt patet ex l. actus legitimi, ff. de reg. iur. & quæſt. 4. num. 20. infra de acquiſitione hæreditatis, ſed iuſſus debet præcedere, vt in aditione. Hanc communem dicit Alexan. in l. ſi quis mihi, §. iuſſum, ff. de acquirenda hæred.

28 Infertur ſextò, quod repudiatio per procuratorem fieri non poſſit, quoniam in ſolo animo conſiſtit, vt & aditio, atque ita tradit Bart. cum aliis cõmuniter DD. in l. per procuratorem, ff. de acquir. hæred. dixi in artic. acquiſitio hæreditatis, quæſtio. 4. in fin.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas omiſſa acquiri amplius non poteſt.*
2 *Quod tamen in abſtenſione non procedit: nam ſuus hæres abſtenſionem reuocare poteſt:*
3 *Quæ reuocatio debet fieri expreſſè tamen,*
4 *Ac intra triennium,*
5 *Re adhuc integra.*
6 *An poſt terminum elapſum reuocari poſſit, quoad legitimam.*
7 *Nunquid hæres filij poſſit reuocare illam abſtenſionem, vt ipſe filius.*

1 EST quoque ex dicto fonte (quod repudiatio ſeu omiſſio in genere fieri debeat certo & indubitato animo) vt hæreditas omiſſa, vel repudiata adiri amplius non poſſit: Nam quod ſemel ita placuit, amplius diſplicere non poteſt; & quod ſemel diſplicuit, vltra placere non debet, c. quod ſemel, de reg. iur. in 6. vbi Dyn. & alij, l. ſi curatoris, C. de iure deliber. eſtque communis opinio: niſi ille repudiauerit, qui reſtitui poſſit, puta, propter ætatem, læſionem, &c.

2 Quæ tamen in abſtẽſione non procedit: nã ſuus hæres abſtinens hereditate paterna, illam adire poteſt, vel ſe illi immiſcere, textus eſt capitalis in l. ſi quia ſuus, C. de repudianda vel abſtinend. hæred. vbi gloſſ. & communiter DD. eam ſequuntur ad literam omnes, eámque communem dicit Iaſon in l. pupillorum, C. eodem, communem affirmat Gomez. variar. reſolut. de tranſmiſſione, num. 39. Secus tamen obſeruatur in emancipato, vt tenet Petr. Cyn. Alber. Bart. Bald. Ang. & omnes, in l. fin. C. de repud. hæred. qui gloſſ. contrarium ibi dicentem communiter improbant, teſte Vaſq. in d. infra loco, nu. 269. comm. inſuper dicunt ibid. Alex. & Iaſ. Benedict. in c. Raynutius, verb. mortuo, de teſtam, & filio, reſpectu maternæ hæreditatis: quemadmodum dictum eſt in §. ſuitas, quæſt. 6. nu. 6. communis opinio, teſte Vaſq. de ſucceſſ. procreat. §. 21. denegat etiam petenti tempus deliberandi, ſed non rectè.

3 Quæro, quomodo reuocatio inducatur? Reſpõd. expreſſis verbis, vel per actum, qui citra ius & nomen hæredis non poteſt geri: ita tenet Angel. & Caſtrenſ. ſecundum gloſſ. in d. l. ſi quis ſuus. Eſtque de mente omnium Modernorum, vt teſtatur P. Pau. P. ad Bart. ibid communem profitetur Alex in l. ſi à patre, C. de iur. deliber.

4 Quæro, quamdiu poteſt abſtenſio reuocari? Reſpond. Si maior annis 25. conſtitutus eſt, & tempora reſtitutionis nulla ei ſuperſunt, intra trium annorum ſpatium, tantummodò huiuſmodi datur licentia? ſin autem vel minor eſt, & vtili tempore conſtitutus, tunc poſt impletum quadriennium (quod ſpatium pro vtili anno, qui reſtitutionibus dabatur, præſtitutum eſt) aliud triennium ei indulgere, intra quod poteſt adire: textus eſt capitalis in d. l. ſi quis ſuus. Hanc communem & indubitatam dicit Forfunius, in l. Gallus, §. & quid ſi, ff. de liber. & poſthum. communem item fatetur Franciſc. de Caldas in l. ſi curatorem, verb. læſis, num. 44. C. de in integrum reſtitut.

5 Quod tamen ita accipe, ſi res adhuc in ſuo ſtatu manent integræ, vt textus habet in d. l. ſi quia ſuus, quem DD. communiter ibid. firmant, teſte Franciſc. de Caldas, in d. verb. læſis, num. 41. & 42.

6 Quæro, an poſt terminum elapſum reuocari poſſit abſtenſio, quoad legitimam? Reſpond. Diuerſæ de hac re ſunt opiniones. Rom. in l. vnica, C. quando non peten. part. pet. affirmatiuam ſtatuit, argumentis his ductus, quia legitima eſt debitum, deinde quia quota bonorum non hæreditatis eſt, quem Alexand. in l. quia poterat, num. 10. ff. ad Trebell. conatur refutare, ſed magis implicat, quàm vt veritatem explicet.

7 Sed negatiuam tenet Iac. de Aret. Bart. in d. l. quia poterat. Cyn. Rayn. Bald. Salic. & Fulgoſ. in l. hæres inſtituta, Angel. in conſil. 81. Abbas in c. Raynutius, de teſtam. & hanc communem teſtatur Alex. in d. l. quia poterat.

8 Quæro, num filij hæres poſſit abſtenſionem reuocare? Reſpond. & in hac non conueniunt DD. quæſtione. Affirmatiuam tenet in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. contrariam verò ſeruat Angel. in l. ventre, ff. de acquir. hæred. cuius opinio receptior eſt, & eam communem dicunt Alex. in l. filius qui patri, ff. de vulgar. & pupill. eius additionator ad d. l. qui ſe patris, Fernand. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. §. 19. nu. 27. Anton. Gomez. variar. reſolut. tom. 1. cap.

9.num.31.& hoc propterea, quia putant illud beneficium esse personalissimum. Sed de hac quæstione dixi etiam in artic. transmissiu hæreditatis, quæst. 25.num.3.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIA.

1 *Filius substitutus fratri impuberi gaudet beneficio abstinendi.*

2 *Potest idem pupillarem agnoscere, & paternam repudiare.*

3 *Propter abstensionis beneficium immistio non præsumitur, quia vtile est illud.*

4 *Hinc transmittit hæreditatem patris non aditam.*

5 *Creditores si volunt conuenire filium, debent hoc probare, & quod sese immiscuerit.*

6 *Nec opus habet filius, vt excipiat, quod nondum agnouerit.*

7 *Beneficium abstinendi etiam transmittitur.*

1 DICTVM est in §. suitas, quæst.6.beneficium abstinendi quo iure sit introductum, cui concedatur, num sit aonale, quid introducat, &c. Nunc porrò quæro, filius num habeat beneficium abstinẽdi in hæreditate fratris, cui pupillariter est substitutus? Respond. Quod ita: nam quos possum mihi facere necessarios, possum etiam filio, l.sed si plures, ff. de vulgar. & pupill. quam opinionem tenet Bart.ibid.quem sequitur Alex.Ias.& alij communiter DD.

2 Quæro, numquid filius hæres à patre institutus & fratri substitutus, possit pupillarem hæreditatem agnoscere, & à paterna abstinere? Respond. Quod sic: textus est expressus in l.si filius qui patri, ff.de vulg. & pupil. atque ita tenet ibid. Bart. Alex. Ias. Zas. & communiter omnes DD. atque hoc de iure prætorio, non ciuili, quod præsupponit aditionem paternæ hæreditatis propter ius suitatis.

3 Propter beneficium igitur abstinendi censetur hæreditas patris non adita, & cum pupillari connexa, vt filius implicaretur debitis paternis, vel alio onere, existimatur item adita propter suitatem, vt valeant tabulæ pupillares, quæ aliàs non valent, nisi hæreditas ex testamento paterna sit adita, §. liberi, Instit. de pupillar. substi. l.qui plures liberos, in fin. ff. eod. Nam quandocunque ius abstinendi non est vtile, locum non habet, vt notatur per Bar. in d.l.si filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. Gozad. in l.qui se patris, C. vnde liber. sequens Alexand.in l.vnica, C.quando non petent.part.

4 Ideoque transmittit hæreditatem ex suitate, nõ obstante iure abstinendi ad hæredem quemcunque. Communem testantur Bald. Instit. de hæred. qualit.& different. Alex.in l.si filius qui patri, Ias.in leg. licet, C. de iur.deliberand. Gozadin.consil.36. num.3.

5 Nec in sui præiudicium filius præsumitur hæres, vt possit à creditoribus patris conueniri: nisi probetur filius, & se immiscuisse, hanc communem testatur Alexand.consil. 8. lib. 4. Decius in l. quoties, num.9. C. quando non petent. part. communem quoque ait Crauetta consil. 837.num. 4. & consil.967.num.2. communem item dicit Gribald. commun. opin. in litera F. ita tenent omnes DD. in l.necessariis, ff.de liber.& posthu.l. 1. ff. si minor se hæred.abstin. velut attestatur Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.12. tit. 10. num. 2. magis communem profitetur Ias.in l.ei qui se, ff.de acquir.hæred.

Nec opus habet filius, vt excipiat se nondum im- 6
miscuisse se, vt notant DD.in d.l. necessarius, vbi eã communem dicit Alex. communem quoque testatur Cagnol.in l. qui se patris, C. vnde liber. magis communem profitetur Roland. à Valle consil. 20. volum.1. Sed quando filios agit, semper præsumitur hæres, vt latè probat Mantic.d.loco, num.8.

Quæro hic, ius abstinendi an etiam in tantum sit 7
vtile, vt transmittatur? Respond. per distinctionem, hæres ille filij, est vel suus hæres vel extraneus, ad illum transmittitur ius abstinendi, l. si quis filium, ff. de acquir.hæred. ad hunc verò non, per l. quia tale, ff. soluto matrim. & ait Bart. in d.l. si quis filium. Omnes qui dicunt abstensionem transmitti, debent intelligi, vt ille, in quem transmittatur, habeat beneficium abstinendi. Hanc ibidem communem dicunt Alex.& Ias. quod tamen secundum DD. in d.l. si defunctus se non immiscuit, intelligendum est.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Beneficium abstinendi amittitur omnibus istis modis, quibus suitas tollitur.*

2 *Et præterea immistione seu aditione.*

3 *Item per testamenti impugnationem, ac alios modos quibus immistio facta præsumitur.*

QVæro præterea quibus modis beneficiũ ab- 1
stinendi amittatur? Respond. breuiter, omnibus istis modis, quibus suitas tollitur: nam qui suus non est, abstinendi beneficium non habet, vt suprà dictum est, quæst.3.num.2 ac §.suitas, quæst.6.

Sed præterea amittitur, si quis se immiscuit hæ- 2
reditati, l. si paterna, l. sicut, l. si quis suus, C. de repud. & abstin. ac notant in dicta l. sicut, Doctor. communiter, quod hæreditas adita repudiari non possit.

Deinde amittitur abstinendi beneficium per te- 3
stamenti impugnationem, qua aditio præsumitur: de quibus dictum est in artic.acquisitio.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Omissio non præsumitur, sed probari debet.*

2 *Omissio inducitur per verba vel facta.*

3 *Verba quæ certò omissionem inducunt, sunt: repudio hæreditatem, &c.*

4 *Actus qui certò inducunt omissionem.*

ACtus quoniam definitur, omissio esse nõ præ- 1
sumitur facta, sed probari debet, vt dixi de acquisitione in artic.seq.quæst.5.

Omissio autẽ hæreditatis probatur inducta per 2
verba vel facta, atque vtraque certa vel dubia, quẽadmodum acquisitio hæreditatis, de qua dixi in art. seq.quæst.6.& idem tradunt communiter DD. post Bart.in l.recusari, ff.de acquir.hæred.

Certa autem verba sunt, quæ certo inducunt re- 3
pudiationem vel abstensionem, vt, si quis dixerit, repudio hæreditatem mihi delatam, abstineo ab hæreditate paterna: quod autem hæc verba sint manifesta repudiationis, attestatur Cor.in l.qui se patris, C.vnde liber.

Facta vel actus, qui certo & sine dubio inducunt 4
repu-

repudiationem vel abstensionem.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Dicens, nolo adire, an repudiet.*

2 *Quid si præfixus esset terminus ad deliberandum, vel post illa verba lapsi essent tres menses.*

3 *Num filius abstinuisse dicendus, qui mediante iuramento, vel coram testibus dixerit: nolo adire hæreditatem patris.*

4 *Quid si dixerit aliquis non adeo hæreditatem.*

5 *Sed si enunciauerit, nolo esse hæres.*

6 *An repudiet, qui dicit, displicet mihi hæreditas, aut credo respuendam.*

7 *Num repudiet, qui dicit, non sum hæres.*

8 *Nunquid inducatur repudiatio per verba, nego me esse hæredem.*

9 *Quid si verba illa enunciatiua propter aliud fuerint prolata.*

VERBA & facta sequuntur, quæ non certò inducunt omissionem. Ex verbis autem prima 1 sunt: Nolo adire hæreditatem, quæ nonnulli volunt inducere repudiationem: alij secus arbitrantur. Affirmatiuam defendunt gloss. in l. fin. C. de repud. & abstinend. hæred. Petr. Cyn. Iacob. de Aren. Rayner. & Fulgos. relati ab Alexand. in l. qui se patris, C. vnde liber. & ibidem scribit Riminald. hanc sibi videri veriorem, velut attestatur Menoch. de præsumpt. lib. 4. part. 2. præsumpt. 102. num. 5. Negatiuam propugnant gloss. in d. l. qui se patris, gloss. in l. 2. C. de iur. & facti ignor. Richard. Malumbr. Bart. in l. accusationem, C. de accusat. Angel. Castrens. Rom. in d. l. qui se patria, vbi hanc communem dicit Dec. & Sebast. Sapia. communem & veram testantur Bologneus ibid. communem affirmat Bellon. libr. 4. supp. iur. cap. 14. receptam hanc opinionem in iudiciis sequendam existimat Menoch. d. loco & numero.

Istam tamē communem limita, quemadmodum 2 in seq. artic. quæst. 7. nu. 5. 6. & 7. fuit limitata, quòd scilicet non procedat, quando assignatus fuit hæredi terminus ad deliberandum, an velit adire vel non, vel post illa verba lapsi essent tres menses, aut conuocatis amicis & testibus dixerit, estote testes, quòd nolo adire hæreditatem, siue iuramento interueniente enunciauerit, nolo adire hæreditatem, vel in scriptis ea notauerit.

Quæro, num filius omisisse hæreditatem censen- 3 dus sit, si dixerit mediante iuramento vel testibus, nolo adire hæreditatē patris mei, vel repudio eam? Respond. Quod sic: & hanc nō solum communem, sed etiam verissimam asserit Tob. Non. consil. 5. nu. 5. qui in hoc Bartoli subtilitatem negantis, communiter ait reprobatam.

Sed si hæres abs quia dixerit: Non adeo hæredita- 4 tem, num repudiauerit, quæritur? Respond. idem statuunt DD. communiter in d. l. qui se patris, de hisce verbis, quod de illis, Nolo adire, velut testatur Mantica de coniectur. vltim. lib. 12. titul. 14. numer. 2.

5 Quæro, an idem enuntiat phrasis, nolo esse hæres, quod locutio nolo adire? Respond. Quod non: nam ille, qui dicit, nolo esse hæres, repudiasse existimatur: ita docent DD. plurimi, quos recenset Corneus consil. 310. volum. 3. Nam verbum, nolo, cum infinito significante essentiam, disponit statim, cùm essentia est in dicentis voluntate absque facto extrinseco, vt communis tradit schola DD.

Sed quid, si dixerit: displicet mihi hæreditas de- 6 lata, vel puto mihi respuendam? Respond. Quod non præsumatur repudiare, quia ex contrario quoque non censetur adire, vt dixi in articulo sequenti, quæst. 7. num. 9. & eam magis communem dicit Alex. in l. si fratris, C. de iur. deliber.

Quæro, an ex verbis enuntiatiuis propter se pro- 7 lato inducatur repudiatio, vt si quis dicat: Non sum hæres Titii? Respond. Ille aut animo saltem negandi protulit, fortè quia ignorat se institutum, vel animo repudiandi dixit: hoc casu non est dubium, quin repudiauerit, & ita intelligo Baldum in d. l. qui se patris, iuncta ibid. gloss. in altero casu non videtur repudiare, sed solum mentis cogitata de institutione proferre, atque sic accipio Baldum in l. potuit, num. 13. C. de iure deliberandi, Alexand. in dicta l. qui se patris. Et hanc communem testatur Mantic. de coniectur. vltimarum voluntat. lib. 12. titul. 14. numero 2.

Quæro item, numquid inducatur repudiatio per 8 verba, Nego me hæredem? Respond. Bal. in d. l. qui se patris, Alber. in l. si maritus, §. si negauerit, ff. de adult. aiunt, quod sic: sed contrarium tenent Angel. Castrens. & alii in d. l. qui se patris, C. vnde liber. eámque contra Bald. communem testatur ibid. Riminal. iun. vt refert Iacob. Menoch. de præsumpt. part. 2. lib. 4. præsumpt. 102. num. 4.

Quæro similiter: Quid si verba enuntiatiua propter aliud fuerint prolata? Respond. tunc distin- 9 guēdum arbitror in repudiatione, quemadmodum in aditione, de qua dixi in artic. seq. quæst. 7. num. 13. 14. & 15.

QVÆSTIO VIII.

Repudiatur hæreditas etiam per scripturam.

NEC tantum verbis ore enunciatis hæreditatis repudiatio fit, sed etiam scriptis, argum. l. si 1 per epistolam. de acquir. hæred. ita tenet gloss. in l. apud Iulianum, ff. ad Trebell. Bar. Alex. & alii communiter DD. in l. recusare, ff. eod. & vt scriptis declaratur repudiantis mens, ita per procuratorem potest repudiatio declarari, vt probat Alexand. ex communiore ibid. qua de causa receptior est opinio, vt per procuratoris constitutionem ad repudiandum repudiatio censeatur facta.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An repudietur hæreditas hoc actu, si exigat debitum à defuncto sibi solui.*

2 *Sed quid, si ipse soluat defuncto debitum, hæredi ab intestato venienti?*

3 *Num repudiet, qui permittit res hæreditatis pretiosas perire.*

4 *Quid si soror vel frater sinit fratrem diu possidere res paternas?*

5 *Quid si terminum ad deliberandum nihil respondendo vel agendo præterire sinit?*

6 *Filius si abstinuit, & res preciosiores ex hæreditate surripit, an reuocet abstensionem.*

7 *Quid si filius post abstensionem fecerit aliquem actum, qui posset reuocationem inducere cum pro-*

testatione, quod hanc non intendat, nam protestatio illa per contrarium actum vitietur.

1 SECVNDVM membrum circa inductionem repudiationis, est de factis seu actibus, l. recusari, ff. de acquir. hæred. & ex illis primum exemplum esto: si quis à defuncto sibi debitum, petit ab alio sibi solui, nam ex hoc videtur repudiare hæreditatem, nisi protestetur se non animo repudiandi exigere, ita tenet Bald. per glo. in l. debitam, C. de hæred. vel act. vendit. Castrens. in l. debitori ad fin. C. de pact. vel nisi ignorauit sibi delatā hæreditatem, aut nisi partem à cohærede solummodo exigeret, arg. l. illud. ff. de acquir. hæred. l. si ab eo, C. de nego. gest. & ita sequitur Socin. senior in consil. 45. vol. 4. vt refert Mantica de coniect. vlt. volunt. libr. 12. tit. 14. num. 29.

2 Et ex simili inducit idem Mantica eod. loco, vt si quis sciens sibi delatam hæreditatem, & sine protestatione offerat, quod defuncto debebat, vt is hæreditatem censeatur repudiasse. Nam velut ille ait, sicut petitio debiti non conuenit hæredi, ita nec eius oblatio, quoniam per aditionem hæreditatis fit confusio, iuxta l. Vtanius & l. hæres à debitore, ff. de fideiussoribus.

3 Tertiò, repudiasse censetur, qui sinit res hæreditarias multi valoris & precij interire, atque ita tenet gloss. Iacob de Aret. & Bald. in d. l. recusari, ff. de acquir. hæred. Bart. in l gerit. ff. eod. Socin. senior consil. 45. num. 2. volu. 4. Mantic. in d. loco num. 26. Menoch. de præsumpt. part. 2. lib. 4. præsumpt. 102. num. 14.

4 Quartò, repudiasse existimatur soror vel frater permittens alterum fratrem hæreditatem paternam possidere, & hoc secundum Bartol. Angel. & Imol. in d. l. recusari, Socin. senior. d. consil. 45. num. 3. volum. 4. quod tamen non procedit si in iure erratum sit, vel sola patientia & taciturnitas interuenerit, nam vt quis excludatur ab hæreditate, requiritur spacium lōgissimum esse præterlapsum, secundum communem DD. sententiam; vt testatur Corn. cons. 299. n. 3. vol. 3. & Gabr. conclu. 8. l. 5. de præscript. quos refert Mant. d. loco, quamobrem Menoch. in d. l. loco addit, si permiserit possidere fratrem, & aliquid ab eo petierit, aut rationes inierit.

5 Quintum exemplum est, si nihil respondetur intra terminum à iudice ad deliberandum præfixū, nam tunc præsumitur repudiatio, ex hoc facto negatiuo: ita tenet Bart. in l. quamdiu. ff. de acquir. hæred. Alex. in l. fin. C. de iur. deliber. & cons. 4. num. 14 vol. a. Maranta in d. l. is potest, ff. eod. Mantic. in d. loco, n. 19. & dixi in artic. ius deliberandi, quæst. 4 n. 1.

6 Quæro, si filius abstinuit, & deinde res pretiosiores surripuerit, an abstensionem reuocarit? Respond. quod sic, atque ita tradit post Bart. & alios Iason. in l. 1. C. de repud. hęred. quemadmodum testatur, Mantic. de coniect. vlt. volunt. l. 12. tit. 14. nu. 31. Idem de extraneo dicendum est, si post repudiationem reperitur possidere maiorem partem hæreditatis, censetur enim abstensio & repudiatio fraudulenter facta, ita consuluit Decianus, resp. 121. num. 49. vol. 3. Alban. ad Bart. in l. 1. ff. si quis omiss. causs.

7 Quocirca filius abstinens ab hæreditate patris, & sic tacite faciens protestationem, quod non intendebat gerere pro hærede, si postea fecerit abstensioni & protestationi contrarium, videtur à protestatione recedere, quod ideò procedit secundum Bart. quia talem actum fecit cum alio contrahendo, vel solutionem recipiendo, vt patet in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquiren. hæred. secus si pura sua voluntate actitet tunc non diceretur recedere à protestatione, l. qui in aliena, §. fin. ff. eod. nisi expressè diceret se prioris protestationis pœnituisse, l. si quis in princ. ff. de l. 3. cum Bart. tenent communiter alij, vt testatur Iason in d. §. Papinianus, qui tamen intelligit de protestatione in futurum, vt deroget actui sequenti. Sed tu nota, quandocūque expressè dicit filius pœnitere se abstensionis, vel facit actum, qui non potest geri citra ius & nomen hæredis, censetur reuocata abstensio, arg. l. 1. C. de repud. hæred. & dixi supra quæst. 3. num. 3.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas, quæ est ius vniuersū, quod defunctus habuit.*
2 *Pro parte repudiari non potest, & pro parte retineri.*
3 *An qui partem repudiat, censeatur totam repudiasse hæreditatem?*
4 *Num possit haberi hæreditas eius, cui succeditur, absque hæreditate quam defunctus agnouit alterius?*
5 *Nunquid pupillaris haberi possit absque hæreditate patris, si pupillus eam agnouit?*
6 *Sed quid si non agnouit pupillus, an tunc separari possit pupillaris?*
7 *An hæreditas repudiari possit seruata legitima?*
8 *Quod declaratur in substituto & grauato.*
9 *Num prælegatum seruari possit repudiata hæreditate?*

REstant verba postrema in dicta omissionis definitione, hæreditatem omittit, vbi verbum omittere generatim sumitur pro abstinere & repudiare, arg. rub. ff. de omittenda hære. & idē est, quod recusare, l. recusari, ff. eo. hæreditas verò in eo capitur significatu, quo definita est, in §. hæreditas, qu. 1. ex cuius explicatione multa sequuntur. 1

Primò, quoniā hæreditas successio est, in vniuersum ius, quod defūctus habuit, l. hęreditas, ff. de reg. iu. sequetur, quod pars hæreditatis repudiari nō possit, seruata altera ab eo, qui totā acquirere potest, l. qui totā, ff. de acqu. & omit. hære. vbi idē com. Dd. tradūt. 2

Dictum est in articulo sequenti, qui partem adit, quòd ille totam hæreditatē censeatur adiuisse, quæro igitur, an qui partem repudiet, etiam totā hæreditatem existimetur repudiasse? Respondeo: variè hanc quæstionem tractat Bart. sibipsi contrarius in d. l. qui totam, & alibi, vt ibidē DD. notant: frequētius, tamen interpretes eo eunt, vt si aliàs partes nō exprimat, censeatur omnes repudiasse, per l. nec is, l. illud. ff. de acquir. hæred. sin vero exprimat partes, quas velit seruare seu adire, quod partes seruatæ seu aditæ, trahant secum partem repudiatam, vt dixi in artic. seq. quæst. 16. 2. Hæreditas enim pro parte adiri non potest, nec repudiari, d. l. qui totā, ff. de acqu. hære. & l. si solus, ff. eod. ac vtrobique DD. cōmuniter. Alexan. tamen in d. l. qui totam addit (cōtra Bartoli opinionem dicentis repudiationem non valere, nec aditionem, vbi quis partem repudiat & partem expressè seruat) argumentum tale, quod putat solutu difficile. Qui facit actum & deinde clausulam addit illi actui contrariam, tunc actus non vitiat, sed vitiatur. l. si quis ita hæres, ff. de hæred. instituт. l. per seruum, §. 1. ff. de vsu & habit. & 28. distinct. diaconi &c. cum M. Ferrarien. de constitut. 3

sed

ſed in propoſito reſeruatio in alia parte eſt contraria repudiationi. Ergo repudiatio vitiatur & non vitiat.

4 Et quia hæreditas adita, ſecundum communem, fit patrimonium adeuntia, fit vt hærea hæredis non poſſit habere hæreditatem eius, cui ſuccedit abſque hæreditate primi defuncti, l. ſed ſi plures, §. filio, cum ibi notat. ff. de vulg. & pupillar. éſtque communis DD. opin.

5 Quomodo & filio impuberi inſtituto ſubſtitutus pupillarem hæreditatem abſque paterna habere non poteſt, ſi filios agnouit eam, vnum quia ex vtraque fecit hæreditate patrimonium filius adeundo paternam, & textus eſt expreſſus, in d. §. filio, vbi eam opin. gloſſ. & communiter DD. tenent, & teſte Iaſone ibidem educunt hoc conſectarium, quod coniunctorum & connexorum debet vniformis eſſe diſpoſitio, nec licita eſt eorum ſeparatio. Item, quod connexorum idem debet eſſe iudicium & vniformis determinatio, textus eſt, quem Baldus ſemper habebat in ore, in l. quid ego, §. penult. in verb. connexum, ff. de contra. iud. tutel. niſi tamen impubes per reſtitutionem ab agnita hæreditate 6 abſtinuerit, l. non ſolùm. ff. de in integr. reſtitut. Ex quibus contra ſequitur, quòd ſi pupillus à patre inſtitutus, intra pubertatis annos nondum hæreditate agnita deceſſerit, quod illi ſubſtitutus pupillariter ſolùm pupillarem hæreditatem amplecti poſſit, argu. l. paterfamilias, ff. de priuilegiis creditor. quod tamen intellige ſi alius ſit cohæres, qui hæreditatem patria adeat, nam pupillares tabulæ non valent, niſi adita ſit hæreditas, vt dictum & declaratum eſt in §. ſubſtitutio, quæſt. 26. vel per exiſtentiam ſuitatis tabulæ pupillares fuerint confirmatæ, ibid. num. 2. ſed hanc quæſtionem ex Dyno latè ac variè diſtinguit Bartol. in l. fin. ff. de acquir. hæred. eámque intricatiſſimam teſtatur Vanderanus de priuileg. creditor. cap. 17. qui negat, illum ſibi præiudicare, qui repudiat paternam, & Dyn. Bartol. cum quibus tranſeunt alij, aiunt paternam haberi non poſſe abſque pupillari, per l. qui patri, ff. de acquir. hæred. vbi Alexand. & alij communiter DD. quod gloſ. ibid. de rigore iuris procedere firmat. Quod de communi procedit, vt adiens hæreditatem patris non poſſit repudiare pupillarem ſuperuenientem, l. quidam elogio, C. de iur. deliber & hanc commun. dicit Alexand. in l. teſtamento, C. de impub. & aliis ſubſtit.

7 Quæro, num filius poſſit repudiare hæreditatem patris, & ſeruare legitimam? Reſpondeo, & in hac quæſtione variant doctores, qui legitimam dicunt partem bonorum vel debitum quoddam naturale, aut legitimum: affirmant, quod filius poſſit repudiare hæreditatem patris, retenta ſibi legitima: eos autem partim in §. legitima, quæſt. 1. numeraui, cum quibus facit Vandus variar. quæſt. libr. 1. quæſt. 52. cum quo & ſocer tranſit.

Sed contra illos receptior eſt opinio, quia legitima inſtitutionis titulo debetur, & quota hæreditatis eſt, ac iſtam veram & commun. dicit Alexand. in l. hæres inſtituta, C. de impuber. & aliis, communiorem & veriorem teſtatur Boerius deciſ. 204. nu. 43. comm. profitentur Menoch. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſumpt. 101. n. 5. Ioan. Vaud. d. quæſt. 52.

8 Intelliguntur tamen d. communes in filio ſimpliciter repudiante, ſecus videtur quando repudiauit retenta legitima cum ſubſtitutus eſt, ac grauatus filius fuerit legatis, fideicommiſſis debitis, l. ſi ſolus, ff. de acquir. hæred. l. ſi libertus patrono, ff. de bonis libert. ita tenet Barto. in l. gerit. Maranta in l. ſi poteſt, ff. de acquir. hæred. Ang. in l. ſi pater, C. de inſtitut. & ſubſtitut. Caſtrenſ. Alex. & alij DD. in d. l. hæres inſtituta.

9 Quæro, hæreditas an repudiari poſſit ſeruato prælegato? Reſpond. quòd ſic textus eſt in l. qui in filiabus, §. fin. l. ſequ. ff. de legat. 1. l. Titia, ff. ad l. Falcid. Bart. Socin. Iun. in leg. in quartam, ff. eod. ratio eſt, quia prælegatum & hæreditas non ſunt cōnexa.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *An filius poſſit retinere emphyteuſin & repudiare hæreditatem.* 2.
3 *Sed quid ſi in conceſſione non facta ſit mentio filiorum, ſed ſolum data eſt emphyteuſis pro ſe & hæredibus?*
4 *Et quid ſi ſine mentione hæredum vel filiorum conceſſa fuerit?*
5 *At quid ſi data eſt in generationem tertiam vel quartam?*
6 *Num feudum retineri poſſit & repudiari hæreditas?*
7 *Sed quid iuris eſt in hæreditario feudo?*
8 *Filius dum cogitur adita hæreditate, feudum etiam non hæreditarium habere, confecto inuentario non compellitur creditoribus ſatisfacere vltra vires hæreditatis allodialis iure, quamuis in multis locis contraria viget conſuetudo.*

1 QVæro iuxta dicta, an filius poſſit retinere emphyteuſin repudiata hæreditate? Reſpon. Emphyteuſis conceſſa eſt pro ſe, filiis & hæredibus, vel pro ſe & filiis, primo caſu non poteſt repudiare hæreditatem & retinere emphyteuſin, textus eſt in l. nonnunquam, ff. ad Treb. & ita tenet Bart. in l. & intiſin. §. ſi liberi, ff. de oper. libert. & c. 3. nouel. 7. Ang. & Alex. in l. Gallus, §. etiamſi parente, ff. de liber. & poſth. hanc comm. dicit Alex. conſil. 129. nu. 2. lib. 5. omnium conſenſu confirmari reſt. Iaſon in l. ſi non ſortem, §. libert. num. 35. de communi quoque referunt illam Did. Couarr. variar. reſolut. l. 2. c. 18. nu. 5. Clarus in §. emphyteuſis, q. 37. nec diſtinguitur eccleſiaſtica vel priuata ſit, iuxta communē omnium interpretationem, teſte Alex. in l. quod dicitur, nu. 15. ff. de verb. oblig.

2 Poſteriore caſu, quando conceſſa eſt pro ſe & filiis, poteſt repudiare hæreditatem & retinere emphyteuſim, ita tenent Bart. Alex. & alij communiter DD. in d. l. quod dicitur, Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſicu. 28. Bald. in l. item videndum, §. videamos, ff. de pet. hæred. Dyn. Alber. Imol. Angel. Caſt. Iaſon & alij in l. apud Iul. §. ſi quis alicui. ff. de legat. 1. hanc comm. teſtat. Alex. in d. l. quod dicitur; commun. etiam dicit Iaſon In l. 2. nu. 188. C. de iur. emphyt. communem item enunciat Ioan. Dilect. Dur. de art. teſt. tit. 12. caut. 2. quod ſecundum Bart. in l. ſi tibi, §. ſi pactus, num. 9. ff. de pact. cuius opinionem putat Alex. in d. l. quod dicitur, ſolum procedere in emphyteuſi eccleſiaſtica, tamen Clar. etiam de priuata intelligit, d. q. 37. num. 1.

3 Sed quæro, quid ſi non facta ſit mentio filiorum, ſed ſolum pro ſe & hæredibus. Reſpond. gloſ. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Treb. & ibid. Bald. Imol. Cuman. & Imol. in l. filiuſfa. §. cum quis, ff. de legat. 1. tenent in materia, quæ verbum hæredes ad filios & nepotes tantùm dictat eſſe referendum, minimè neceſſarium eſſe, vt filij ſint hæredes. Sed contrariam opinionem, quod ſine diſtinctione ſiue eccleſiaſtica ſit, quæ ſolùm ad deſcendentes tranſeat, ſiue alia emphyteuſis fuerit, filios oportet eſſe hæredes

si velint eam habere, seruat plures, vnde eam communem fatetur Alexan. consi. 19. l. 2. commun. item testat. Crauet. consi. 197. nu. 5. magis communem enunciat Brun. consil. 24. veriorem & magis communem asserit Did. Couar. d. cap. 18. qui hoc frequentiori DD. calculo receptum ait, vt verbum hæredes, quando etiam non refertur ad extraneos, intelligatur de filiis & hæredibus simul.

4 Sed quid si simpliciter absque mentione filiorum & hæredum concessa esset emphyteusis? Resp. quod idem obseruetur, ac si mentio facta esset, de hoc est text. bonus in l. cùm patronus, §. cùm libertus, ff. de oper. libert. & ita docent Imol. & Alex. in d. l. quod dicitur, & hoc de communi testatur Did. Couar. d. c. 18. nu. 3.

5 At quid, si concessa est in generationem quartam vel tertiam? Respon. Clarus quòd natura verbi (generationem) videntur contrahentes considerasse potius successionem sanguinis, & ideo filij admitti debent, etiamsi non sint hæredes, estque communis secundum Corne. consil. 100. lib. 4.

6 Quæro etiam, an feudum retineri possit repudiata hæreditate? Respondeo, ardua hæc est quæstio, & multis distinctionibus varia, & omnis difficultas ex cap. An agnatus, vel filius possit retinere feudum repudiata hæreditate, explicatione oritur, in quo cap. indistinctè dicitur, quòd filius non possit, agnatus verò si paternum fuerit feudum, vnde Didac. Couarr. in dict. c. 18. num. 4. testatur, quod ea sit crebrior & aptior sententia, quæ docet, illam decisionem in feudo non hæreditario habere locum, hoc est, filium etiam in non hæreditario feudo non succedere & hæreditatem repudiare, sed agnatum posse hæreditatem repudiare, & feudum non hæreditarium retinere, cum quo facit Clarus in d. §. feudum, quæst. 76. & ita sumunt paternum feudum, quod à patre liberis hoc pacto & prouidentia pro se & liberis acquisitum est, vel acquisitum præsumitur in dubio, si scilicet in inuestitura non expressum est, pro se & liberis, vel suis filiis, atque hæc mihi verior sententia textuique conuenientior videtur, vt Deo volente latissimè & firmissimè argumentis non paucis pòst demonstrabo.

Et quamuis Mynsing. cent. 4. obser. 2. concedat latéque probet, feudum in dubio præsumi ea pacto & prouidentia, quod pro nostra distinctione adducimus, tamen idem cent. 3. obseru. 67. & Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 128. num. 15. ex Aluarot. Isernia, Zasio, Marant. Alexand. Bald. Specul. & aliis contrarium affirmat, quòd nimirum filius hæreditate patris repudiata possit retinere feudum ea pacto & prouidentia.

7 Sed quid iuris est in hæreditario feudo? Respondeo: In hoc receptissima est opinio, quod illud sine hæreditate non possit haberi: ita tenet gloss. Bartol. in d. l. item videndum, §. nunc videndum, ff. de petit. hæred. commun. dicit, Alexand. d. consil. 19. lib. 5. adeò vt nec agnatus retinere illud valeat repudiata hæreditate, vt tenet Andr. de Isern. in d. c. vnico. An agnatus vel filius, & in c. r. de success. feudi, hanc communem dicunt Curt. Iun. consi. 138. n. 17. Albert. Brun. consil. 24.

8 Quæro, dum filius cogitur cum hæreditate paterna habere feudum non hæreditarium, & multò magis hæreditarium, vt dictum est, an confecto inuentario etiam vltra hæreditatis allodialis vires, ex feudo vel emphyteusi teneatur soluere debita paterna, quemadmodum si feudum vel emphyteusis esset hæreditaria? Resp. quòd ex feudo vel emphyteusi non hæreditariis filius nihil soluet, secus verò si hæreditaria essent, tunc ex fructibus feudi satisfaciet creditoribus patris, tenet Barto. in d. §. liberi & plures alij DD. quos allegat Did. Couarr. d. c. 18. nu 4. qui hanc communem testatur, cum quo facit Mynsing. d. obser. 67. Extendit insuper Couar. d. loco eo vsque, vt tum filius in eo casu, quo non tenetur soluere ex feudo, confecto inuentario possit venire contra voluntatem, dispositionem & alienationem feudi vel emphyteuseos, à defuncto factá. Quatenus tamen hoc ratione inuentarij procedat, dixi in artitulo inuentarium, quæst. 21. ac de ista quæstione vide Mynsing. d. obseruat. 67. in fine, vbi ait ob honorē patris hodie ex consuetudine filium etiam vltra vires hæreditatis allodialis teneri.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Qui potest adire, potest etiam repudiare.*
2 *Infans igitur repudiare nequit.*
3 *Neque tutor vel alius ipsius nomine,*
4 *Etiamsi pater sit.*
5 *Nec minor sine curatore rectè repudiat.* 6.
7 *An pater solus possit repudiare profectitiam?*
8 *Nunquid eandem repudiet fermè filius in patris præiudicium?*
9 *Dominus an solus possit absque seruo repudiare?*
10 *Num monasterium vel Abbas sine monacho?*
11 *Prælatus nunquid absque consensu capituli possit repudiare hæreditatem ecclesiæ delatam?*

INdubitatum est, quòd ille, qui non possit adire, 1 non possit quoque hæreditatem repudiare, vt testatur Iason in l. is potest, ff. de acquir. hæred. ex quo sequitur, quòd quando cognoscimus qui possunt adire, simul sciemus, qui valeant repudiare, contrariorum enim eadem est disciplina ratione generis, sed respectu suæ formæ contrariam habent docendi rationem. Nam contraria, hoc modo accepta sunt, quorum vnum vni tantum opponitur, arg. l. 1. cum vulgaribus, ff. de his, qui sui vel alien. iur. quod tamen intellige, qui habet ius adeundi principaliter & per se, non impeditum ad sui vtilitatem, is repudiare potest, aliter non, ita tradit Bar. quem alij cōmuniter sequuntur in d. l. is potest.

Ex quo sequitur primò, quod Infans non possit 2 repudiare, quia adire nequit, & de hoc nullum est dubium, vt patet ex dictis in artic. seq. q. 17. num. 2.

Quæro, quis igitur ipsius nomine repudiare pos- 3 sit? Respond. difficilis est hæc quæstio, & pluribus examinata per Iason. in l. nec is, §. neque filiusfam. ff. de acquir. hæred. tu tamen primo aduerte, quod licet tutor hæreditatem infanti delatam iuxta communem possit adire, tamen solus eam repudiare nequit. Et hanc opinionem tenet Bartol. Iason & alij in l. si infanti, C. de iur. delib. Decil. Posthumo C. de bonorum posse. contra tabul. ratio est, quia tutor non potest perdere & alienare l. tutor. l. si pupillo. ff. de bonor. posses. l. Bonorum quidem, C. qui admitti. at repudiare est alienare, l. magis puto, §. feudum, ff. de reb. eo. quor. alien. administr. non concedi. l. contra iuris §. fin. ff. de pac. item est similis donationi expressa repudiatio, l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat. inter vaor. & marit. & hanc de communi refert Iason. in d. §. neque filiusfam. n. 43.

Atque idem in patre seruatur, quod in tutore, 4 textus in l. reniitente, C. de iur. deliber. vbi gloss. &

DD.

Doctores communiter idem tradunt, Angel. in d.l. neque filiusfam. qui in d.l. renitente dicit, quòd viderit ita Florentiæ practicari, quod ita Bald. obtinuit, vt refert Iason in d. §. neque filiusfam. quam doctrinam Bart. & communiter DD. extendunt ad bonorum possessionem, vt nec illam solus pater repudiare possit, l. 2. C. de repudiand. bonor. posses.

5 Neque obstat dictis regula vulgaris, qui potest adire, is potest repudiare, illa enim reg. locum habet solum in illis, qui possunt proprio nomine adire, vt notant Bart. Alexand. Iason & reliqui DD. in d.l. si infanti, C. de iur. deliberandi.

6 Vnde fortius sequetur, quòd nec tutor sine pupillo, neque curator sine minore, hæreditatem repudiare possint, quia non proprio, sed alieno adeunt nomine & iure d.l. tutor, cum gloss. & communiter DD. ff. de bon. possess.

7 Sed quæro, nunquid pater solus absque filio repudiare possit hæreditatem? Resp. hæreditas aut est profectitia, aut aduẽtitia: hãc repudiare in sui præiudiciũ pater potest, illam non, l. C. de bon. quæ lib. l. renitente. C. de iur. deliber. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. & hanc tenet Bartol. in l. aditio, ff. eod. & cum illo transeunt omnes, vt testat. Iason in d. §. neque filiusf. n. 24. Subdit tamen Bart. quòd pater potest cogere filium, vt secum repudiet, l. Idémque, §. si cui mandauero, ff. mandati. & cum Barto. transeunt communiter alij, vt testatur idem Iason ibid. nu. 25.

8 Et idem ius est in filio, vt hæreditatem profectitiam solus in præiudicium patris recusare non possit, licet aduentitiam repudiare valeat per text. in d. §. neque filiusfa. vbi & DD. communiter, quod tamen intellige de repudiatione expressa, non tacita, nam per hanc patri nocet, & ita magis communiter tenent DD. per l. bon. C. qui admitti, vt ibid. test. Alex. Bart. tamen hoc limitat in l. seruus, §. fin. ff. de bonor. posses. l. is, qui hæres, ff. de acquir. hæred. dict. §. neque filiusfam. nisi malitiose filius fuerit tempus præterlabi, & cum Bart. transeunt alij, quos commemorat in d.l. bon. Alex. qui hoc notandum putat, & communiter omnes, in d. §. neque filiusfa. tenere dicit, vt scientia patris sibi scilicet patri non præiudicet, si modo filius ignorauerit hæreditatem vel bono. possessionem esse delatam, ratio est, quia filij principaliter scientia in adeundo requiritur, vt dixi in artic. seq. quæst. 4. num. 19.

9 Certum est, quod seruus absque iussu domini non possit repudiare hæreditatem, quia eius conditionem deteriorem facere nequit, §. item vobis, Instit. per quas person. nobis acquiratur, quæro itaque an solus dominus absque consensu serui possit repudiare? Respon. quod dominus hoc possit, tenet glos. in l. legatum seruo, glos. & communiter scribentes, ff. de l. 1. glos. in l. 2. C. de repud. bonor. pos. & in l. 1. §. 1. ff. de succes. edict. glos. & Bartol. in d.l. Tut. Dyn. Bald. Imol. Roman. Alex. in d. §. neque filius, & ista est communis opinio legislat. & canonistarum vt test. Iason in d. §. neque filius. num. 40. qui tamen contrarium tenet ex regul. is potest solus repudiare, qui potest solus adire, ac in l. legatum seruo. Sal. in d.l. 2. C. de repud. bonor. posses. hanc comm. dicit quanquam hæc fortissima est ratio, vt Zazius test. in d. l. legat. cui tamen altera verior videtur, & magis communis est, vt fatetur Alexand. in d.l. legat. à qua iuxta illum, non est recedendum, & tanquam solam communem nominat Alber. ad Bar. in d.l. legatum. Sed mihi Ias. per l. successorium, §. per seruum, ff. de succes. edi. magis placet.

Quæro. Num monasterium vel Abbas eius nomine, hæreditatem aut legatum monacho delatam, sine monacho repudiare possit? Respond. in hac quæstione non conueniunt legistæ & canonistæ, ex quibus hi communiter, vt Alexand. in d. l. legatum testatur, indubitatè verò iuxta Fern. Vasqu. de succes. procreatione, §. 10. num. 252. concludunt, ex illa thesi, quam dixi in art. seq. q. 17. num. 31. & Iasonis fundamento, modò posito, quod monasterium vel Abbas etiam inuito monacho repudiare possit hæreditatem eiusmodi, quia & adire potest sine eo. 10

Sed contrariam tenent multi (imò omnes fermè legistæ) quos recenset Iason in d.l. legatum, eámque communem ibid. fatetur Alexander, communem quoque ait Fern. Vasqu. in d. loco per l. 1. C. de bonor. poss. infant. vel fur.

Iuxta dicta quæro, num prælatus absque consensu Capituli possit repudiare hæreditatem vel legatum ecclesiæ delatum? Respon. arduam hanc quæstionem dicit Fern. Vasq. in d. loc. affirmatiuam tenent multi, quos ibidem commemorat, eámque communem dicunt Iason in d.l. legatum. & Aretin. in d. §. neque filiusfa. Ripa & Zasius in d.l. legatum. Felyn. in cap. in præsentia de probat. Sed negatiuam tenent non pauciores, eámque communem testatur Alexan. in d.l. legatum. & hanc longè veriorem, cum Fernand. Vasq. in d. §. 10. nu. 254. puto, quia repudiatio est alienatio, d.l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eor. quor. alienat. non. Prælatus autem sine interuentu Capituli alienare non potest; c. 1. & c. de reb. eccles. non alien. interim tamen ab illo dissentio, in hoc, quòd ex receptiore & veriore opinione, existimat hæreditatem monacho delatam sine eius interuentu adiri posse, de qua re dixi in arte sequ. q. 17. 11

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Cui accrescat portio repudiata.*

2 *Filiofamilias repudiante hæreditatem aduentitiam, pater potest eam acceptare, etiam dato substituto.*

3 *Num hæres institutus & executor datus si hæreditatem repudiat, an possit retinere executionem?*

4 *Num nepos abstinens ab hæreditate patris, qui aliquandiu superuixerat suo patri, possit consequi hæreditatem aui primò demortui?*

PRæterea quæro, pars repudiata cui accedat? Respondeo, accrescit cohæredi inuito, ita tenet gloss. in l. testamento, C. de impuber. & aliis, & textus est in l. cum hæreditate, ff. de legat. 2. item in l. si quis hæres, ff. de acquir. hæred. eámque ibid. communem asserit Alex. & quidem si plures fuerint, ne accrescat singulis, pro rata, seu quota sua, in qua instituti sunt, veluti dictũ est in §. ius accrescẽdi, q. 26. 1

Quæro si filiusfamilias repudiat hæreditatem aduentitiam, an pater possit eam acceptare? Respond. quòd sic, nam tum non accrescit cohæredi, textus est in l. fin. C. de bonis quæ liber. in princ. eámq; communem testatur ibid. Iason in verb. recusare, communem item dicit Diaz. de regul. iur. 293. & hoc eo vsque extendunt Doctor. vt procedat, etiamsi filius substitutum habeat, ita tenet Barto. in l. cum proponas, C. de hæred. instit. vbi eam communem asserit Alex. nisi tamen substitutus esset testatoris coniunctus, & hoc commune testatur Iason in l. 3. C. eod. cui tamen illud in puncto iuris non placet, neque mihi limitatio Bart. ibid. qui vult vt pater tum solum præferatur substituto, cum filius eius respectu est institutus. 2

gitur adire, l. ex parte, ff. de acquir. hæred. l. 4. C. de necessariis hæred. instituend. vbi gloss. & DD. communiter, qui tamen loco abstensionis habet separationem bonorum, tit. de separat. bonor. De seruo alieno, item de deportato atque aliis, dictum est in artic. seq. Nam secundum expressissimum textum: Is potest repudiare, qui potest & acquirere, d. l. is potest, ff. de acquir. hæred.

9 Secundum requisitum est, vt sciat sibi hæreditatem esse delatam, scilicet, quod purè institutus est, vel quia conditio purificata? aliàs, quomodo recusabimus illud, quod nondum adest? De quo textus est in l. neminem. Et clarior in l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. vbi gloss. & Doctores cum Bart. communiter dicunt, quod repudiatio hæreditatis nondum delatæ non valeat. Non enim nocet, Baldo attestante, in l. ab administratione, C. de legat. nolle, qui non potest velle. Inde vulgaris distinctio inter repudiationem & renunciationem hæc est, vt repudiemus præsentia seu delata, iuxta l. 1. §. decretalis. ff. de success. edict. renuntiemus verò deferendis seu futuris.

10 Iuxta præcedentia quæro: Repudiatio hæreditatis per conditionem suspensæ num valeat? Respond. Quod non, textus est in l. is qui hæres, §. si quis dubitet, & l. nec is, ff. de acquir. hæred. atque ita seruant Bart. & omnes per dictas leges, vt testatur Alex. in d. l. is qui hæres. Iason tamẽ, qui eandem communem profitetur, hanc restringit opinionem vt repudiatio illa in iudicio facta tantum valeat, vt possint creditores mitti in possessionem per text. in l. in plurium, ff. de acquir. hæred.

11 Quæro item: Si hæres hæredis successurus intra tempus primi interrogetur, num velit succedere, & ipse dicat, quod non, num sibi præiudicet? Respond. Communis est DD. opinio, quod sic: quemadmodum refert Ias. in rub, de success. edict. in princ. & de hoc dixi in artic. ius deliberandi, quæst. 3. num. 5.

12 Quæro præterea, num repudiatio nondum delatæ hæreditatis confirmetur iuramento? Respond. Affirmatiuam probant Canonistæ ex c. 2. de pact. lib. 6. eámque comprobant Bart. Imol. Castrens. Aret. Roman. adeóque omnes, in d. l. qui superstitis, ff. de acquir. hæred. veluti refert Fernandus Vasqu. in l. si quando, §. illud, C. de inoffic. testam. num. 109. vbi tamen contra hanc communem defendit gloss. in d. l. qui superstitis.

13 Quoniam verò nemo potest scire sibi delatam hæreditatem esse, nisi cognouerit, non esse ei amplius dominum, necessariò etiam sciet testatorem vel eum, cui succedere vult, esse mortuum: viuentis enim nulla est hæreditas, d. l. neminem, & d. l. qui superstitis. Et textus est in l. qui hæreditatem, ff. de acquir hæred. vbi gloss. & DD. communiter idem tradunt.

14 Tertium requisitum est, vt sciat, testatorem habuisse testamenti factionem, aliàs de viribus testamenti dubitat, l. hæres. §. fin. ff. de acquir. & omitt. hæred. gloss. Bart. & reliqui DD. communiter.

15 Quartum est, vt sciat, neminem se esse proximiorem, aliàs repudiatio non valet, vt nec aditio, nondum enim delata est talis hæreditas, ideoque repudiari nequit, vt dixi supra, num. 9.

16 Quintò, nouisse hæredem repudiantem oportet, ex qua causa ad illum pertineat hæreditas, an ex testamento, vel ab intestato, l. nec is, ff. de acquir. hæred. éstque communis opinio.

17 Ideoque si ad quem duplici causa, ex testamento scilicet, & ab intestato, hæreditas ptinet, repudiato nouo iure, superest vetus, l. quoties, ff. de regul. iur. textus est similis in l. nec is, §. hæres institutus, ff. de acquir. hæred. & vtrobique gloss. & cõmuniter Dd. Ratio autem est, quia repudiatio est renuntiationis quædam species, quæ stricti iuris est, argumen. l. tres fratres, ff. de pact. l. cum de indebito, ff. de proba. l. si domus, ff. de seruit. vrban. ita tenet Fulgos. in consil. 50. Alban. ad Bart. in d. l. nec is, §. hæres, & alij quos allegat Cagnol. in d. l. quoties.

Hîc quæro, num idem obtineat, si quis legitimã successionem repudiauit? Respond. Quia hoc in loco causa testati dependentiam habet à causa intestati, cui locus non est, quandiu illa viget, l. quamdiu. ff. de acquirend. hæreditat. sequitur, vt qui repudiat causam intestati, censeatur simul repudiasse causam testamenti, textus est in dict. §. hæres institutus, & clarior in l. illud dubitari, ff. de acquir. hæred. vbi gloss. & communiter DD. item Dec. Cagnol. in d. l. quoties, cum quibus transeunt cæteri. 18

Limitatur tamen illa communis, vt non valeat repudiatio, si ignorauit repudians sibi quoque delatam esse ex testamento, ita declarant in d. §. hæres, gloss. Bart. Angel. Imol. Castrens. Alex. Ias. & alij communiter DD per text. in l. illud dubitari, ff. de acquir. hæred. 19

Quæro, quid si quis non diceret, nolo ex testamẽto succedere, sed repudio hæreditatem? Respon. vtrique iuri, tam ex causa intestati, quàm ex causa testati renuntiauit: totum namque qui dicit, omnes partes complectitur, genus qui nominat, omnes species continet, argum. l. in toto iure, ff. de reg. iur. ita concludit Bart. & omnes alij in d. §. hæres institutus. Dec. Cagnol. cum cæteris in d. l. quoties. eámque communem testatur Ias. in d. §. hæres institutus, ipse tamen cum Barbatia in rub. C. qui admitti, contrarium videtur sequi, quo ad prætoriam successionem, seu bonorum possessionem, quàm hæreditatis nomine non putat comprehendi. 20

Procedit porrò illa regula in l. quoties, etiam in iure ciuili & prætorio, alterutri si renuntiat, quis potest venire ex alio, ita tenent omnes DD. in §. hæres institutus, vt ibidem testatur Ias. per l. suum, C. de iure deliber. 21

Quæro, num dicta regula habeat quoque locum in iuribus, quæ successiuè deferuntur? Respond. Quod sic: & ibidem hoc dicit verissimum Cagnolus. Quamobrem, qui potest venire ex capite, vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, si repudiauit primum caput, vnde liberi, supersunt duo reliqua, si renuntiauit, vnde agnati capiti, restat adhuc caput vnde cognati, de quo textus est in l. 1. sed videndum ff. de successor. edict. l. 2. in princ. ff. vnde legit. dixi de hoc in artic. inquisitio, quæst. 4. num. 20. Quod tamen ita intellige, si expressè facta est repudiatio respectu vnius capitis, secus si absolutè, quia expressa repudiatio facta respectu hæreditatis, non certi alicuius capitis, ab omni capite repudiantem excludit, vt refert ex gloss. in d. §. sed videndum, Dec. in d. l. quoties, deinde intellige, si non sint alij ex capite repudiato, nam tunc illis, qui antecederent, accresceret hæreditas repudiata. 22

Quæro hîc, quid si idem cum alio institutus, & reciprocè substitutus, num repudiata institutione venire possit ex substitutione? Respond. Quod sic: per textum in l. si tu ex parte, ff. de acquirend. hæredit. vbi gloss. & Barto. atque hoc tanquam de communi commemorat Ias. in dicto §. hæres, nume. 30. 23

quia hoc

quia hoc modo videtur substitutus, si nollet insti-
tutionem babere, accipiat hæreditatem ex substitu-
tione.

24 Quæro item, num idem hæres & cohæredi sub-
stitutus, si repudiauit ius substitutionis, simul etiam
ius accrescendi repudiasse censendus sit? tacita nã-
que substitutio ius accrescendi dicitur, per l. si Ti-
tio & Mæuio, §. Iulianus, ff. de legat. 2. Respon. Qua-
si non verè substitutio vocatur ibidem ius accre-
scendi, vnde separata iura sunt. ac altero repudiato,
alterum adhuc supererit, per d. l. si tu ex parte, &
Ias. in d. §. hæres institutus, qui ibidem hoc nota-
bile dicit, quoniam euenire possit, vt substitutio
esset grauata legatis & libertatibus præstãdis, quod
non esset in iure accrescendi, inde vtiliùs est hoc e-
ligere, & alterum repudiare.

25 Sextum requisitum est, vt sciat se necessarium
vel voluntarium: nam qui putat se necessarium hæ-
redem, cùm sit voluntarius, repudiare non po-
test: textus est in l. is qui putat, ff. de acquir. hæred.
vbi gloss. & Doctores communiter idem tenent
per regulam, quam inde ex l. pro hærede, ff. eod. e-
ducunt. In dependentibus à mera voluntate & ani-
mo, magis attenditur & inspicitur opinio, quàm
veritas: de qua regula ibi Ias. latiùs agit.

26 Septimum requisitum est, vt sciat repudiaturus,
ex qua parte sit hæres scriptus, vel aliàs succedat: de
quo vide quæst. 4. num. 16. in artic. acquisitio hære-
ditatis.

27 Sequitur quintò ex omissionis genere, quod in
repudiatione non sufficiat ratihabitio; actus enim
cùm legitimus sit omissio, hæreditatis suspensio-
nem non patitur ad sui confirmationem, vt patet
ex l. actus legitimi, ff. de reg. iur. & quæst. 4. num. 20.
infra de acquisitione hæreditatia, sed iussus debet
præcedere, vt in aditione. Hanc communem dicit
Alexan. in l. si quis mihi, §. iussum, ff. de acquirenda
hæred.

28 Infertur sextò, quod repudiatio per procurato-
rem fieri non possit, quoniam in solo animo con-
sistit, vt & aditio, atque ita tradit Bart. cum aliis cõ-
muniter DD. in l. per procuratorem, ff. de acquir.
hæred. dixi in artic. acquisitio hæreditatis, quæstio.
4. in fin.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas omissa acquiri amplius non potest.*
2 *Quod tamen in abstensione non procedit: nam suus hæres abstensionem reuocare potest:*
3 *Quæ reuocatio debet fieri expressè tamen,*
4 *Ac intra triennium,*
5 *Re adhuc integra.*
6 *An post terminum elapsum reuocari possit, quoad legitimam.*
7 *Numquid hæres filij possit reuocare illam abstensionem, vt ipse filius.*

1 EST quoque ex dicto fonte (quod repudiatio
seu omissio in genere fieri debeat certo & in-
dubitatu animo) vt hæreditas omissa, vel repudiata
adiri amplius non possit: Nam quod semel ita pla-
cuit, amplius displicere non potest; & quod semel
displicuit, vltra placere non debet, c. quod semel, de
reg. iur. in 6. vbi Dyn. & alij, l. si curatoris, C. de iure
deliber. éstque communis opinio: nisi ille repu-
diauerit, qui restitui possit, puta, propter ætatem,
læsionem, &c.

Quæ tamen in abstẽsione non procedit: nã suus 2
hæres abstinens hęreditate paterna, illam adire po-
test, vel se illi immiscere, textus est capitalis in l. si
quis suus, C. de repudianda vel abstinend. hæred. v-
bi gloss. & communiter DD. eam sequuntur ad li-
teram omnes, eámque communem dicit Iason in l.
pupillorum, C. eodem, communem affirmat Go-
mez. variar. resolut. de transmissione, num. 39. Se-
cus tamen obseruatur in emancipato, vt tenet Petr.
Cyn. Alber. Bart. Bald. Ang. & omnes, in l. fin. C. de
repud. hæred. qui gloss. contrarium ibi dicentem
communiter improbant, teste Vasq. in d. infra lo-
co, nu. 269. comm. insuper dicunt ibid. Alex. & Ias.
Benedict. in c. Raynutius, verb. mortuo, de testam.
& filio, respectu maternæ hæreditatis: quemad-
modum dictum est in §. suitas, quæst. 6. nu. 6. com-
munis opinio, teste Vasq. de success. procreat. §. 21.
denegat etiam petenti tempus deliberandi, sed non
rectè.

Quæro, quomodo reuocatio inducatur? Respõd. 3
expressis verbis, vel per actum, qui citra ius & no-
men hæredis non potest geri: ita tenet Angel. &
Castrens. secundum gloss. in d. l. si quis suus. Estque
de mente omnium Modernorum, vt testatur P.
Pau. P. ad Bart. ibid communem profitetur Alex in
l. si à patre, C. de iur. deliber.

Quæro, quamdiu potest abstensio reuocari? Re- 4
spond. Si maior annis 25. constitutus est, & tempo-
ra restitutionis nulla ei supersunt, intra trium an-
norum spatium, tantummodò huiusmodi datur li-
centia? sin autem vel minor est, & vtili tempore
constitutus, tunc post impletum quadriennium
(quod spatium pro vtili anno, qui restitutionibus
dabatur, præstitutum est) aliud triennium ei indul-
gere, intra quod potest adire: textus est capitalis
in d. l. si quis suus. Hanc communem & indubita-
tam dicit Fortunius, in l. Gallus, §. & quid si, ff. de
liber. & posthum. communem item fatetur Fran-
cisc. de Caldas in l. si curatorem, verb. læsis, num.
44. C. de in integrum restitut.

Quod tamen ita accipe, si res adhuc in suo statu 5
maneant integræ, vt textus habet in d. l. si quis suus,
quem DD. communiter ibid. firmant, teste Fran-
cisc. de Caldas, in d. verb. læsis, num. 41. &
42.

Quæro, an post terminum elapsum reuocari pos- 6
sit abstensio, quoad legitimam? Respond. Diuersæ
de hac re sunt opiniones. Rom. in l. vnica, C. quan-
do non peten. part. pet. affirmatiuam statuit, argu-
mentis his ductus, quia legitima est debitum, dein-
de quia quota bonorum non hæreditatis est, quem
Alexand. in l. quia poterat, num. 10. ff. ad Trebell.
conatur refutare, sed magis implicat, quàm vt veri-
tatem explicet.

Sed negatiuam tenet Iac. de Aret. Bart. in d. l. 7
quia poterat. Cyn. Rayn. Bald. Salic. & Fulgos. in l.
hæres instituta, Angel. in consil. 81. Abbas in c. Ray-
nutius, de testam. & hanc communem testatur A-
lex. in d. l. quia poterat.

Quæro, num filii hæres possit abstensionem re- 8
uocare? Respond. & in hac non conueniunt DD.
quæstione. Affirmatiuam tenet in l. qui se patris, C.
vnde liberi. contrariam verò seruat Angel. in l. ven
tre, ff. de acquir. hæred. cuius opinio receptior est,
& eam communem dicunt Alex. in l. filius qui pa-
tri, ff. de vulgar. & pupill. eius additionator ad d. l.
qui se patris, Fernand. Vasq. de success. progress. §.
19. nu. 27. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap.

9.num.31.& hoc propterea, quia putant illud beneficium esse personalissimum. Sed de hac quæstione dixi etiam in artic. transmissio hæreditatis, quæst. 25.num.3.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIA.

1 *Filius substitutus fratri impuberi gaudet beneficio abstinendi.*

2 *Potest idem pupillarem agnoscere, & paternam repudiare.*

3 *Propter abstensionis beneficium immistio non præsumitur, quia vtile est illud.*

4 *Hinc transmittit hæreditatem patris non aditam.*

5 *Creditores si volunt conuenire filium, debent hoc probare, & quod sese immiscuerit.*

6 *Nec opus habet filius, vt excipiat, quod nondum agnouerit.*

7 *Beneficium abstinendi etiam transmittitur.*

1 DICTVM est in §. suitas, quæst.6. beneficium abstinendi quo iure sit introductum, cui concedatur, num sit annale, quid introducat, &c. Nunc porrò quæro, filios num habeat beneficium abstinēdi in hæreditate fratris, cui pupillariter est substitutus? Respond. Quod ita: nam quos possum mihi facere necessarios, possum etiam filio, l.sed si plures, ff. de vulgat. & pupill. quam opinionem tenet Bart.ibid.quem sequitur Alex.Ias.& alij communiter DD.

2 Quæro, numqnid filius hæres à patre institutus & fratri substitutus, possit pupillarem hæreditatem agnoscere, & à paterna abstinere? Respond. Quod sic: textus est expressus in l.si filius qui patri, ff.de vulg. & pupil. atque ita tenet ibid. Bart. Alex. Ias. Zas. & communiter omnes DD. atque hoc de iure prætorio, non ciuili, quod præsupponit aditionem paternæ hæreditatis propter ius suitatis.

3 Propter beneficium igitur abstinendi censetur hæreditas patris non adita, & cum pupillari connexa, vt filius implicaretur debitis paternis, vel alio onere, existimatur item adita propter suitatem, vt valeant tabulæ pupillares, quæ aliàs non valent, nisi hæreditas ex testamento paterna sit adita, §. liberi, Instit. de pupillar. substi. l.qui plures liberos, in fin. ff. eod. Nam quandocunque ius abstinendi non est vtile, locum non habet, vt notatur per Bar. in d.l.si filius qui patri, ff. de vulg. & pupil. Gozad. in l.qui se patris, C. vnde liber. sequens Alexand.in l.vnica, C.quando non petent.part.

4 Ideoque transmittit hæreditatem ex suitate, nō obstante iure abstinendi ad hæredem quemcunque. Communem testantur Bald. Instit. de hæred. qualit.& different. Alex.in l.si filius qui patri, Ias.in leg. licet, C. de iur.deliberand. Gozadin.consil.36. num.3.

5 Nec in sui præiudicium filius præsumitur hæres, vt possit à creditoribus patris conueniri: nisi probetur filius, & se immiscuisse, hanc communem testatur Alexand.consil. 8. lib. 4. Decius in l. quoties, num.9. C. quando non petent. part. communem quoque sit Crauetta consil. 837.num. 4. & consil.967.num.2.communem item dicit Gribald. commun. opin. in litera F. ita tenent omnes DD. in l.necessariis, ff.de liber.& posthu.l. 1. ff. si minor se hæred.abstin.velut attestatur Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.12. tit. 10. num. 2.magis communem profitetur Ias.in l.ei qui se, ff.de acquir. hæred.

Nec opus habet filius, vt excipiat se nondum immiscuisse se, vt notant DD.in d.l. necessarius, vbi etiā communem dicit Alex. communem quoque testatur Cagnol.in l. qui se patris, C. vnde liber. magis communem profitetur Roland. à Valle consil. 20. volum.1.Sed quando filius agit, semper præsumitur hæres, vt latè probat Mantic.d.loco, num.8. 6

Quæro hîc, ius abstinendi an etiam in tantum sit vtile, vt transmittatur? Respond. per distinctionem, hæres ille filij, est vel suus hæres vel extraneus, ad illum transmittitur ius abstinendi, l. si quis filium, ff. de acquir.hæred. ad hunc verò non, per l. quia tale, ff.soluto matrim.& ait Bart.in d.l.si quis filium. Omnes qui dicunt abstensionem transmitti, debent intelligi, vt ille, in quem transmittatur, habeat beneficium abstinendi. Hanc ibidem communem dicunt Alex.& Ias. quod tamen secundum DD.in d.l. si defunctus se non immiscuit, intelligendum est. 7

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Beneficium abstinendi amittitur omnibus istis modis, quibus suitas tollitur.*

2 *Et præterea immistione seu aditione.*

3 *Item per testamenti impugnationem, ac alios modos quibus immistio facta præsumitur.*

QVæro præterea quibus modis beneficiū abstinendi amittatur? Respond. breuiter, omnibus istis modis, quibus suitas tollitur: nam qui suus non est, abstinendi beneficium non habet, vt suprà dictum est, quæst.3.num.2 ac §.suitas, quæst.6. 1

Sed præterea amittitur, si quis se immiscuit hæreditati, l. si paterna, l. sicut, l. si quis suus, C. de repud. & abstin. ac notant in dicta l. sicut, Doctor. communiter, quod hæreditas adita repudiari non possit. 2

Deinde amittitur abstinendi beneficium per testamenti impugnationem, qua aditio præsumitur: de quibus dictum est in artic.acquisitio. 3

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Omissio non præsumitur, sed probari debet.*

2 *Omissio inducitur per verba vel facta.*

3 *Verba quæ certò omissionem inducunt, sunt: repudio hæreditatem, &c.*

4 *Actus qui certò inducunt omissionem.*

Actus quoniam definitur, omissio esse nō præsumitur facta, sed probari debet, vt dixi de acquisitione in artic.seq.quæst.5. 1

Omissio autē hæreditatis probatur inducta per verba vel facta, atque vtraque certa vel dubia, quēadmodum acquisitio hæreditatis, de quis dixi in art. seq.quæst.6.& idem tradunt communiter DD.post Bart.in l.recusari, ff.de acquir. hæred. 2

Certa autem verba sunt, quæ certo inducunt repudiationem vel abstensionem, vt, si quis dixerit, repudio hæreditatem mihi delatam, abstineo ab hæreditate paterna: quod autem hæc verba sint manifesta repudiationis, attestatur Cor.in l.qui se patris, C.vnde liber. 3

Facta vel actus, qui certo & sine dubio inducunt 4
repu-

repudiationem vel abstensionem.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Dicens, nolo adire, an repudiet.*
2 *Quid si præfixus esset terminus ad deliberandum, vel post illa verba lapsi essent tres menses.*
3 *Num filius abstinuisse dicendus, qui mediante iuramento, vel coram testibus dixerit: nolo adire hæreditatem patris.*
4 *Quid si dixerit aliquis non adeo hæreditatem.*
5 *Sed si enunciauerit, nolo esse hæres.*
6 *An repudiet, qui dicit, displicet mihi hæreditas, aut credo respuendam.*
7 *Num repudiet, qui dicit, non sum hæres.*
8 *Nunquid inducatur repudiatio per verba, nego me esse hæredem.*
9 *Quid si verba illa enunciatiua propter aliud fuerint prolata.*

1 VERBA & facta sequuntur, quæ non certò inducunt omissionem. Ex verbis autem prima sunt: Nolo adire hæreditatem, quæ nonnulli volunt inducere repudiationem: alij secus arbitrantur. Affirmatiuam defendunt gloss. in l. fin. C. de repud. & abstinend. hæred. Petr. Cyn. Iacob. de Aren. Rayner. & Fulgos. relati ab Alexand. in l. qui se patris, C. vnde liber. & ibidem scribit Riminald. hanc sibi videri veriorem, velut attestatur Menoch. de præsumpr. lib. 4. part. 2. præsumpr. 102. num. 5. Negatiuam propugnant gloss. in d. l. qui se patris, glos. in l. 2. C. de iur. & facti ignor. Richard. Malumbr. Bart. in l. accusationem, C. de accusat. Angel. Castrens. Rom. in d. l. qui se patris, vbi hanc communem dicit Dec. & Sebast. Sapia. communem & veram testantur Bologneus ibid. communem affirmat Bellon. libr. 4. supp. iur. cap. 14. receptam hanc opinionem in iudiciis sequendam existimat Menoch. d. loco & numero.

2 Istam tamē communem limita, quemadmodum in seq. artic. quæst. 7. nu. 5. 6. & 7. fuit limitata, quòd scilicet non procedat, quando assignatus fuit hæredi terminus ad deliberandum, an velit adire vel non, vel post illa verba lapsi essent tres menses, aut conuocatis amicis & testibus dixerit, estote testes, quòd nolo adire hæreditatem, siue iuramento interueniente enunciauerit, nolo adire hæreditatem, vel in scriptis ea notauerit.

3 Quæro, num filius omisisse hæreditatem censendus sit, si dixerit mediante iuramento vel testibus, nolo adire hæreditatē patris mei, vel repudio eam? Respond. Quod sic: & hanc nō solum communem, sed etiam verissimam asserit Tob. Non. consil. 5. nu. 5. qui in hoc Bartoli subtilitatem negantis, communiter ait reprobatam.

4 Sed si hæres aliquis dixerit: Non adeo hæreditatem, num repudiauerit, quæritur? Respond. idem statuunt DD. communiter in d. l. qui se patris, de hisce verbis, quod de illis, Nolo adire, velut testatur Mantica de coniectur. vltim. lib. 12. titul. 14. numer. 2.

5 Quæro, an idem enuntiat phrasis, nolo esse hæres, quod locutio nolo adire? Respond. Quod non: nam ille, qui dicit, nolo esse hæres, repudiasse existimatur: ita docent DD. plurimi, quos recenset Corneus consil. 310. volum. 3. Nam verbum, nolo, cum infinito significante essentiam, disponit statim, cùm essentia est in dicentis voluntate absque facto extrinseco, vt communis tradit schola DD.

Sed quid, si dixerit: displicet mihi hæreditas delata, vel puto mihi respuendam? Respond. Quod non præsumatur repudiare, quia ex contrario quoque non censetur adire, vt dixi in articulo sequenti, quæst. 7. num. 9. & eam magis communem dicit Alex. in l. si fratris, C. de iur. deliber. 6

Quæro, an ex verbis enuntiatiuis propter se prolato inducatur repudiatio, vt si quia dicat: Non sum hæres Titii? Respond. Ille aut animo saltem negandi protulit, fortè quia ignorat se institutum, vel animo repudiandi dixit: hoc casu non est dubium, quin repudiauerit, & ita intelligo Baldum in d. l. qui se patris, iuncta ibid. gloss. in altero casu non videtur repudiare, sed solum mentis cogitata de institutione proferre, atque sic accipio Baldum in l. potuit, num. 13. C. de iure deliberandi, Alexand. in dicta l. qui se patris. Et hanc communem testatur Mantic. de coniectur. vltimarum voluntat. lib. 12. titul. 14. numero 2. 7

Quæro item, numquid inducatur repudiatio per verba, Nego me hæredem? Respond. Bal. in d. l. qui se patris, Alber. in l. si maritus, §. si negauerit, ff. de adult. aiunt, quod sic: sed contrarium tenent Angel. Castrens. & alii in d. l. qui se patris, C. vnde liber. eámque contra Bald. communem testatur ibid. Riminal. iun. vt refert Iacob. Menoch. de præsumpt. part. 2. lib. 4. præsumpt. 102. num. 4. 8

Quæro similiter: Quid si verba enuntiatiua propter aliud fuerint prolata? Respond. tunc distinguēdum arbitror in repudiatione, quemadmodum in aditione, de qua dixi in artic. seq. quæst. 7. num. 13. 14. & 15. 9

QVÆSTIO VIII.

Repudiatur hæreditas etiam per scripturam.

NEC tantum verbis ore enunciatis hæreditatis repudiatio fit, sed etiam scriptis, argum. l. si per epistolam. de acquir. hæred. ita tenet gloss. in l. apud Iulianum, ff. ad Trebell. Bar. Alex. & alii communiter DD. in l. recusare, ff. eod. & vt scriptis declaratur repudiantis mens, ita per procuratorem potest repudiatio declarari, vt probat Alexand. ex communiore ibid. qua de causa receptior est opinio, vt per procuratoris constitutionem ad repudiandum repudiatio censeatur facta. 1

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An repudietur hæreditas hoc actu, si exigit debitum à defuncto sibi solui.*
2 *Sed quid, si ipse soluat defuncto debitum, hæredi ab intestato venienti?*
3 *Num repudiet, qui permittit res hæreditatis pretiosas perire.*
4 *Quid si soror vel frater sinit fratrem diu possidere res paternas?*
5 *Quid si terminum ad deliberandum nihil respondendo vel agendo præterire sinit?*
6 *Filius si abstinuit, & res preciosiores ex hæreditate surripit, an reuocet abstensionem.*
7 *Quid si filius post abstensionem fecerit aliquem actum, qui posset reuocationem inducere cum pro-*

testatione, quod hanc non intendat, num protestatio illa per contrarium actum vitietur.

1 SECVNDVM membrum circa inductionem repudiationis, est de factis seu actibus, l.recusari, ff. de acquir. hæred. & ex illis primum exemplum esto: si quis à defuncto sibi debitum, petit ab alio sibi solui, nam ex hoc videtur repudiare hæreditatem, nisi protestetur se non animo repudiandi exigere, ita tenet Bald. per glo. in l.debitam, C.de hæred. vel act. vendit. Castrens. in l.debitori ad fin. C. de pact. vel nisi ignorauit sibi delatã hæreditatem, aut nisi partem à cohærede solummodo exigeret, arg. l.illud.ff. de acquir.hæred.l.si ab eo, C.de nego. gest. & ita sequitur Socin.senior in consil.45.vol.4. vt refert Mantica de coniect.vlt.volunt. libr. 12.tit. 14.num.29.

2 Et ex simili inducit idem Mantica eod.loco, vt si quis sciens sibi delatam hæreditatem, & sine protestatione offerat, quod defuncto debebat, vt is hæreditatem censeatur repudiasse. Nam velut ille ait, sicut petitio debiti non conuenit hæredi, ita nec eius oblatio, quoniam per aditionem hæreditatis fit confusio, iuxta l.Vranius & l.hæres à debitore, ff.de fideiussoribus.

3 Tertiò, repudiasse censetur, qui sinit res hæreditarias multi valoris & precij interire, atque ita tenet gloss.Iacob de Aret. & Bald. in d. l. recusari, ff. de acquir.hæred.Bart.in l gerit.ff.eod.Socin.senior consil.45.num.2.volu.4.Mantic.in d.loco num.26. Menoch.de præsumpt.part.2.lib.4. præsumpt.102. num.14.

4 Quartò, repudiasse existimatur soror vel frater permittens alterum fratrem hæreditatem paternam possidere, & hoc secundum Bartol. Angel. & Imol. in d. l. recusari, Socin.senior.d.consil.45. num.3.volum.4.quod tamen non procedit si in iure erratum sit, vel sola patientia & taciturnitas interuenerit, nam vt quis excludatur ab hæreditate, requiritur spacium lõgissimum esse præterlapsum, secundum communem DD.sententiam; vt testatur Corn.cons.299.n.3.vol.3.& Gabr.conclu.8.l.5. de præscript. quos refert Mant. d. loco, quamobrem Menoch.in d. l.loco addit, si permiserit possidere fratrem, & aliquid ab eo petierit, aut rationes inierit.

5 Quintum exemplum est, si nihil respondetur intra terminum à iudice ad deliberandum præfixũ, nam tunc præsumitur repudiatio, ex hoc facto negatiuo: ita tenet Bart.in l.quamdiu.ff.de acquir.hæred.Alex.in l.fin.C.de iur.deliber.& cons. 4. num. 14 vol. 2. Maranta in d.l.is potest, ff.eod.Mantic.in d.loco, n. 19. & dixi in artic.ius deliberandi, quæst. 4 n.1.

6 Quæro, si filius abstinuit, & deinde res pretiosiores surripuerit, an abstensionem reuocarit? Respond. quod sic, atque ita tradit post Bart. & alios Iason.in l.1.C.de repud.hęred.quemadmodum testatur, Mantic.de coniect vlt. volunt.l. 12. tit. 14. nu.31. Idem de extraneo dicendum est, si post repudiationem reperitur possidere maiorem partem hæreditatis, censetur enim abstensio & repudiatio fraudulenter facta, ita consuluit Decianus, resp. 121. num.49. vol.3. Alban. ad Bart. in l.1.ff. si quis omiss. causs.

7 Quocirca filius abstinens ab hæreditate patris, & sic tacite faciens protestationem, quod non intendebat gerere pro hærede, si postea fecerit abstensioni & protestationi contrarium, videtur à protestatione recedere, quod ideò procedit secundum Bart. quia talem actum fecit cum alio contrahendo, vel solutionem recipiendo, vt patet in l.pro hærede, §.Papinianus, ff.de acquiren. hæred. secus si pura sua voluntate actitet tunc non diceretur recedere à protestatione, l. qui in aliena, §.fin.ff. eod. nisi expresse diceret se prioris protestationis pœnituisse, l.si quis in princ.ff. de l.3. cum Bart. tenent communiter alij, vt testatur Iason in d.§.Papinianus, qui tamen intelligit de protestatione in futurum, vt deroget actui sequenti. Sed tu nota, quandocũque expresse dicit filius pœnitere se abstensionis, vel facit actum, qui non potest geri citra ius & nomen hæredis, censetur reuocata abstensio, arg.l.1.C.de repud. hæred.& dixi supra quæst.3.num.3.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas, quia est ius vniuersũ, quod defunctus habuit.*
2 *Pro parte repudiari non potest, & pro parte retineri.*
3 *An qui partem repudiat, censeatur totam repudiasse hæreditatem?*
4 *Num possit haberi hæreditas eius, cui succeditur, absque hæreditate quam defunctus agnouit alterius?*
5 *Nunquid pupillaris haberi possit absque hæreditate patris, si pupillus eam agnouit?*
6 *Sed quid si non agnouit pupillus, an tunc separari possit pupillaris?*
7 *An hæreditas repudiari possit seruata legitima?*
8 *Quod declaratur in substituto & grauato.*
9 *Num prælegatum seruari possit repudiata hæreditate?*

REstant verba postrema in dicta omissionis definitione, hæreditatem omittit, vbi verbum omittere generatim sumitur pro abstinere & repudiare, arg. rub. ff.de omittenda hære. & idẽ est, quod recusare, l.recusari, ff.eo. hæreditas verò in eo capitur significatu, quo definita est, in §. hæreditas, qu.1. ea cuius explicatione multa sequuntur. 1

Primò, quoniã hæreditas successio est, in vniuersum ius, quod defunctus habuit, l.hęreditas, ff. de reg.iu. sequetur, quod pars hæreditatis repudiari nõ possit, seruata altera ab eo, qui totã acquirere potest, l.qui totã, ff.de acqu.& omit.hære.vbi idẽ com. Dd.tradũt. 2

Dictum est in articulo sequenti, qui partem adit, quòd ille totam hæreditatẽ censeatur adiuisse, quęro igitur, an qui partem repudiet, etiam totã hæreditatem existimetur repudiasse? Respondeo: variè hanc quæstionem tractat Bart. sibipsi contrarius in d.l.qui totam, & alibi, vt ibidẽ DD.notant: frequẽtiua, tamen interpretes eo eunt, vt si aliàs partes nõ exprimat, censeatur omnes repudiasse, per l.nec is, l.illud.ff.de acquir.hæred. sin vero exprimat partes, quas velit seruare seu adire, quod partes seruatæ seu aditæ, trahant secum partem repudiatam, vt dixi in artic.seq.quæst.16.2.Hæreditas enim pro parte adiri non potest, nec repudiari, d.l.qui totã, ff. de acqu. hære. & l.si solus, ff.eod.ac vtrobique DD.cõmuniter. Alciat. tamen in d.l.qui totam addit (cõtra Bartoli opinionem dicentis repudiationem non valere, nec aditionem, vbi quis partem repudiat & partem expresse seruat) argumentum tale, quod putat solutu difficile. Qui facit actum & deinde clausulam addit illi actui contrariam, tunc actus non vitiat, sed vitiatur. l. si quia ita hæres, ff. de hæred. institut. l.per seruum, §.1. ff. de vsu & habit. & 28. distinct. diaconi &c. cum M. Ferrarien. de constitut. 3

sed

ſed in propoſito reſeruatio in alia parte eſt contraria repudiationi. Ergo repudiatio vitiatur & non vitiat.

4 Et quia hæreditas adita, ſecundum communem, fit patrimonium adeuntis, fit vt hæres hæredis non poſſit habere hæreditatem eius, cui ſuccedit abſque hęreditate primi defuncti, l. ſed ſi plures, §. filio, cum ibi notat. ff. de vulg. & pupillar. éſtque communis DD. opin.

5 Quomodo & filio impuberi inſtituto ſubſtitutus pupillarem hæreditatem abſque paterna habere non poteſt, ſi filius agnouit eam, vnum quia ex vtraque fecit hæreditate patrimonium filius adeundo paternam, & textus eſt expreſſus, in d. §. filio, vbi eam opin. gloſſ. & communiter DD. tenent, & teſte Iaſone ibidem educunt hoc conſectarium, quod coniunctorum & connexorum debet vniformis eſſe diſpoſitio, nec licita eſt eorum ſeparatio. Item, quod connexorum idem debet eſſe iudicium & vniformis determinatio, textus eſt, quem Baldus ſemper habebat in ore, in l. quid ego, §. penult. in verb. connexum, ff. de contra. iud. tutel. niſi tamen impubes per reſtitutionem ab agnita hæreditate
6 abſtinuerit, l. non ſolùm. ff. de in integr. reſtitut. Ex quibus contra ſequitur, quòd ſi pupillus à patre inſtitutus, intra pubertatis annos nondum hæreditate agnita deceſſerit, quod illi ſubſtitutus pupillariter ſolùm pupillarem hęreditatem amplecti poſſit, argu. l. paterfamilias, ff. de priuilegiis creditor. quod tamen intellige ſi alius ſit cohæres, qui hæreditatem patris adeat, nam pupillares tabulæ non valent, niſi adita ſit hæreditas, vt dictum & declaratum eſt in §. ſubſtitutio, quæſt. 26. vel per exiſtentiam ſuitatis tabulæ pupillares fuerint confirmatæ, ibid. num. 2. ſed hanc quæſtionem ea Dyno latè ac variè diſtinguit Bartol. in l. fin. ff. de acquir. hæred. eámque intricatiſſimam teſtatur Vanderanus de priuileg. creditor. cap. 17. qui negat, illum ſibi præiudicare, qui repudiat paternam, & Dyn. Bartol. cum quibus tranſeunt alij, aiunt paternam haberi non poſſe abſque pupillari, per l. qui patri, ff. de acquir. hæred. vbi Alexand. & alij communiter DD. quod gloſ. ibid. de rigore iuris procedere firmat. Quod de communi procedit, vt adiens hæreditatem patris non poſſit repudiare pupillarem ſuperuenientem, l. quidam elogio, C. de iur. deliber. & hanc commun. dicit Alexand. in l. teſtamento, C. de impub. & aliis ſubſtit.

7 Quæro, num filius poſſit repudiare hæreditatem patris, & ſeruare legitimam? Reſpondeo, & in hac quæſtione variant doctores, qui legitimam dicunt partem bonorum vel debitum quoddam naturale, aut legitimum affirmant, quod filius poſſit repudiare hæreditatem patris, retenta ſibi legitima: eos autem partim in §. legitima, quæſt. 1. numeraui, cum quibus facit Vaudus variar. quæſt. libr. 1. quæſt. 52. cum quo & ſocer tranſit.

Sed contra illos receptior eſt opinio, quia legitima inſtitutionis titulo debetur, & quota hæreditatis eſt, ac iſtam veram & commun. dicit Alexand. in l. hæres inſtituta, C. de impuber. & aliis. communiorem & veriorem teſtatur Boerius deciſ. 204. nu. 43. comm. profitentur Menoch. de præſumpt. part. 2. lib. 4. præſumpt. 101. n. 5. Ioan. Vaud. d. quæſt. 52.

8 Intelliguntur tamen d. communes in filio ſimpliciter repudiante, ſecus videtur quando repudiauit retenta legitima cum ſubſtitutus eſt, ac grauatus filius fuerit legatis, fideicommiſſis debitis, l. ſi ſolus, ff. de acquir. hæred. l. ſi libertus patrono, ff. de bonis libert. ita tenet Batto. in l. gerit. Maranta in l. is poteſt, ff. de acquir. hæred. Ang. in l. ſi pater, C. de inſtitut. & ſubſtitut. Caſtrenſ. Alex. & alij DD. in d. l. hæres inſtituta.

Quæro, hæreditas an repudiari poſſit ſeruato 9
prælegato? Reſpond. quòd ſic textus eſt in l. qui in filiabus, §. fin. l. ſequ. ff. de legat. 1. l. Titia, ff. ad l. Falcid. Bart. Socin. Iun. in leg. in quartam, ff. eod. ratio eſt, quia prælegatum & hæreditas non ſunt cõnexa.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *An filius poſſit retinere emphyteuſin & repudiare hæreditatem.* 2.
3 *Sed quid ſi in conceſſione non facta ſit mentio filiorum, ſed ſolum data eſt emphyteuſis pro ſe & hæredibus?*
4 *Et quid ſi ſine mentione hæredum vel filiorum conceſſa fuerit?*
5 *At quid ſi data eſt in generationem tertiam vel quartam?*
6 *Num feudum retineri poſſit & repudiari hæreditas?*
7 *Sed quid iuris eſt in hæreditario feudo?*
8 *Filius dum cogitur adita hæreditate, feudum etiam non hæreditarium habere, confecto inuentario non compellitur creditoribus ſatisfacere vltra vires hæreditatis allodialis iure, quamuis in multis locis contraria viget conſuetudo.*

QVæro iuxta dicta, an filius poſſit retinere em- 1
phyteuſin repudiata hæreditate? Reſpon. Emphyteuſis conceſſa eſt pro ſe, filiis & hæredibus, vel pro ſe & filiis, primo caſu non poteſt repudiare hæreditatem & retinere emphyteuſin, textus eſt in l. nonnunquam, ff. ad Treb. & ita tenet Bart. in l. & in tiſiu. §. ſi liberi, ff. de oper. libert. & c. 3. nouel. 7. Ang. & Alex. in l. Gallus, §. etiamſi parente, ff. de liber. & poſth. hanc comm. dicit Alex. conſil. 129. nu. 2. lib. 5. omnium conſenſu confirmari teſt. Iaſon in l. ſi non ſortem, §. libert. num. 55. de communi quoque referunt illam Did. Couarr. variar. reſolut. l. 2. c. 18. nu. 3. Clarus in §. emphyteuſis, q. 37. nec diſtinguitur eccleſiaſtica vel priuata ſit, iuxta communẽ omnium interpretationem, teſte Alex. in l. quod dicitur, nu. 15. ff. de verb. oblig.

Poſteriore caſu, quando conceſſa eſt pro ſe & fi- 2
liis, poteſt repudiare hæreditatem & retinere emphyteuſim, ita tenent Bart. Alex. & alij communiter DD. in d. l. quod dicitur, Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſicu. 28. Bald. in l. item videndum, §. videamus, ff. de pet. hæred. Dyn. Albert. Imol. Angel. Caſt. Iaſon & alij in l. apud Iul. §. ſi quis alicui. ff. de legat. 1. hanc comm. teſtat. Alex. in d. l. quod dicitur, commun. etiam dicit Iaſon in l. 2. nu. 188. C. de iur. emphyt. communem item enunciat Ioan. Dilect. Dur. de art. teſt. tit. 11. caut. 2. quod ſecundum Bart. in l. ſi tibi, §. ſi pactus, num. 9. ff. de pact. cuius opinionem putat Alex. in d. l. quod dicitur, ſolum procedere in emphyteuſi eccleſiaſtica, tamen Clar. etiam de priuata intelligit, d. q. 37. num. 1.

Sed quæro, quid ſi non facta ſit mentio filiorum, 3
ſed ſolum pro ſe & hæredibus. Reſpond. gloſ. in l. ex facto, §. fin. ff. ad Treb. & ibid. Bald. Imol. Cuman. & Imol. in l. filiusfa. §. cum quis, ff. de legat. 1. tenent in materia, quæ verbum hæredes ad filios & nepotes tantùm dictat eſſe referendum, minimè neceſſarium eſſe, vt filij ſint hæredes. Sed contrariam opinionem, quod ſine diſtinctione ſiue eccleſiaſtica ſit, quæ ſolùm ad deſcendentes tranſeat, ſiue alia emphyteuſis fuerit, filios oportet eſſe hæredes

Doctores communiter idem tradunt, Angel. in d. l. neque filiusfam. qui in d. l. renitente dicit, quòd viderit ita Florentiæ practicari, quod ita Bald. obtinuit, vt refert Iason in d. §. neque filiusfam. quam doctrinam Bart. & communiter DD. extendunt ad bonorum possessionem, vt nec illam solus pater repudiare possit, l. 2. C. de repudiand. bonor. posses.

5 Neque obstat dictis regula vulgaris, qui potest adire, is potest repudiare, illa enim reg. locum habet solum in illis, qui possunt proprio nomine adire, vt notant Bart. Alexand. Iason & reliqui DD. in d. l. si infanti, C. de iur. deliberandi.

6 Vnde fortius sequitur, quòd nec tutor sine pupillo, neque curator sine minore, hæreditatem repudiare possint, quia non proprio, sed alieno adeunt nomine & iure d. l. tutor, cum gloss. & communiter DD. ff. de bon. possess.

7 Sed quæro, nunquid pater solus absque filio repudiare possit hæreditatem? Resp. hæreditas aut est profectitia, aut aduētitia: hāc repudiare in sui præiudiciū pater potest, illam non, l. C. de bon. quæ lib. l. renitente. C. de iur. deliber. l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. & hanc tenet Bartol. in l. aditio, ff. eod. & cum illo transeunt omnes, vt testat. Iason in d. §. neque filiusf. n. 24. Subdit tamen Bart. quòd pater potest cogere filium, vt secum repudiet, l. Idémque, §. si cui mandauero, ff. mandati. & cum Barto. transeunt communiter alij, vt testatur idem Iason ibid. nu. 25.

8 Et idem ius est in filio, vt hæreditatem profectitiam solus in præiudicium patris recusare non possit, licet aduentitiam repudiare valeat. per text. in d. §. neque filiusfa. vbi & DD. communiter, quod tamen intellige de repudiatione expressa, non tacita, nam per hanc patri nocet, & ita magis communiter tenent DD. per l. bon. C. qui admitti, vt ibid. test. Alex. Bart. tamen hoc limitat in l. seruus, §. fin. ff. de bonor. posses. l. is, qui hæres, ff. de acquir. hæred. dict. §. neque filiusfam. nisi malitiose filius siuerit tempus præterlabi. & cum Bart. transeunt alij, quos commemorat in d. l. bon. Alex. qui hoc notandum putat, & communiter omnes, in d. §. neque filiusfa. tenere dicit, vt scientia patris sibi scilicet patri non præiudicet, si modo filius ignorauerit hæreditatem vel bono. possessionem esse delatam, ratio est, quia filij principaliter scientia in adeundo requiritur, vt dixi in artic. seq. quæst. 4. num. 19.

9 Certum est, quod seruus absque iussu domini non possit repudiare hæreditatem, quia eius conditionem deteriorem facere nequit, §. item vobis, Instit. per quas person. nobis acquiratur, quæro itaque an solus dominus absque consensu serui possit repudiare? Respon. quod dominus hoc possit, tenet glos. in l. legatum seruo, glos. & communiter scribentes, ff. de l. 1. glos. in l. 2. C. de repud. bonor. pos. & in l. 2. §. 1. ff. de succes. edict. glos. & Bartol. in d. l. Tut. Dyn. Bald. Imol. Roman. Alex. in d. §. neque filius, & ista est communis opinio legislat. & canonistarum vt test. Iason in d. §. neque filius. num. 40. qui tamen contrarium tenet ex regul. is potest solus repudiare, qui potest solus adire, ac in l. legatum seruo. Sal. in d. l. 2. C. de repud. bonor. posses. hanc comm. dicit quanquam hæc fortissima est ratio, vt Zazius test. in d. l. legat. cui tamen altera verior videtur, & magis communis est, vt fatetur Alexand. in d. l. legat. à qua iuxta illum, non est recedendum, & tanquam solam communem nominat Alber. ad Bar. in d. l. legatum. Sed mihi Ias. per l. successorium, §. per seruum, ff. de succes. edi. magis placet.

Quæro. Num monasterium vel Abbas eius nomine, hæreditatem aut legatum monacho delatam, sine monacho repudiare possit? Respond. in hac quæstione non conueniunt legistæ & canonistæ, ex quibus hi communiter, vt Alexand. in d. l. legatum testatur, indubitatè verò iuxta Fern. Vasqu. de succes. procreatione, §. 10. num. 252. concludunt, ex illa thesi, quam dixi in art. seq. q. 17. num. 31. & Iasonia fundamento, modò posito, quod monasterium vel Abbas etiam inuito monacho repudiare possit hæreditatem eiusmodi, quia & adire potest sine eo. 10

Sed contrariam tenent multi (imò omnes fermè legistæ) quos recenset Iason in d. l. legatum, eámque communem ibid. fatetur Alexander, communem quoque ait Fern. Vasqu. in d. loco per l. 1. C. de bonor. poss. infant. vel fur.

Iuxta dicta quæro, num prælatus absque consensu Capituli possit repudiare hæreditatem vel legatum ecclesiæ delatum? Respon. arduam hanc quæstionem dicit Fern. Vasq. in d. loc. affirmatiuam tenent multi, quos ibidem commemorat, eámque communem dicunt Iason in d. l. legatum. & Aretin. in d. §. neque filiusfa. Ripa & Zasius in d. l. legatum. Felyn. in cap. in præsentia de probat. Sed negatiuam tenent non pauciores, eámque communem testatur Alexan. in d. l. legatum. & hanc longè veriorem, cum Fernand. Vasq. in d. §. 10. nu. 254. puto, quia repudiatio est alienatio, d. l. magis puto, §. fundum, ff. de reb. eor. quor. alienat. non. Prælatus autem sine interuentu Capituli alienare non potest; c. 1. & c. de reb. eccles. non alien. interim tamen ab illo dissentio, in hoc, quòd ex receptiore & veriore opinione, existimat hæreditatem monacho dalatam sine eius interuentu aditi posse, de qua re dixi in arte sequ. q. 17. 11

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Cui accrescat portio repudiata.*

2 *Filiofamilias repudiante hæreditatem aduentitiam, pater potest eam acceptare, etiam dato substituto.*

3 *Num hæres institutus & executor datus si hæreditatem repudiat, an possit retinere executionem?*

4 *Num nepos abstinens ab hæreditate patris, qui aliquandiu superuixerat suo patri, possit consequi hæreditatem aui primò demortui?*

PRæterea quæro, pars repudiata cui accedat? Respondeo, accrescit cohæredi inuito, ita tenet gloss. in l. testamento, C. de impuber. & aliis, & textus est in l. cum hæreditate, ff. de legat. 2. item in l. si quis hæres, ff. de acquir. hæred. eámque ibid. communem asserit Alex. & quidem si plures fuerint, ne accrescat singulis, pro rata, seu quota sua, in qua instituti sunt, veluti dictū est in §. ius accrescēdi, q. 26. 1

Quæro si filiusfamilias repudiat hæreditatem aduentitiam, an pater possit eam acceptare? Respond. quòd sic, nam tum non accrescit cohæredi, textus est in l. fin. C. de bonis quæ liber. in princ. eámq; communem testatur ibid. Iason in verb. recusare, communem item dicit Dec. de regul. iur. 293. & hoc eo vsque extendunt Doctor. vt procedat, etiamsi filius substitutum habeat, ita tenet Barto. in l. cum proponas, C. de hæred. instit. vbi eam communem asserit Alex. nisi tamen substitutus esset testatoris coniunctus, & hoc commune testatur Iason in l. 3. C. eod. cui tamen illud in puncto iuris non placet, neque mihi limitatio Bart. ibid. qui vult vt pater tum solum præferatur substituto, cum filius eius respectu est institutus. a

3 Quæro hic quoque obiter, num hæres institutus, & executor in testamento datus, executionem retineat repudiata hæreditate: Respond. quòd non: éstque casus notabilis in l. Luc. Tit. ff. de fideicommiss. l. codicillis, § r. & ibi Bart. ff. de annuis leg. Bald. in l. cùm proponas. C. de fideicommiss. libert. Castrens. in l. qui plures, ff. de vulgar. & pupill. Iason in l. qui totam. nu. 35. ff. de acqu. hæred. Barbat. ad Bart. in l. post legatum. §. amittere, ff. de his quib. vt indig. qui hoc in tutela non procedere latè ostendit. Sed è contra repudiato officio commissarij non videtur repudiata hæreditas, quia qui parti indiuidui renũciat, nihilo renonciat, vt tradit Bald. in d. l. cùm proponas, & post eum Iason in d. l. qui totam.

4 Quæro etiam, num nepos abstinens ab hæreditate patris sui, qui pater aliquandiu superuixeret patri suo, possit consequi hæreditatem aui? Respon. controuersus est hic articulus, gloss. in l. si quis filiusfa. §. 1. ff. de acquir. hæred. & Bald. in l. qui se patris, C. vnde liberi tenent, quòd nepos possit habere hæreditatem auitam repudiata paterna, quam Bart. ibid. in dict. l. § 1. dicit procedere, si teneatur opinio, quæ vult quòd hæreditas paterna non agnita non transmittatur ad extraneos, vt tenet glos. in l. si infanti, C. de iur. delib. Sed contrariam opinionem seruat Bart. ibidem, & communiter omnes DD. velut attestatur addit. ad Dec. in d. l. qui se patris. Ratio est, quia suus hæres ipso iure existit hæres absque agnitione, vnde hæreditas patris & aui vna facta censetur, & in extraneum propterea transmittitur. Ac hanc veriorem nominat Barto. in d. loco. Sed gloss. opinio videtur mihi æquior ac verior de iure prætorio, per d. l. qui se patris.

5 Vltimò quæro, quanto tempore abstensioni siue repudiationi præscribatur? Respond. Terminus est præfixus ad deliberandum, aut non est præfixus: priori casu post elapsum illum terminum facultas repudiandi amplius nulla restat, sed hæreditas pro repudiata vel adita habetur, vt dixi in artic. iua deliberandi, quæst. 4. numer. r. Sed si non est præscriptum tempus, intra quod adeat, vel repudiet, tunc nullo non tempore repudiari potest hæreditas. Est enim abstensio & repudiatio facultas; facultati autem non præscribitur, vt est text. in l. viam publicam, ff. de via publ. & in c. possessiones 16. quæst. r. cap. significante, de appellat. vbi Abbas, & communiter alij DD. éstque communis secundum Anton. Gabr. lib. 5. conclus. 10. de præscript. qui ibidem in contrariam partem allegat Bald. Angel. Rapha. Cuman. & Aret. in l. licet, C. de iur. deliber. Ias. in l. 2. ff. de acquir. hæred. qui variè hoc tamen limitat.

QVÆSTIO XIIII.

SVMMARIA.

1 *Repudians hæreditatem non desinit esse hæres.*
2 *Ideoque per repudiationem in iudicio factam non præiudicat sibi hæres, nisi aduersario illa prosit.*
3 *Et puella renuntiantes hæreditati paternæ, à se aditæ, quò minus rẽtineant à fratribus impediri non possunt.*

DIctum est suprà, qnòd hæreditas acquisita o- 1
mitti & repudiari non possit, nisi à suo hærede, l. fin. C. de abstin. & repud. hæred. vel in fauorem fideicommissi vniuersalis, l. nam quod, §. 1. ff. ad Trebell. aut in casu, l. cum hæreditate, ff. de acquir. vel omitt. hæred. & l. quidam elogio, C. de iur. deliber. vel denique per restitutionem in integrum. Quæro itaque, num idem valeat, cùm in iudicio hæres repudiauerit hæreditatem acquisitam? Causa autem dubitandi & interrogandi ex eo oritur, quia confessio in iudicio facta nocet confitenti, licet extra iudicium facta non noceat, l. 1. in fin. ff. de interrog. in iudic. l. cum de indebito, §. fina. ff. de probat. cap. si cautio, de fide instru. Ad quæstionem propter varietatem DD. in l. sicut, C. de abstin. & repud. hæred. valdè intricatam, breuiter sic respondeo, vt confessio in iudicio hæredis à creditore hæreditario conuenti, ad se pertinere hæreditatem, in veritate non inducit aditionem hæreditatis per omnia, sed solummodò vt patiatur actionem ab aduersario, ita negatio se hæredem esse in iudicio facta, non inducit veram repudiationem, vt desinat, scilicet hæres esse, nam nostrum negare vel affirmare non facit naturalem veritatem aliter se habere, quia natura non potest mentiri, secundum Bald. in d. l. sicut. Manet igitur illud vulgare, & communiter receptum, semel hæres (in effectu) semper hæres.

Sed an aliquo modo sibi præiudicet hæres in io- 2
dició, qui repudiat hæreditatem, quæritur? Azo simpliciter affirmat, vt refert gloss. in d. l. sicut. Bart. ex seq. gloss. distinguit, hoc modo: Repudiatio fit ad commodum aduersarij vel repudiantis, hoc casu nullum præiudicium adfert: illo verò repudianti nocet quoad istum aduersarium, non etiam alios. Hāc Barto. distinctionem sequuntur Bald. Alex. & reliqui communiter DD. in d. l. sicut. Verborum forma solum dissidet Castrensis, qui vult verbum, repudio, ab ista distinctione excludere, ac sine effectu constituere: verbum verò renuntio, substituere.

Vnde infert pro puellis à fratribus, quæ mari- 3
tantur, & ab ipsis iubentur renuntiare hæreditatem paternam in bonis, in quibus fœminæ succedunt, sicut masculi. Si filia, inquit, adiuerat hæreditatem paternam, vel magis se immiscuerat, postea dicit, repudio ad instantiam fratris, nihil valet repudiatio. & ea non obstante, potest eam auocare è fratre: Sed si dicat, renuntio & dono tibi partem meam, & omne ius, quod habeo in hæreditate paterna, bene tenet. Et quamuis DD. frequenti calculo fateantur, renuntiationem donandi animo factam, tenere per leg. suus hæres, C. de repud. hæred. item Barto. Ange. & Alex. in d. l. sicut, tamen differentiam illam inter repudio & renuntio, Castrensi non concedunt, teste in d. l. Alexandro, numer. 3.

ARTI-

ARTICVLVS

Acquisitio hæreditatis.

Dictum est in præcedenti articulo, quo pacto hæreditas repudiari possit, sequitur nunc, quo modo non repudiata acquiri queat, quæ materia vt præ illa crebrior vsu, ita frequentior in foro, ampliórque est. Trahit enim secum omnes ferè post se articulos sequentes: difficultates & disputationes habet plurimas, ea quibus nos pro nostra consuetudine, magis præcipuas solummodo proponemus.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Acquirere generale nomen est.*
2 *Immiscere est propriè suorum hæredum:*
3 *Quemadmodum adire extraneorum.*
4 *Sæpius tamen confunduntur.*
5 *Melius verò distinguerentur, & ob quam causam*
6 *Ideircò stante statuto, vt de hæreditatibus soluatur gabella, ille qui se immiscere dicitur, vt suus hæres, nihil tenetur soluere.*



NEMINI credo dubium esse, quin acquirere, quàm latissimè pateat. Acquiritur enim etiã dominium, possessio, obligatio, & alia iura, vt ex rubricis sequẽtibus apparet, ff. de acquirendo rerum dominio, de acquirenda vel omittenda possessione, & in Institut. per quas personas nobis obligatio acquiritur. Hinc quoque extra controuersiam arbitror positum, quod hæreditatem acquirere latiùs pateat. quàm vel adire, vel immiscere; & hæc ambo tanquam genus sub se species complectatur.

2 Immiscere enim dicuntur propriè sui hæredes, veluti & abstinere, quod clarum est ex textu & glo. in §. extraneis, Instit. de hæred. qualit. & different. item ex gloss. in rubric. ff. de acquir. hęred. quæ etiam vtrobique à DD. receptæ sunt.

3 Adire autem extraneorum est, vt & repudiare, quemadmodum probant DD. & gloss. communiter approbatæ, §. extraneis, Instit. de hæred. qualit. &c. Adire igitur est, quasi ad hæreditatem ire, l. delata, ff. de verb. signifi. sui contra non vadunt ad aliud, sed ad proprium, vnde dicuntur immiscere. Ideò suo existente hærede hæreditas nõ iacet. Cyn. Bald. Aret. post glo. in l. cùm hæreditas, C. depositi.

4 Sæpius tamen suus hæres quoque dicitur repudiare vel adire, vt in l. defunctis, C. de leg. hæred. & multis aliis in locis, etiam apud Latini sermonis parentem Ciceronem, in 2. Philipp. vbi dicit: Cùm ipse patris hæreditatem non adisses. Idque propter eadem iura, quæ suus in abstinendo & immiscendo cum extraneis hęredibus habet, sicut partim in pręcedenti dictum est, & nunc in hoc articulo dicetur. Nam in quibus suum hæredem non excipimus, ea de omni hærede intelligi volumus: quò enim istud ταυτολογεῖν, vt idem bis vel pluries sine causa repeteremus, non sine lectoris tædio?

5 Et quamuis adire & immiscere plurimum confundantur, præsertim in Codice & Iuris interpretibus, tamen melius distinguerentur; nam adire, est ire ad id, vbi nondum sumus, vnde adire hæreditatem erit acquirere eam, in qua adhuc nihil iuris habemus, quod in omnibus extraneis hæredibus sine contradictione verum est: Immiscere verò est, acceptare hæreditatem, in qua ante ius habuimus, quemadmodum modò relatum est; propter continuationem in nos dominij, de quo text. est in §. sui autem, Instit. de hæred. qualit. & differ. & l. in suis, ff. de liber. & posth. vbi gloss. & DD. hoc vnanimi cõsensu confirmant. Et expresse in d. l. in suis habetur, vt continuatio dominij eò rem perducat, vt nulla hæreditas videatur fuisse. Et paulò post: Itaque post mortem patris hęreditatem nõ videntur percipere, sed magis liberam bonorum administrationẽ consequũtur, quasi olim hi domini essent, qui etiã viuo patre quodammodo domini existimantur. Vnde & D. Paul. in epist. ad Gal. c. 3. inquit: Si filius & hæres.

Ex quo fit, vt stãte statuto, quod de hæreditatibus 6 iubet solui gabellam, suus hæres, vel qui se immiscet hæreditati paternæ, eam soluere non teneatur; non enim tam hęreditas acquiritur, quàm prioris dominij plena administratio suscipitur: & ita tenẽt Ang. Imol. Cuman. & alij DD. in d. l. in suis, eámq; communem testatur opinionem Dec. in l. final. C. de edict. D. Hadrian. tollend.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Hæreditatis acquisitio quo iure sit introducta.*
2 *Vnde deportatus adire non potest?*
3 *Quid in bannito?*
4 *Quid in excommunicato?*
5 *An damnatus ad mortem adire possit.*
6 *Damnatus ad metallum an hæreditatem acquirere queat.*
7 *Quid si institutus factus sit incapax hæreditatis, an substitutus eam agnoscere possit.*
8 *Quot tempora sint consideranda in hærede, vt capere possit hæreditatem.*

QVæro præterea: Hæreditatis acquisitio, quo 1 iure sit introducta? Respond. Quod sit iure gentium introducta, affirmare videntur, quotquot successionem ab illo iure profluere dicunt; vt est Bartol. & alij DD. in l. interdum, C. de condict. indeb. & in rub. ff. de acquir. hæred. de qua re aliquid dictum est in §. hæreditas, quæst. 1. plenius autem in §. præcedenti, vbi probaui ex crebriori DD. calculo, quod successio tàm ex testamento; quàm ab intestato, sit origine quidem iuris gentium primæui, sed quoad formam, esse iuris ciuilis. Et hanc veram & communem conclusionem etiam de aditione loquens, quod origine scilicet sit iuris gentium, forma verò iuris ciuilis, asserit Paul. Paris. consil. 2. nu. 60. volum. 2. nec multis iam puto egere probatio-

nibus: Aditio hæreditatis num sit iuris prætorij, vel iuris ciuilis in specie dicti. Manifestissimi enim iuris est, quod prætor tantùm bonorum possessorem, hæredem verò facere non possit, per legem namque tamùm, vel similem constitutionem hæredes fiunt, in princ. Instit. de bonor. possess. Notissimum quoque est, quod per aditionem hæreditas acquiratur, vnde hæreditatis aditio frequentissimè appellatur, quare etiam nullus vnquam dubitauit, aditio hæreditatis quin sit iuris ciuilis in specie sic nominati. Posset & hoc alio demonstrari argumēto. Nam bonorum possessio, quæ à prætorio iure est, saltem apud iudicem peritur, vt constat ex §. bonorum possessio, quæst. 6. Hæreditatis verò aditio etiam extraiudicialiter fieri potest, vt tradit Imol. & Alex. in l. qui hæreditatem, ff. de acquir. hæred.

2 Iuris ciuilis quoniam hæreditatis aditio est, sequitur quod is, qui iuris ciuilis communionem non habet, hæreditatem quoque adire non queat, inter quos est deportatus, l. neque, §. 1. ff. de testam. milit. l. quidam, ff de pœnis, l. edicto, §. 1. ff. de bonor. possess. hanc communem testatur Alex. in l. qui deportantur, C. de hæred. instit. & dictum est de hac quæst. in §. institutio, quæst. 1.

3 Sed quid in bannito? Respondit socer meus ad hanc quæstionem modò dicto §. institutio, quæst. 3.

4 Excommunicatus an adire possit hæreditatem, quæritur? Respond. Ille est excommunicatus propter delictum aliquod, aut propter heresin. Priorem casum idem socer meus soluit in dict. §. institutio, quæst. 4. De posteriore nemini arbitror fieri dubium, cùm hæreticus quiuis expressa D. Iustiniani constitutione, quæ continetur, l. fin. C. de hæretic. & Manich. non solum ab hæreditate, sed etiam à legato alienus iubeatur esse etiam in testamento militis, in quo tamen deportatus relictorum capax est, d. l. neque, §. 1. ff. de testam. milit. vt ibid. quoque docent gloss. Bart. & alij communiter Doctores.

5 Sed an damnatus ad mortem adire possit hæreditatem? Respond. Quod non: nam & hic de ciuium numero exemptus est, & seruus pœnæ factus, vnde nec ciuium iure gaudet, vt lute S. M. scripsit in §. institutio, quæst. 5.

6 Num idem seruetur in damnato ad metallum, perpetuos remiges & similes pœnas, quæro? Respond. Quod non, quia deportato æquiparantur, vt patet in §. institutio, quæst. 6.

7 Quod si institutus factus fuerit incapax hæreditatis, quæro, num ei substitutui possit hæreditatem adire? Respond. Quod sic: nam testamentum potest vires sumere etiam à vulgari tacita, vt tenet gloss. in l. lex Cornelia, in versicul. agnatorum, & in l. si pater captus, in verbo institutus, ff. de vulgar. & pupill. Bart. & DD. communiter ibid. & hanc magis communem dicit Alex. in consil. 188. lib. 2.

8 Quæro etiam, quot tempora sunt consideranda, vt quis dicatur capax hæreditatis? Respond. Distinguendum hîc est inter suos & extraneos hæredes. Extranei debent esse capaces tribus temporibus, tempore scilicet institutionis, mortis testatoris, & aditionis: de quo text. est capitalis in §. in extraneis, Instit. de hæred. qualit. & differ. & in l. si alienum, §. 1. ff. de hæred. instit. & vtrobique gl. & DD. communiter hoc seruant. Item Dyn. in cap. beneficium, num. 28. de regul. iur. in 6. Et si horum aliquo tempore hæres incapax efficitur, hæreditatem habere non potest, media verò tempora non nocent, secundum Bart. in d. l. si alienum, §. 1. quare textus in l. sed si conditioni, §. solemus, ff. de hæred. instit. tanquam ex communi omnium DD. ait: Solemus dicere, media tempora non nocere, vtputa ciuis Romanus scriptus, viuo testatore factus peregrinus, mox in ciuitatem Romanā peruenerit, media tempora non nocent. Vbi itaque nullum testamentum & institutio, ibi quoque non sunt tria, sed duo tantum tempora consideranda, mortis & aditionis. In suis autem tantum mortis tempus consideratur, vt tenet eadem gl. & Bart. in d. §. 1. eámque magis communem testatur Ias. in l. 2. ff. de vulgar. & pupil. quia sui statim ab obitu patris sui hæredes sunt.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Quid sit acquisitio vel aditio, secundum communem ac veterem definitionem.*
2 *Et quæ sit noua.*

NVnc quæro: Quid sit acquisitio vel aditio? 1 Respond. Communiter DD. finiunt; quòd adire hæreditatem nihil sit hodie aliud, quàm illam capessere, & se pro hærede gerere, vt videre est apud eos in §. antepenult. & penult. Instit. de hæred. qualit. & differ. item in l. pro hærede, & l. gerit, ff. de acquir. hæred. omnésque fatentur, quod differentia, quæ inter solennem aditionem & gestionem pro hærede hodie sit sublata, vt testatur VVesenb. in paratit. de acquir. hæred. & Althusius in sua iurisprudentia lib. 1. c. 17.

2 Et, quoniam non solum aliqua desunt in vulgari illa definitione, sed etiam minus commodè immistioni conuenit, quamobrem acquisitionem, generaliori verbo retento, definio, legitimum actum, quo quis animo indubitato hæreditatem delatam acquirit. Nec huic definitioni obstabit, quòd adire ius dicatur in l. si mater, C. de instit. & substit. veluti Mynsing. 2. obseruat. 71. allegat. Nam si textus ille probè consideratur, adire non dicitur ius, sed habere vel nactos esse filios ius adeundæ hæreditatis, ita vt possint hæreditatem adire, vel se immiscere si velint: Ius itaque ibi pro facultate capitur.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIA.

1 *Aditio vel acquisitio rectius, quòd sit legitimus actus, definitur.*
2 *Qui sub conditione, vel in diem non possit fieri.*
3 *Atque hoc propterea, quia debet fieri animo certo, non dubio.*
4 *Hæreditatis aditio potest fieri solo animo, verbis tamen declarato.*
5 *Aditio errore facta non valet.*
6 *Neque tenet, metu quæ sit aditio.*
7 *Impeditus adire, restituitur in integrum.*
8 *Nemo potest cogi adire, nisi qui restituere debet.*
9 *Nec dubitans hæreditatem rectè acquirit.*
10 *Aditurus debet scire, sibi delatam esse hæreditatem.*
11 *Præcipuè quòd sit mortuus ille, cui succedere vult.*
12 *Tertiò debet scire, quo iure succedat.*
13 *Quartò noscat, se proximiorem esse hæredem.*
14 *Quintò, defunctum potuisse testari.*
15 *Et testamentum valere.*
16 *Sextò sciat, ex quota parte sit hæres.*
17 *Septimò, num sit hæres necessarius vel voluntarius.*

18 In

18 *In istis autem sufficit etiam vehemens hæredis aditur opinio.*

19 *Si filius iussu patris, vel seruus iussu domini adit, vter ista scire debeat.*

20 *In aditione non sufficit ratihabitio, sed iussus præcedere debet.*

21 *Nec aditio, nec immistio per procuratorem fieri potest, sed per ipsum hæredem voluntas acquirendi exprimenda est.*

1 SED quòd acquisitio sit legitimus actus, constat ex l. eum qui, ff. de acquir. hæred. item ex l. actus legitimi, ff. de reg. iur. vbi textus hoc manifestè dicunt & DD. cum glossis communiter omnes affirmant.

2 Neque solum legitimus est actus, quales multi reperiuntur, sed etiam talis, qui nec diem, nec conditionem recipit extrinsecam, vt probatur clarissimè per textus, gl. & DD. in dictis legibus, eámque communem asserit Didac. Couatr. in epit. 4. cap. 3. num. 4.

3 In pendenti autem hæreditatis acquisitio esse non potest, quia consistit in voluntate firma, seu animo certo & indubitato, quæ voluntas firma esse non potest, si conditio apponatur. Hanc rationem tradit Bart. in d. l. eum qui, quam alij frequenter DD. sequuntur, licet Cagnol. in d. l. actus, eam destruere conetur, sed frustra.

4 Ex quo multa sequuntur, & primò, quod hæreditatis acquisitio solo animo fieri possit, l. pro hærede, ff. de acquir. hæred. etiamsi per actus extrinsecos declaratus non sit iste animus, ac ita communiter pertransire dixit Bart. teste Corneo, consil. 312. num. 5. lib. 4. quod tamen non procedit, si dubium propterea oritur. Nam, tunc animus iste facto vel verbis debet esse declaratus, vt tradunt communiter Doctores in dicta l. pro hærede, vbi eam communem fatetur opinionem Alex. magis receptam testatur Corn. in l. potuit, num. 7. C. de iur. deliber. hanc quoque communem DD. sententiam profitetur Ioan. Dilect. Durand. in tractat. de arte testandi, in tit. 11. caut. 2.

5 Deinde infertur, quod hæreditatis acquisitio errore facta non valeat: textus est in l. qui in aliena, §. si is qui putabat, ff. de acquir. hæredit. quod tamen intelligitur secundum gloss. ibid. communiter approbatam, teste ibidem Alexandr. si quis errat in acquisitionis causa, non autem in sua conditione vel statu, num filius vel paterfamilias sit, ac istam præterea communem testatur Ias. ibid. num. 7. Error enim in accidenti commissus, nō vitiat actum, l. 2. ff. de hæred. instit. gloss. Bart. Castren. & cæteri

6 in l. Stichum, ff. de legat. 1.

Et quoniam nihil quoque consensui ac voluntati tàm contrarium est, quàm vis ac metus, l. nihil consensui, ff. de regul. iur. quare etiam aditio vel immistio metu facta, erit ipso iure nulla, si tamen præcessit protestatio, ita probat textus, gloss. & communiter DD. in l. qui in aliena, §. fin. qui alius est noua & sexta lex, ff. de acquir. hæred. Absque protestatione autem valet, sed venit rescindenda, l. si mulier, §. penult. ff. quod met. causa, vbi gloss. Bart. cum

7 aliis DD. idem docent, quod litera.

Quamobrem ex æquitate datur restitutio in integrum hæredi illius, qui impeditus est adire hæreditatem, l. Pannonius, ff. de acquiren. hæred. eámque communem attestatur Alexand. in l. si infanti, C. de iur. deliber. & dixi in articul. transmissio. quæst. 28.

8 Ex eadem quoque fonte est, quod nemo possit cogi sibi acquirere hæreditatē, l. 9. §. 1. ff. ad Trebellianum. Et hoc sine cōtrouersia verum est, nisi fuerit hæreditas alii restituenda, tunc enim per iudicē cogi potest hæres institutus, vt adeat, hæreditatémque aditam restituat. De quo textus est capitalis in l. quia poterat, ff. ad Trebellia. & dixit plenius de ista quæstione S. M. in §. fideicommissum, quæst. 46. quod tamen de fideicommissario particulari vel legatario dictum nolui: nam hi nullo modo hæredem possunt compellere, vt hæreditatem acquirat, l. nam quod, §. fin. l. sed. ff. ad Trebelleia. si quis omissa, ff. si quis omiss. caus. test. & hāc communem testatur Ias. in l. Marcellus, num. 44. ff. ad Trebellianum, communem quoque ait Socin. l. 1. ff. de legat. 1. numer. xii.

9 Infertur quartò, quòd neque ignoranti principalis aditionis requisita, vel de ea dubitanti rectè hæreditas acquiratur, nisi sit suus hæres, §. suis. Instit. de hæred. quæ ab intestat. defer. l. furiosus, ff. de acquir. hæred. l. fin. §. 1. C. de curat. furios.

10 Qua de causa acquisiturus hæreditatem, scire debet, hæreditatem sibi esse delatam: nam vt repudiatio hæreditatis nondum delatę, non recte nec valet, multò minus aditio valebit, l. nec is §. hæres, gloss. Bartol. & Dd. ff. de acquir. hæred. gloss. & Dd. communiter in l. sequenti. vbi Alexand. dicit quod cum Bart. transeant omnes alij Dd.

11 Et præcipuè defunctum esse mortuum: viuentis namque nulla est hæreditas, l. qui hæreditatem, ff. de acquir. hæredi. & in l. præcedenti, ac vtrobique cōmuniter Dd. quod si verò hæres neget se sciuisse defunctum testatorem, vt euitet onera hæreditaria? probari id contra eum potest tribus his modis. 1. Si probatur defuncto consanguineus. l. octaui. ff. vnd. cognat. l. de tutela C. de in integr. restitu. min. nisi ex aduerso probetur absentia l. Titius §. 1. ff. de liber. & post. cap. cum in tua qoi matr. accus. poss. Angel. Imol. & moderni in dict. l. Titius, teste Iasone in l. is potest ff. de acquirend: hæredit. 2. Si probatur vicinus, licet fama nulla comprobetur, quemadmodum requirit quidem Bartol. in d. l. is potest: nam est communis conclusio attestante ibid. Iasone, quòd vicinus præsumatur scire facta vicini. 3. Si probatur ciuis in ciuitate in qua communis fama est de morte testatoris, & sic sentit Bartol. in dict. l. is potest, cum quo transeunt cæteri.

12 Quo iure succedat, ex testamento, an ab intestato tertiò nosse debet, text. est in l. si is ad quem, ff. de acquir. hæred. l. si quis, §. 11. l. furiosus, l. pater. ff. eod. gloss. & communiter DD. in l. is potest, communiter item DD. in l. in repudianda, ff. eod. de communi refert Crauett. consil. 907. eámque communem testatur VVesenbec. consil. 89. num. 3. & communem ante eum dixit Paris. consil. 33. nu. 88. lib. 3.

13 Quarto scire debet se proximiorem, l. cum quidam, §. 1. ff. de acquir. vbi gl. & communiter DD. gl. Bart. Alex. Ias. atque alii in d. l. is potest, nam alias videtur dubitare de viribus testamenti, vt refert d. gloss. & Bart.

14 Quicunque enim de viribus testamenti dubitat, ex illo hæreditatem adire nequit, text. est in l. nec is, & l. hæres, §. fin. ff. de acquir. hæred. vbi gl. Bart. Alex. Ias. & reliqui communiter DD. gl. Bart. & alii in d. l. is potest. maximè autem de viribus testamenti dubitat, qui nescit, defunctum eius conditionis fuisse, vt testari potuerit, quod facilè potest sciri ex l. quæramus, d. l. hæres, ff. de testam.

15 Neque adiri potest hæreditas, quamdiu testa-

mentum rescindi speratur, l. illud, §. fin. ff. de bon. possess. contra tabul. Idem tenet Bart. ibid. Dec. in l. posthumo, num. 14. C. eod. Ias. in l. si quis posthumos. §. si filium, nu. 3. ff. de libet. & posthum. Cranett. consil. 898. num. 24.

16 Sextò intelligere oportet, ex quota parte scriptus sit hæres, gloss. Bart. & alij in d. l. is potest, & de hoc text. cum gloss. est in l. ex semisse, ff. de acquir. hære. gl. ordin. in l. si quis extraneum hæredem, §. sciendum, ff. eod. & vtrobique communiter DD. attestante Rom. consil. 403.

17 Septimò, adire non valet, qui putat se necessarium, cùm sit voluntarius hæres, l. is qui putat, & l. seq. ff. de acq. hære. vbi DD. communiter concludunt, quod in illis, quæ pendent à mera voluntate, opinio præualeat voluntati.

18 Et quamuis in teste secũdum communem DD. conclusionem, teste Ias. in l. qui hæreditatem, ff. de acq. hæred. requiratur scientia, quæ aliquo sensu externo firmetur, in hærede tamen adituro hæreditatem, sufficit vehemens opinio circa prædicta, secundum l. cum prædicta, §. quod dicitur, ff. de acq. hær. gl. in l. in repudianda, ff. eod. Bal. in l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber. Ias. in d. l. qui hæreditatem, Bart. in d. l. is potest, quem frequentius alij sequuntur passim DD. communem testatur Ias. in l. sciendum, ff. de acq. hær. vnde Bart. ait in dict. loc. quòd non sit necesse, vt hæres interfuerit testamento, vel viderit fieri, vel legerit, sed satis est, quod ei dictum vel scriptum sit literis amicorum, per l. ætate, §. fin. ff. de interrog. actio. communis tamen opinio videtur contra Bart. quæ habet, quòd hæres extraneus scire præsumatur contenta in testamento, l. cum hæres, ff. de liber. leg. l. si tutor, C. de pericu. tutor. Verùm hæc contraria non sunt, vt Alban. ad Bart. in d. l. is potest, existimat? nam extraneus hæres postquam adiuit, quia ex testamẽto venit, eius tenorem quoque scire præsumitur, in tantum, vt se à nullo onere excusare possit, nisi euidenter contrarium probet: nec vult communis opinio, quòd certò sciat contenta in testamento, sed solum præsumatur scire. Quamobrem malè concludit Alba. quòd certò & verè debeat scire aditurus hæreditatẽ, illa quæ in testamento scripta sunt. Et in simili conciliat Ias. in d. l. qui hæreditatem, Bartol. ibid. & in l. præcedenti, dicentem in l. antecedenti, quòd confessio hæredis, dicentis, se aliquid fecisse vt hæredem, inducat scientiam mortis testatoris. Et in d. l. qui hæreditatem, idem Bart. decidit, nisi ponatur, quod filia sciuerit, matrem esse mortuam, vt nihil valeat pro hærede gestio. Prius Ias. ait à Bart. dictum in damnum & præiudicium hæredis confitentis: posterius verò in fauorem & eius commodum, & sic quoad validitatem aditionis. Et hæc est quæstio pro amico, si casus in facto contingeret, teste eodem Iasone.

19 Iuxta dicta quæro: Si filius iussu patris adit, vel seruus iussu domini, quis scire debet prædicta? Respond. videtur ille, qui potest liberè velle aut nolle, per gl. in d. l. is potest, quæ vult, quod aditurus sit liber, paterfamilias, compos mentis, maior 25. annis. Is autem, qui obsequitur imperio patris vel domini, velle non creditur, l. velle non creditur, ff. de reg. iur. sed contrariam opin. tenet Bart. in d. l. is potest, per d. l. cum quidam, §. pen. quem sequuntur ibid. Castr. Alex. & reliqui frequentius DD. Rapha. tamen, Rom. & pauci alii intelligunt, si filius vel seruus maiores sunt 25. annis, secus si minores: tunc enim patris vel domini scientiam postulant, per l. pupillus, ff. de acqu. hær. vbi tutoris scientia solius sufficit: quod verum puto in illa ætate, si seruus vel filius fuerit, in qua causam aditionis scire & intelligere non potest, vt patris vel domini scientia postuletur, secus si prouectioris sunt ætatis, & maioris intelligentiæ, per d. l. pupillus.

20 Sequitur quintò ex num. 3. supra, quòd in aditione hæreditatis non sufficiat ratihabitio, quemadmodum in bonorum possessione agnoscenda, ex eo enim quia firma & certa voluntate fieri debet, non patitur suspensionem, vt verè tradit Bartol. in d. l. cum qui, cum quo facit Bald. in l. qui in aliena, ff. de acqu. hære. quia aditio est actus legitimus d. l. actus quamuis Bart. ratio ex certa voluntate & indubitato animo desumpta, fundamento & veritati propius accedat, hinc quibusdam est, quòd iussus debeat præcedere iuxta l. si quis mihi bona fide, §. iussum, ff. de acqu. hære. vbi glos. Bart. Alex. Iason. & alij communiter DD. Glossa tamen in l. bonor. possessio, in verbo transacto tempore, C. qui admitti, veriorem rationem addit, quia aditio est iuris ciuilis, quod considerat patriam potestatem in tantum, vt filius non obliget patrem, nisi iussus adierit, d. l. qui in aliena, hanc potestatem quia ius prætorium non perpendit, propterea quoque iussum præcedentem non requirit, quod placet communiter DD. præcipuè Bar. Baldo, Salic. Corn. Alexa. Iasoni & aliis, vt habet gloss. marginalis in d. l. bonorum possessio Bartol. in d. l. qui aliena cum Alex. & aliis frequenter DD. idem statuit in restitutione Trebellianica, quod in bonorum possessione, eò quod actiones in fideicommissarium transeunt actiuè & passiuè.

21 Infertur sexto, quod nec aditio nec immistio per procuratorem fieri queat, quoniam in solo animo consistit, iuxta gloss. & Bart. in d. l. per procuratorẽ, quem si quis constituit iam adiisse censetur, prout tradit Bart. in d. l. per procuratorem, ff. de acq. hæred. & istam opinionem confirmat textus expressus in d. l. per procuratorem, vt glo. & DD. receptiore calculo idem docent, nisi fuerit generalis Cæsaris procurator, l. 1. §. fin. ff. de offi. procurator. commu. dicit Castrens. in d. l. per procuratorem.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Aditio hereditatis est actus.*
2 *Quare non præsumitur?*
3 *Licet hereditas sit opulenta.*
4 *Atque eadem procedunt in immistione.*
5 *Acquisitio, quia factum est, probari debet.*
6 *Etiam immistio per creditores, propter beneficium abstinendi.*
7 *Requiritur autem probatio concludens & plena.*
8 *Qualis etiam est præsumptio ex longa detentione hereditatis.*
9 *Quanta autem illa detentio seu possessio debet esse?*

1 Actum definimus aditionem esse? idque ex d. l. eum qui, ff. de acqu. hæred. & l. actus legitimi, ff. de reg. iur. communi omnium DD. sententia, nec obstat, quod ius dicatur in l. si mater. C. de instit. & substit. nam quantum differunt ius eundi, ab ipsa itione, tantum differunt ius adeundi & aditio hæreditatis, hæc verè actus, illud potestas atque facultas est, quemadmodum constat ex ipsa sermonis proprietate, vt taceam in re manifesta leges & legum

inter-

interpretes. Neque ideo minus actus erit, quia aditio dicitur esse animi, l. pro hæred. ff. de acq. hæred. quemadmodum aliqui voluerunt, contra quos est verior & receptior sententia. Nam & volitio seu velle, aditionis verbum est, veluti patet ex l. bonæ fidei, ff. de acquir. rerum dominio, & ex l. in totum omnia, ff. de reg. iur. Nonius hoc firmat latius in cons. 27. n. 1.

2 Et quoniam aditio actus seu factum est, ideoque non præsumitur, facta nãque iuxta l. in bello, §. fact. ff. de capt. & postlim. reuers. & opin. commun. non præsumuntur, & istud de aditione probatur ex d. l. pro herede, argu. l. 2. & 3. ff. de interrog. action. vbi dicitur difficilis probationis, probanda igitur erit: si probanda, non præsumetur, & arg l. necessariis. ff. de acquir. hær. quod autem non præsumatur aditio hæreditatis, tenet Bart. in d. l. necessariis. Bald. in cons. 224. vol. 2. Signor. de Homod. consil. 165. nu. 4. Roman. cons. 154. n. 2. Corne. in cons. 308. n. 7. lib. 2. Dec. cons. 442. n. 17. Crauet. cons. 33. nu. 2. & consil. 312. nu. 3. Natta cons. 398 vol. 2. nu. 44. & hæc est recepta DD. sententia vt innuit Crauet. cons. 456. n. 1. & Nonius consil. 27.

3 Quod etiam procedit in hereditate opolenta, licet facilius interueniente quadam coniectura præsumi eius aditio possit, ita tenet Bald. consil. 298. n. 2. volum. 5. Corne. cons. 210. col. 2. lib. 3. Natta consil. 448. numer. 20 Crauet. consil. 35. nume. 12. & 23. quia hereditatis aditio est quiddam odiosum, vt testatur Crauet. consil. 967. num. 20. coniunctum cummulis incommodis & oneribus.

4 Idem in filio quod in extraneo vel in immistione, quod in aditione obtinet, nõ obstante. Si filius, ergo heres, vt videre est in l. 1. C. si ab hered. se abstin. & l. 1. C. de iur. deliber. gloss. in l. cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrim. & ibid. Bart. Castrens. & Alexand. Item gloss. Bartol. & alij communiter DD. in d. l. necessariis, & hanc magis communem profitetur Iason in l. ei, qui se non immiscuit, ff. de acquir. hæred. nam quotiescunque de filij incommodo agitur, tunc non præsumitur se immiscuisse vel hæres esse, secus quando de eius commodo. Ius enim abstinendi prodesse, non obesse debet, vt dixi in artic. præcedenti quæst. 4. eámque probant in specie hac Alexand. cons. 34. lib. 3. & in consil. 77. l. 5. Igneus in l. necessarios, ff. de quib. vt indign. cum aliis DD. quos commemorat Menoc. de præsumpt. lib. 4. præsump. 99. num. 5.

5 Infertur quoque ex eo, quòd aditio probari debeat, ab eo, qui illa nititur, factum enim est, quod probari conuenit l. 1. C. de probatio. atque ita tenet Signorol. de Homod. consilio 154. no. 4. Bald. consil. 224. lib. 2. Rom. in consilio 154. lib. 2. Abbas consil. 26. lib. 2. Decius consil. 442. nu. 15. Socin. Iu. consil. 14. Iason post alios in l. 1. §. Veteres, ff. de acquiren. possess. Crauet. in consil. 37. nu. 4. & consil. 197. consil. 898. num. 2. Nonius consil. 27. num. 1. & hoc passim à DD. receptum est, ac communiter approbatum: indubitatum in iure nostro testatur Francisc. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. titul. 9. num. 4. Quod adeò verum est, vt probari debeat, etiamsi nemo sit qui agenti obiiciat aditionem non esse factam, per l. edictum. ff. de interrogat. action. Dec. consil. 61.

6 Creditores si agant aduersus suum hæredem, oportet probare illum esse filium, eúmque hæreditati paternæ se immiscuisse per d. l. ei qui, ff. de acquir. hæred. vbi idem glos. & communiter DD. docent, & comm. testatur Alexand. cum Iasone ibid. commun. refert Socin. consil. 64. num. 7. volum. 1. item Pyrrhus Angelberm. in consue. Aurel. de success. c. 29. communem quoque testatur Anton. Gomez. in tract. var. resolut. volum. vltim. c. 9. num. 25. nisi filius compareat in iudicio, & faciat actum vt hæres patris.

Sed quæro qualis probatio requiratur? Respondeo: quoniam difficilis probatio est aditionis probatio, vt habet textus in l. 3. ff. de interroga. action. sequitur quod certa esse debeat, concludens & plena, ita probatur per l. non hoc, C. vnde legit. &c. in præsentia, de probat. & vtrobique communiter DD. idem quoque tradit Crauet. in consil. 33. num. 2. & in consil. 37. nu. 4. & in consil. 312. nume. 3. atque ante eum Decius in consil. 445. n. 52. & seq. 7

Quæro præterea, si quis per longi temporis spacium detinuit hæreditatem, an adiuisse præsumendus, neque probanda sit aditio vel immistio? Respond. quod probatione non opus sit, quia præsumitur talis adiuisse, textus est in l. si filiusfam. C. de petit. hæred. & hoc tenet Deci. in d. consil. 442. nu. 22. Ioan. Ceph. consil. 98. num. 27. volum. 1. Felin. & ceteri DD. in c. sicut de re iudic. & omnes DD. in l. 1. C. qui admitti, quemadmodum testatur Mascardus de probat. conclus. 40. num. 11. commun. attestantur Alexand. & Iason in l. sciendum, ff. de verb. obligat. 8

Quantum autem erit illud temporis spacium, vt aditio præsumatur legitimè facta? Respond. gloss. in d. l. si filius, refert, quod quidam triennium vel decennium statuerint, ipsa verò decem vel viginti poni annos, quæ sententia placet Bartol. Bald. atque aliis DD. vt gloss. ibid. marginalis habet. Quod tamen Alexand. in d. l. sciendum, num. 19. intelligit, si nemini inde præiudicium creatur, secus requiruntur 30. anni, per textum notabilem in c. peruenit, de empt. & vendit. vbi idem tenet gloss. & Imol. Item Petr. Anchor. in consil. 127. Castrens. consil. 48. Iason in l. si certis. C. de pact. Felin. in c. Albericus, de test. & c. illud de præsumpt. Ale. in consil. 1. vol. 1. & cons. 56. vol. 4. 9

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Quare aditionis probatio dicatur difficilis.*
2 *Quæ certò inducant aditionem.*
3 *Actus dubij non inducunt aditionem, vt nec verba ambigua.*
4 *Sed quomodo reddantur certa.*
5 *Num omnia, quæ in extraneo aditionem, in suo immistionem inducant, quod declaratur nu. 6. 7. & 8.*

DICTVM est supra, aditionem ab illo, qui ea nititur, probandam esse, per l. necessariis, ff. de acquir. hæred. eámque probationem esse difficilem l. 3. ff. de interrog. action. quæro igitur vnde illa probandi difficultas? Respondeo, qui nolunt & negant aditionem esse quid facti, ab animo istud negotium deducunt, quia ea, quæ in animo consistunt, probatu difficilia censentur, cum à nullo alio, nisi solo Deo cognosci possint, qui omnium scrutatur solus corda. Apocalypsi Ioan. cap. 2. versic. 23. quæ ratio bona & vera existimanda, si thesis quoque vera esset, nam licet aditio hæreditatis dicatur animi, tamen hoc propterea fit, ne quis credat necesse esse res hæreditarias apprehendere, vel eas at- 1

tingere, quare textus ait in l. pro hærede ff. de acquirend. hæred. pro hærede gerere, non tam facti est, quàm animi, qui tamen declarandus per alia est. Alij igitur rectius illam difficultatem probandi, ambiguitati verborum, quibus aditur hæreditas, & factorum, quibus quis se pro hærede gerit, adscribunt, quemadmodum ex Boet. quæst. 41. numer. 28. & Crauett. cons. 967. eruditè deducit, Menoch. lib. 4. præsumpt. 99. num. fin.

2 Notissimum hoc est omnibus, quod animus declaretur verbis, tam scriptis, quàm lingua & ore prolatis, & factis, quare quæ sint verba, item quæ facta & actus, qui hæreditatis certò inducant aditionem, quæro. Respondeo. Paucis illa verba vel facta comprehendi nequeunt, quare in genere notandas puto duas hasce regulas. 1. Verba dispositiua, certa & determinata, significate hæreditatem aditam, eius aditionem inducunt, quale est in extraneo, adeo hæreditatem aditam, eius aditionem inducunt, quale est in extraneo, adeo hæreditatem, in suo, immisceo me hæreditati 2. Actus, qui citra ius & nomen hæredis fieri non possunt, hæreditatis aditionem certò inducunt, sic qui petit hæreditatem non dubium est, quin adiuerit eam, nam illa actio non intenditur ab alio quàm hærede, vt dixi in articulo transmissio, quæst. 5. num. 3.

3 Dubia itaque verba & actus ambigui hæreditatis aditionem non inducunt, l. si pupillus, §. 1. ff. de acquit. hæred. Bartol. in l. gerit. Idem Bartol. Alexand. Iason. & alii DD. in l. pro hærede, ff. eod. hanc communem dicit VVesenbec. consil. 13. num. 89.

4 Certus autem talis actus redditur per protestationem præuiam, qua hæres enunciat se facere vel non facere animo adeundi: quia protestatio in re dubia declarat animum d. l. qui in aliena, d. l. pro hærede, ff. de acquit. hæred. l. & si quis, ff. de religios. & sumptib. funer. & vtrobique DD. communiter, commun. enunciat Anton. Gomez. in l. 45. Tauril. n. 44. ex Bart. in l. non solum, §. morte, ff. de nou. oper. nunciat. velut attestatur Villalob. in com. opin. verb. protestatio, nu. 361. Secus est, vbi protestatio post actum perfectum in dependētibus à sola protestantis voluntate interponitur, nam tunc actus valet & protestatio vitiatur l. per seruum. §. 1. ff de vsu. & hanc commu. ait Ripa in c. cum in de consti. numer. 66. de constitution. vt refert Villalob. dict. verb. protestatio, n. 358. Idem est si actus subsequēs est celebratus cum alio, commun. dicit. Gomez. d. loco, vel ille actus certò induceret aditionem, vt proba. Bart. & DD. quos allegat plures Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 47. n. 9. Certus item fieri potest actus dubius per iuramentum hæredis, vt per multos probat Francisc. Mantic. de coniect. vltim. volun. lib. 12. c. 12. n. 26. vbi istam communem fatetur.

5 Sed quæro, an omnia quæ in extraneo inducunt aditionem, in suo etiam immistionem induxisse censenda sint? Respondeo: quod sic, per l. cum bonis patris, ff. de acq. hæred. vbi idem tenet Bart. & in l. 1. C. de repud. vel abstin. glo. & Bart. in l. Antistius, ff. de acquir. hæred. atque hoc vulgariter receptum est.

6 Declaratur tamen hoc in aliquibus, & præcipuè in ablatione & surreptione rerum hæreditariarum, quia per hanc suus censetur se immiscuisse hæreditati paternæ l. si seruum, §. ait prætor, ff. de acquir. hæred. quia id sumit quasi suū. vt argumētatur gloss. in l. in suis, ff. de liber. & posthu. extraneus verò delinquit, l. si quis extraneus, ff. de acqu. hæreditate, ac istam declarationem communem testatur Fernan. Vasq. de success. creat. §. 21. num. 258.

Declaratur item in transactione cum occisoribus defuncti, nam filius cum illis transigens, non censetur se immiscere, quia suo iure, seu sanguinis ratione necem patris vindicare tenetur, l. si verò, §. iis autem, ff. de iis, qui deiecer. vel effuder. l. quæsitū, ff. de sepulc. viola. atq; ita tenet Bart. & reliqui DD. in l. si filius, qui patri, ff. de vulgat. & pupill. hanc commun. testatur Crot. in l. in quarta §. Cato. ff. de verb. obligat. 7

In extraneo verò aditionem inducit transactio cum occisoribus testatoris, quia extraneus citra ius & nomen hæredis, pacem illam inire non potest, quemadmodum tenet Bartol. in l. pro hærede, §. fin. ff. de acquir. hæred. & vt dixi in artic. officium hæredis. 8

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Quot modis animus adeundi declarari possit.*
2 *Quæ verba certò inducant aditionem.*
3 *Quid si dicat filius, pro immisceo, adeo hæreditatem patris mei.*
4 *Num adiisse existimetur, qui dicit volo adire.*
5 *Sed quid si illud dixerit intra terminum deliberandi interrogatus.*
6 *An idem obtineat si interrogatur nullo dato deliberandi tempore.*
7 *Quid si dixerit volo adire conuocatis ad hoc testibus.*
8 *Phrasis, volo esse hæres, an idem euincat, quod volo adire.*
9 *Sed si dixerit quis, non displicet mihi hæreditas?*
10 *Num adiuerit, qui dicit, puto mihi expedire hæreditatem habere?*
11 *Quid si dixerit sum hæres?*
12 *Quæ verba dicantur enunciatiua?*
13 *Sed quid si verba enunciatiua propter aliud proferantur?*
14 *Quid si dixerit, hoc facio, quia sum hæres?*
15 *Num adiuerit si dixerit, promitto tibi agnum si sum hæres?*
16 *At quid si dicat, magna est fortuna, quòd mihi talis obtigerit hæreditas.*
17 *Quid si dixit, contentor oblatam esse hæreditatem, de qua tu mihi gratularis, num adiuisse sit præsumendus?*

IN proxima quæstione dictum est, quædam verba & facta certò inducere aditionem, vel immistionem, quædam verò dubiè atque hæc DD. communiter dicente Bartolo in l. gerit, ff. de acquit. hæred. volunt perpendi ex qualitate hæredum & personarum, atque ex qualitate actuum & rerum quas attingerent, vt quandoque habeat necesse quis probare, se non fecisse animo adeundi, quandoque probetur ab aduersario, verum quia communis illa DD. doctrina est nimirum generalis, Bart. eo loci per 5. quæstiones principales, & duas accessorias tractat. 1. Quomodo animus declaretur per verba. 2. Quomodo declaretur per scripturā. 3. Qualiter declaretur per facta. 4. Qualiter declaretur per non facta. 5. Qualiter quis declaret animum, cum non proprio, sed alieno adit nomine. Hanc distinctionem & ordinem cum videam non omnino ineptam, 1

neptam, & à DD. communiter obseruari, & mihi sequenda elegi.

2 In primæ quæstionis vestibulo Bart. quædam verba ponit, quibus extra controuersiam & sine dubio inducitur hæreditatis aditio, vt si quis, cui delata est semper intellige, dicat, gero me pro hærede, l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. vel agnosco istam hæreditatem, vt in d. l. gerit. vel dicat, apprehendo, aut assumo mihi, vel accipio hæreditatem l. apud Aufidium ff. de opt. legat. Item si filius dicat, immisceo me hæreditati paternæ, l. necessarii, ff. de acquir. hæred. & de his est nulla dubitatio quin inducant aditionem, vt testatur Marant. in l. is potest, ff. eodem.

3 Sed hic quæro, num filius se immiscere existimetur, si dicat adeo hæreditatem patris mei. hoc enim verbum non suorum, sed propriè extraneorú est, vt dixi supra. q. 6. Respond. quòd non putetur se immiscere, tenet Bartol. in l. is qui putat, ff. de acquir. hæred. Sed contrariam opinionem tenet Bald. & Salic. in l. potuit, C. de iur. deliber. Iason Bartoli rationem & sententiam dicit ridiculam, & Baldi frequentiori calculo receptam, in l. 1. num. 5. C. qui admitti.

Cætera verba, quæ tam certò aditionem non in-
4 ducunt, sunt dispositiua cum suspensione quadam, vel sunt enuntiatiua, aut propter se aut propter aliud, vel sunt dubia. vnde Bart. 4. membra circa primam quæstionem tradit. Ex dispositiuis suspensiuis est verbum, volo adire, de quo DD. maximè inter se contendunt, an aditionem inducant, vel deliberationem ostendant. Et affirmatiuam, quod per illa verba aditio inducatur, tenet Raphael, Cuman. Aretin. in d. l. gerit. quia, cum hæreditas solo animo, adeatur, d. l. ger. d. l. pro hæred. l. si auia C. de iur. deliber. satis est voluntatem adeundi quouis verbo esse declaratam. Sed negatiuam, quod non censeatur quis hæreditatem agnouisse, si dixerit, volo adire hæreditatem, tradit gloss. Bartol. & alii in d. l. gerit gloss. Ripa, Alciatus & communiter DD. in l. serui electione, ff. de l. 1. Bartol. Cuma. Alber. cum reliquis DD. in l. 6. ff. de inoff. testam. eámque crebriorem dicit Francisc. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titul. 11. num. 1. receptam testatur Iacob. Menoch. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 100. numer. 10. vbi plures in hanc allegat sententiam, nam verbum volo, infinito iunctum verbo, nihil disponit, cum sit futuri temporis, vt docet Bartol. in l. cunctos populos, C. de sum. Trinit. & fid. gloss. & communiter Doctores in dict. leg. serui electione.

5 Declaratur tamen prædicta communis vt non procedat, quando ex aliis coniecturis adeundi colligitur animus, vt si quis interrogatus post præfixum tempus ad deliberandum, an velit esse hæres? Respondeat: ita, volo adire hæreditatem, vt probat textus, in l. sed etsi alio, & l. omnes, ff. ad Trebell. & declarat Bartol. in d. l. gerit, Roman. Corn. Gozadin. & alii in l. qui se patris, C. vnde liber. Ripa & Alciat. in d. l. serui electione, quos sequuntur recentiores.

6 Quod idem procedit etiam cum nullum deliberandi tempus præstitutum est, quia ille interroganti: num velit esse hæres, qui respondet, volo adire hæreditatem, creditur deliberatò respondere: responsio enim alteri quæ fit, certa esse debet, l. de ætate, §. nihil ff. de interrog. actio. l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verborum oblig. l. in vendentis, ff. de contrah. empt. & ita tenent modo dicti DD. eámque commun. testatur Ripa in d. l. serui electione. veluti refert Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titul. 11. num. 2.

Multò fortius adire præsumitur, si conuocatis 7
amicis & testibus dixerit, sitis testes, quod ego volo adire hæreditatem, ita tenet Bartolus, in dict. l. gerit, item allegati DD. in dictis locis, Imol. in dict. leg. gerit. veriorem istam sententiam dicit, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumptione 100. num. 17. communem profitetur, & eruditè veram probat.

Quæro an idem euincat phrasis, volo esse hæres, 8
quod locutio, volo adire hæreditatem? Respondeo: diuersa hæc sunt, vt Bartolus docet in dict. l. gerit, quem cæteri sequuntur. Nam verbum volo cum infinito significante essentiam, disponit statim, cum essentia est in dicentis voluntate, absque aliquo facto extrinseco, vt tradit Bartolus dict. l. gerit, Iason in dict. l. serui electione, eamque veritatem testatur Bartol. in d. l. potuit, C. de iur. deliber. Et quamuis Socin. senior in consil. 86. num. 2. lib. 3. videatur negare, quòd dicens, volo esse hæres, adire præsumatur, tamen in contrariam partem plures sunt, & receptior est opinio, quòd talis censeatur adire: & ita tenet Bartolus in dict. l. gerit. & ante eum gloss. in l. iam dubitari, ff. de hæred. institut. Iason. in l. qui se patris, C. vnde liberis, Baldus & Iason in dict. l. cunctos populos, C. de summ. trinitat. & fid. cath. Ripa. Ruin. & Alciat. in dict. l. serui electione, ff. de legat. 1. eamque commun. enunciat Iacob. Menoc. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 5. casu 396. num. 9.

Sed quid si dixerit quis, non displicet mihi hæ- 9
reditas Titij? Respondeo: quod non præsumitur adire, ita tenet Bartolus in d. l. gerit. quem sequitur ibi Roman. & Marant. in d. l. is potest, ff. de acquirend. hæredit. Ioann. Baptist. Asin. in l. 4. §. nec quis putet, ff. de religios. & sumpt. funer. & licet Aretin. in d. l. gerit, addubitet, tamen Bartol. sententia vera & à DD. recepta est. Nam non displicere, medium est inter placere & displicere, quemadmodum non nolle, medium est inter velle & nolle l. 1. §. scientiam ff. de tribut. action. ac ita docet Bartol. in dict. l. iam dubitari, Dec. Cagno. & cæteri Dd. in l. eius est non nolle, ff. de regul. iur.

Quæritur an ille, qui dicat, puto mihi expedire, vt 10
hæreditatem adeam, adire censeatur? Respond. aut illa verba protulit post præstitutum ad aditionem tempus, vel nullo dato deliberandi tempore, hoc casu non censetur adire, quia puto, verbum dubitantis, non scientis est, præsertim si infinito iungitur, ideo dicitur, stulti putant, sapientes sciunt: illo casu contra adire præsumitur. Et hæc est communis opinio, quemadmodum tradit Alex. in l. recusare, §. fin. ff. ad Trebell.

In secundo membro docet Bartol. quomodo & 11
qualiter inducatur aditio ex verbis enuntiatiuis propter se, vt si quis dicat, sum hæres Titii, vel se esse hæredem Titii. Et quod hæc verba inducant aditionem hæreditatis, si ab eo prolata sunt, qui potest adire, tenet post Bartolum Aretin. in dict. l. gerit, Baldus in dict. l. potuit C. de iur. deliber. Ruin. in consil. 113. num. 6. lib. 3. Iason in l. ex his verbis, C. de testamen. milit. Dec. consil. 35. num. 3. Crot. consil. 24. num. 2. & consil. 348. num. 3. vbi allegat insuper Bald. consil. 263. lib. 1. Aretin. consil. 136. Corn. cons. 254. lib. 4. estq; recepta hæc sententia: quemadmodú & alterius casus, qui habet quòd ille, qui non possit esse hæres, licet millies dicat, sum hæres, tamen non præsumatur ob id adire, ni-

7 *Accusatione testamenti falsi inducitur aditio.*
8 *Similiter ex actu, tendens ad petitionem hæreditatis, inducitur aditio.*

1 VErbia vt inducatur aditio, dictum est, nunc quomodo factis facta iudicetur, pergemus dicere ex Bartolo, dicta l. gerit, ff. de acquit. hæred. qui ea distinguit in præparantia aditionem, & principalia. Priora iterum discernit in necessaria ad aditionem, & non necessaria. Principalia autem in affirmatiua & negantia.

2 Necessaria ad aditionem, eam non inducunt, vt testatur Barto. in dict. l. quem sequuntur alij Doctores, quos refert Menochius præsumpt. 101. lib. 4. nume. 3.

3 Vnde qui implet conditionem, non censetur adire, quia aditio ante eius completionem non tenet, l. 1. §. si parendi, ff. de condit. ob caus. l. Antistius, ff. de acquir. hæred. l. ei qui, & l. si pupillus, ff. de cond. institut. & hanc opinionem seruant Bart. in d. l. gerit, gloss. Fulgos. Alexand. in l. 1. ff. de condit. ob caus. glo. Comens. Castrens. & alij in l. iam dubitari, hanc communiter receptam testantur Alexand. in dicta l. 1. Socin. in dict. l. iam dubitari.

Quod verò aditionem inducat impletio conditionis, conatur ostendere Fernand. Vasq. de succes. procreat §. 19. num. 62. per gloss. fin. in l. 1. C. § minor se hered. abstinuerit, quam ex Iasone ibidem refert, communiter approbatam. Sed verior & receptior est Bartoli sententia.

4 Quæ in extraneo procedunt secundum communem & veram opinionem Bartoli, in filio tamen instituto sub conditione potestatiua contrarium seruatur communiter, vt scilicet is implendo conditionem, censeatur immiscuisse se hæreditati paternæ, ita tenent præcitati DD. per d. l. iam dubitari, ff. de hæred. instit. eámque communem attestatur Fernand. Vasqu. de success. progress. §. 10. num. 24.

Contrarium volunt Fulgos. Rom. Alexan. Christoph. de Castel. Zas. in l. 1 ff. de cond. caus. dat. quam opinionem putat Fernand. Vasq. d. loco veriorem. Communis tamen mihi videtur verior, & totum habere in extraneo, si institutus fuerit sub illa conditione: Si voluerit hæres esse. Nam si dixerit, volo hæres esse (quod est implere conditionem) nihil video obstare, quominus adiuerit, vt supra dictum est, quæst. 7. num. 4.

5 Necessarius ad aditionem præparandam actus est quoque inofficiosi testamenti querela, ideóque per eam non agnoscitur hæreditas. Nam ex testamento is, qui agit querela, immiscere se non potest, quia institutus non est, neque ab intestato agnoscere valet, quoniam testamenti vires adhuc valent. Ab intestato autem locus non est, quamdiu ex testamento adiri hæreditas speratur, ff. de acquir. hæred. l. quamdiu. & ista opinio probatur per l. quemadmodum, & ibi gloss. ff. de inoffic. testam. l. ei qui, l. Antistius, ff. de acquiren. hæred. ita tenet Bartol. in dicta l. gerit, Barto. & Alber. in l. cum quidam, ff. de bonorum posses. Socin. sen. consil. 20. lib. 3. Marant. in l. is potest, num. 51. ff. de acquir. hæred. Asinius in l. 4. §. nec quis putet, ff. de religios. & sumpt. funer. Et hæc recepta est sententia.

6 Quæ facta non sunt necessaria ad præparandam aditionem, ea inducunt aditionem, vt tenet Bart. in d. l. gerit, num. 19. quem sequuntur passim DD.

7 Quo de genere est accusatio testamenti, quod certo scio esse falsum, per l. cùm quidam, ff. de bonorum posses. l. suus, C. de repud. hæred. ita tenet Bartolus in l. gerit, per dictam l. quemadmodum, Maranta in dicta l. is potest, ff. de acquir. hæred. vbi hanc communem testatur esse.

Contrarium sentit Salyc. in d. l. suus, quod nimirum non censeatur adire, sine dicat testamentum falsum, siue nullum; quia potest sibi velle præparare ius deliberandi. Et hoc quidem ex rigore iuris, secus ex fauore æquitatis, vt ex eodem Salycet. monstrat Mantic. de coniectur. vlt. volun. lib. 12. & tit. 12. nume. 9. Est igitur hic iterum casus pro amico.

Et huic facto non absimilis est actus, qui tendit 8
ad petitionem hæreditatis præparandam, quia talis actus etiam inducit aditionem hæreditaria, text. in dicta l. quemadmodum, ff. de inofficioso testamen. ita tenet Bartolus in dicta l. gerit, ff. de acquiren. hæred. Marant. in dicta l. is potest, ff. eod. Asinius in d. l. 4. §. nec quis putet, ff. de religios. & sumpt. funer.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *Facta principalia quotuplicia sint.*
2 *Qui deliberat, non censetur adiuisse.*
3 *An conficiens inuentarium credatur adiuisse?*
4 *Actus, qui non possunt fieri citra ius & nomen hæredis, certò inducunt aditionem.*
5 *Non tamen inde directò hæres dicitur adiuisse, sed per consequentiam.*
6 *Atque tales actus tollunt protestationem, de non adeundo.*
7 *An procuratoris constitutio inducat aditionem?*
8 *Petitio hæreditatis num aditionem inducat.*
9 *Agnoscens bonorum possessionem de iure prætorio, an adiuisse putetur.*
10 *Legatorum solutio num arguat aditionē esse factam.*
11 *Quid si mandauit solum solui legata in testamento relicta.*
12 *Quid si seruum hæreditarium quis manumittit.*
13 *Ex transactione cum fideicommissariis an inducatur aditio.*
14 *At quid si disponit de hæreditate delata?*
15 *An pater adiuisse dicendus, qui disponit de matris hæreditate.*
16 *Ex diuisione hæreditatis an inducatur eius aditio.*
17 *Quid si filius manserit in societate.*
18 *Percipiens fructus an dicendus sit adiuisse.*
19 *Quid in exigente debita hæreditaria.*
20 *Quid in vendente res hæreditarias.*
21 *An ex locatione rei hæreditariæ inducatur aditio.*
22 *Num ex donatione adiuisse præsumendus.*
23 *Quid si quis cedit iura.*
24 *Persequens lites defuncti num censeatur adiuisse.*
25 *Quid si accepit pecuniam à statulibero, causa implendi.*

FActa, quæ non sunt præparatoria, sed principalia, Bartolus in d. l. gerit, iterum discernit in affirmantia & negantia, atque affirmantia rursus in 1
tres diuidit classes, atque in primam classem locat facta, de quibus constat, quòd non inducant aditionem: in secundam refert, quæ certò faciunt præsumi aditionem: in tertiam reponit facta dubia, ex quibus hæreditas nō ita manifestò cognoscitur adita. Et quoniam in claria non opus est coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat. Et quod publicè notum est, vlteriore probatione non indiget, l. census, ff. de probat. saltem cuiuis classi exempla subiiciemus.

2 Primæ classis exemplum esto deliberatio.de qua constat inter omnes, eam qui petit, vel cui datur, quod is non adeat, sed deliberet, num hæreditas delata sit acquirenda vel omittenda, vt patet ex definitione in artic.ius deliberandi, quæst. 1. posita, & consensu DD.omnium.

3 Hic quæro, conficiens inuentarium an dicatur deliberare, & sic non adire? Respond.controuersus est hic articulus, quod pro deliberante habeatur conficiens inuentariũ, & non pro adeunte, tenet Salycet. Alex.& Ias.in l.final.§.sin autem hoc, C.de iur. deliber.Ruin.consi.113 num.7.lib.3.Neuiz. consi.9. nume.15. Roland. in tractat. de confect. inuentarij, part.3.§.sed an per confectionem, Mantic.in tracta. de coniectur.vltimarum volunt.lib.12.cap. seu titu. num. 15. & hoc omnium cõsensu dicit approbatum Marc.decis.a9.part.1. communem testatur Roland. in d.tractat.part.3.quæst.3. Ratio autem eorum est, quia hæreditas post confectum inuentarium potest recusari. per dict. l.final.§.sin autem dubius. Quod fieri non posset, si hæreditas esset adita, §.final.Insti. de hæred.qualit.l.fin.C.de repudiand.hæredit. Deinde, quia magis eo consilio conficere videtur inuentarium, vt certior fiat de iuribus hæreditatis, quàm vt eam adeat.

Contrarium, quod per confectionem inuentarij hæreditas censeatur adita, neque conficiens pro deliberante habeatur, tenet Cynus in d.l.final. §.si verò postquam, C.de iure deliberand. Barto.in d.l.gerit, ff.de acquir.hæred.& in l.potuit, C.de iure deliberandi, Capra in consil.9. Ruin.consil.168. num.1. lib.4.Cacheran.decis.Pedemont.147.num.22.Crauetta consi.348. num.3. cum quibus facient ea, quæ dixi in §.inuentarium, quæst.5.num.1. vbi hanc veriorem probaui, & nunc collatis DD.calculis communiorem dico: quoniam etiam Salyc.ipsemet fatetur, se sua dicta non intelligere de solenni inuentario, quale d.l.finalis, C. de iur.deliber.poscit, sed de scriptura quadam potius, quæ simplicem bonorum descriptionem continet.

4 Secundæ classis exempla sunt omnes actus, qui citra ius & nomen hæredis non possunt fieri; nam ea istis inducitur certò hæreditatis aditio, l.pro hærede, ff. de acquir. hæred. vbi idem tenet gloss. & communiter DD. idem sentit Gratus consil. 146. num.14.lib.2 Ruin.consil. 168. lib.4. Socin.Iunior consil.69.num.7.lib.1.& ante illos Bald. in l.potuit, C.de iur.deliber. Ias.in consil.112. num.2. lib.4. éstque communis DD.sententia.

5 Talis autem actus, licet inducat aditionem certò: tamen hæres inde non dicitur directa adiuisse via, sed per consequentiam illius actus, à lege præsumitur aditio facta: ita tenet Castrens.in cons.274. volum.1. Cephal.consi.203 num.10. volum.2. Mascardus de probatio.volum.1.conclus.44.num.6. Iacob.Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt.101. nu. 11.qui allegat ad hoc Afflict. in decis. 14. num.7. vbi dicit, præsumptionem hanc esse, & in iudicio allegandam ab eo, qui velit illa iuuari.

6 Talem quoque actum, quia citra ius & nomen hæredis fieri non possit, ait Socin. Iunior in consil. 107.num.2. volum.3. protestationem præcedentem tollere de non adeundo, quia sit cõtrarius ipsi protestationi. Et licet protestatio per factum posterius communiter tollatur, l.cum in plures, §.locator horrei, ff. locati, l. si quis in principio testamenti, ff.de legat. 3. Verbum enim quicquid dicat, factum verbo præualet, leg. reprehendenda, C. de institut. & substitut. cap.cum M. de constitut. cap. sollicitudinem, de appellationib. vnde Baldus consi.188.lib.3. vereri & vulgari verbo dicit:

Quod canit quidam protestatio factum malè ruspat.

Attamen illa communis intelligenda est de facto contrario, quod non dependet ex mera protestantis voluntate, puta, si quis vendit res hæreditarias alteri, vel donat alicui seruum hæreditarium, secus si actus ille protestationi contrarius, penderet ex sola protestantis voluntate; atque ita tradunt gloss.& communiter DD. vtrobique in l. qui in aliena, §. Celsus, & l.pro hærede, §. Papinianus, ff.de acqui.hæred.Et hanc communem dicit ex Bart.in l. non solum, §.morte, ff.de nou. oper.nuncia. Anton. Gomez.in l.45.tauri, num. 44. vt supra quoque allegaui.

Exemplum classis secundæ primum esto, procuratoris constitutio ad hæreditatem adeundam, 7
per textum in l.per procuratorem, ff.de acquir.hæred.vbi Bart.ex gloss. eam opinionem dicit veram. Communem verò profitetur ibidem Castrens. Cõmunem item attestatur Aret.in l. Paulus, ff.eod. Et ratio est, quia qui alium iubet pro se facere actum hæreditarium, verbis iam declarauit se esse hæredem, velléque hæreditatem habere.

Contrarium sentit Cyn.in l.bonorum, C.qui admitti, & Aretin. d. loco. quia mandans curatori, vt adeat hæreditatem, videtur adhuc pendere animi, num velit eam habere, vt antè non quæratur, quàm per curatorem fuerit adita. Sed verior est communis opinio, quia aliàs sequeretur, quod hæreditas à dubitante possit adiri, contra leg. dictam pro hærede, in principio, & l.actus, ff.de regul.iuris.

Secundum exemplum est petitio hæreditatis, 8
quam nemo intendere potest, nisi sit hæres, quare necesse habet probare, se esse hæredem, vt dixi in articu. transmissio hæreditar. quæst. 5. num. 4. qui itaque vult consequens, voluisse videtur & antecedens, l. legatum, l.ad rem mobilem, ff. de procurator.& l.illud, ff.de acquir.hæred.& Doctores omnes in l.2.ff. de iurisdict.omnium iudic.veluti attestatur Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt. 103. num.3. atque istam opinionem tenent Iacob.de Nigris, Iacob.à S. Georg. Curtius Iun. vt refert Cagnol. in rubric. C.qui admitti, Corne.in l.bonorum, C.eod. & eam communem testatur Anton.Rubeus in d.rubric.C.qui admitti. Huic tamen communi aduersantur Bulgar. Dec. & alij nonnulli in d. rubric. C. qui admitti. Et quamuis dicti Doctores loquantur de possessoria hæreditatis petitione, & bonorum possessionis agnitione, vt dixit Crassus quoque in §. bonorum possessio, quæst. 10. tamen illud minus dubitanter procedere puto in ciuili hæreditatis petitione, & hæreditatis aditione. Nam nihil tale hîc obstat, quod Bulgarum cum suis asseclis in diuersum super possessoria hæreditatis petitione traxit. Aditio enim non requirit iudicis præsentiam, quemadmodum agnitio bonorum possessionis, iuxta l.fina.C.qui admitti, de qua Dec. in d. rubric. multa, quæ repetit partim Menoch. de præsumpt. lib.4.præsumptio.103.

Quæro hîc, an agnoscens bonorum possessio- 9
nem de iure prætorio, censeatur de iure ciuili adiuisse? Respondeo: Quoad effectum, nemini credo fieri dubium, quin acquisita hæreditas, licet in forma aliud sentiant Doctores, vt dicit S. M.in §. bonorum possessio, quæst.10. Nam etiamsi prætor hæredem facere non possit, tamen bonorum possessorem hæredis loco constituit, in princ. Instit. de bonor.possess.

Ter-

10 Tertium exemplum, quod certò inducit aditionem, est legatorum solutio: Legatum enim est donatio quædam ab hærede præstanda, §.legatum itaque, Instit.de legat. vnde citra ius & nomen hæredis à nemine præstari possunt: ita tenet Bartol. & alij in dict.leg.gerit, Bartolus cum reliquis in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff de verborum obligationibus. Et istam communem dicunt, Parisius consi.16. numer.42.lib.2. Ioannes Cephal.consil.294. nume. 11.lib.2.

11 Quod procedit, & si solum mandauit solui legata in testamento relicta, quẽadmodum tradit Bald. in consil.71. lib.5. Maranta in d.l.ia potest, ff.de acquir.hæred.

12 Idem obseruatur, si seruum hæreditarium manumittit, sine dubio se immiscuisse, vel hæreditatem præsumitur adiuisse, textus est manifestus in l. si pupillus paterna, §.seruum, & l pro hærede, §.Papinianus, ff de acquir. hæred. & vtrobique communiter Doctores.

13 Quartum exemplum est, quando quis transigit cum fideicommissariis vel legatariis, aut etiam aliis de hæreditate vel re aliqua. Nam ante aditionem transactio nulla valet, l.si proponas, §. penult. ff.de inoffic.testam.l.1.§.quod ait, ff.quod legatorum. Et hoc extra controuersiam verum est. Quod ad compromissum in testamento ab hærede factum extenditur à Bald.cons.245.lib.5.Maranta in d.l.is potest, Asinio in l.4.§.nec quis putet, ff.de religios.& sump. funer.

14 Quintum exemplum est, si quis disponit de hæreditate delata in testamento, vel alia vltima voluntate, quia nemo creditur testari in dubio de rebus alienis, quamuis possit, iuxta l. vnum ex familia, §.si rem suam, ff.de legat.2. & l.cum alienam, C. de legat.l.conficiuntur, §.si post factum, ff.de iur.codicill. atque ista opinio probatur l.Pantonius, §.fin.ff. de acquir. hæred.l.si auia, C.de iur.deliber. vbi Bart. Bald.& alij communiter DD. Idem tenet Decius in consil 278.num.6. Corne.consil.79. lib.4. Maranta in d.l.ia potest, ff.de acquiren.hæred. Ioan.Cephal. consil.98.num.28. Crauett.consil.967.

15 Qua de causa pater, qui in suo testamento decreuit illud ad filium pertinere, quod auia illius reliquerat illi, videtur adiuisse, dicta l.si auia, C. de iure deliberandi, vbi Bartolus, Baldus, Salycet. Angel. idem docent. Et hanc communem testatur Portius consi.19.num.35.

16 Sextum exemplum est, quando quis cum hærede diuidit bona hæreditaria, quia nec hic actus citra nomen & ius hæredis fieri potest, l.1. & 2. ff. famil. erciscun. atque ita tenet Parisius consil 16. num.46. lib.2. Grauetta consi.967.num.1. Et hoc absque dubio puto procedere, quoniam diuisio præsupponit communionem, hæc aditionem.

17 Quæro hîc, si filius manserit in communione societatis, quam viuo patre inchoauerat, an immiscuisse se præsumatur? Respond. Quod sic: si nihil noui in societate incepit; secus si solùm rem cœptam sub patre perficit, textus est capitalis, in l. si pupillus, quæ Bartolo incipit. Iulianus, ff.de acquir. hæred §.si in societatem, & idem tenet Bartol. cum aliis, ibid. Asin.in l.4.§.nec quis putet, ff.de religios. & sumpt.fun. Mantic. de coniect. vlt. volunt.lib.12. tit.10.nu.11. Menoch.de præsumpt.lib.4. præsumpt. 101.nu.23. qui quidem ex Bart. bene illam receptam opin glossæ & Docto.restringit, si omnia bona non sunt ita connexa, quin derelinqui possint, sed malè ad extraneos etiam hæredes transfert.

Septimum exemplum est, quando quis fructus 18
percipit hæreditatis: ita affirmat Bartol. Aretin. & communiter DD. in d.l. gerit, ff. de acquir. hæred. Bald.in l.1.C.de repud.hæred. Corn.consi.103.lib.2. Barbat. consil.5. lib.1.& hoc receptissimum fatetur Mantic.de coniectur. vltimar. volunt.tit.12.num.8. lib.12.nisi quis fecisset causa eorum, qui post se vocantur ex causa testamenti, vel ab intestato, argum. l. pro hærede, ff.de acquir. hæred. Hoc exemplum aliqui ad dubios referunt casus, vt Bartol. & Imol. in d.l.gerit. Sed veriorem puto Baldi & Imolæ sibi ipsi contrarij, quòd fructuum perceptio necessariò inducat aditionem, ex textu §.fina. Institu. de hæredum qualit.

Octauum exemplum est, cùm quis exigit debita 19
hæreditaria, vel etiam debitorea liberat, d.l.pro hærede, §.2.ff.de acquir. hæred. idem tenet Barto. in l. frater à fratre, ff. de condict.indebit. Alexan. consil. 32.lib.3.Corneus consi.180. nu.9.lib.2. Ruin.consil. 13.num.10.lib.3. Asinius d.l.4.§. nec quis putet, ff.de religios.& sumpt.funer. Alciat. respons.354 & tanquam de communi refert Menoch. de præsumpt. lib.4.præsumpt.24.

Nonum exemplum est, quando quis vendit res 20
hæreditarias, quæ seruando seruari non possunt, nec sibi obligatas habet, quia alienare per venditionem est pro domino gerere, nisi constet de administratione, l. quod vendidi, ff. de contrab. empt. vel vendit.& illud exemplum probatur ex d. l. pro hærede, §.1.& l.si quis mihi bona, §.sed quid si mandauit, ff.de acquir.hæred.Bart.Roman.Imol.in d.l.gerit, ff.eod.Alexan.in l.si quis mihi, §.sed quid, ff.eod. Dec.consil.278.num.6.Corne.consi.299.lib 3.Crauett. consi.200.Ioan.Durand.de arte testandi, titul. de acquir.hæred.cautel.5.Ioan.Cephal. consil.148. lib.1. & alij quos recenset Menoch. in d. præsumpt. 101.num.13. Et hoc certissimum ait Mantica de coniect.vltim.volun.lib.12.tit.12.num.4. Quod qui res hæreditarias distrahat, adire censeatur, ego receptissimum vnà affirmo.

Decimum exemplum est, vt inducatur ex loca- 21
tione rei hæreditariæ aditio, atque ita tenet Bald.in consi.12.lib.1.Iason consi. 112.lib.4. Corneus consil. 103.lib.2.& ante hos duos Alexand.consi.32.lib.3.& consi.126.lib.7.Mantic.de coniectu. vltimar.volun. lib.12.c.12.nu.10. Menoch.de præsumpt. lib.4. præsumpt.101.num.17. éstque non solùm vera opin. vt patet ex §. fina. Institur. de hæred. qualit. sed etiam frequenti DD. calculo approbata, nisi cùm ille vel illa locat, qui vel quæ sine authoritate aut consensu aliorum non potest adire.

Vndecimum exemplum est, quando quis donat 22
omnia bona hæreditaria, quod citra ius & nomen hæredis non potest, & propter id certò inducitur aditio. Nemo enim donare potest, nisi dominus sit, l.19. C.de donatio. Vnde Terentianus ille dicit: De te largitor puer. Dominus autem rerum hæreditariarum nullus potest fieri, nisi & hæres factus fuerit, seu nisi adiuerit, vt probatur ex d.§.fin. Instit.de hæred. qualit. vbi hæredes dicuntur ob id domini. Atq; ista opinio firmatur ex l.illud, ff.de acquir.hær. Corne.consi.79.& in consi.110.nu.4.lib 4 Crauet. in consi.200.nu.2.qui ad hoc allegat Castrens.consi. 252.lib 1.& Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt. 101.nu.15.qui adducit Asinium in d.§.ne quis putet.

Duodecimum exemplum est, quando quis cedit 23
iura hæreditatis, nam nisi adita esset hæreditas, illa cessio non valeret, l.si auia, C.de iur.delibe. atq; ista opinio confirmatur ex l. si actionem, C. de pact.

eámque tenent Corneus consi.147.volum.1. consil. 236.volum.4.Crauett.consil.200. Socin.Iun. consil. 91.illámque communem attestatur Bursatus, consi. 19.num.33.

24 Decimumtertium exemplum est, quando quis lites defuncti persequitur, tunc non obscurè hæreditatis aditio præsumitur, ita tenet Bart.& Matthesil.in d.l.gerit,ff.de acquir.hæred.Corne.consi.254. lib.4.Crauet.consi.740.num.5.

25 Decimumquartum exemplum est, quando hęres institutus accepit pecuniam à statulibero, causa implendi conditionem, & sic seruum manumittendi. Nam cùm illa pecunia soli hæredi ex voluntate testatoris debeatur, quare etiam accipiens hæres fieri, ac hæreditas adita præsumetur, vt tenent gloss. & Doctores in l.pro hęrede,§.Papinianus,ff.de acqui. hæredit. veluti attestatur Menochius de præsumptionib.lib.4.præsumpt.101.num.14. Et hæc exempla pro secunda classe sufficiant, nunc quædam tertiæ classi subiiciemus.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *In actibus dubiis standum est declarationi hæredis.*
2 *Quotuplices sint actus dubij, qui non certò inducunt aditionem, vt priores.*
3 *An possidens bona hæreditatis censeatur adiuisse.*
4 *Quid si solum possidet res viliores?*
5 *Quantum tempus possedisse quis debet, vt existimetur adiuisse?*
6 *Quid si pupillus possidet consentiente tutore, an inde adiuisse existimandus sit?*
7 *Quid si quis nactus est possessionem post repudiationem hæreditatis?*
8 *Num possidens feudum præsumatur adiuisse?*
9 *An ex possessione emphyteusis, inducatur aditio?*
10 *Filius possidens agrum pro legitima, num hæreditatem patris præsumatur adiuisse?*
11 *Quid si filius surripuit quid de hæreditate, an adiuisse censeatur potiùs, quàm deliquisse?*

1 AD tertiam classem referendi sunt actus dubij, id est, qui necessariò non inducunt aditionem, quanquam non videantur sine iure & nomine hæredis fieri: quos putat Bald.in l.non hoc,& l.si autem, C. vnde legitimi, relinquendos in arbitrio iudicis, qui ex facti qualitate, & aliis coniecturis æstimet, num hæres adire voluerit, vel non. Verùm communis sententia vult, vt suprà diximus quæst.6.num.4. quòd in actibus dubiis standum sit declarationi hæredis.

2 Dubios autem actus Bartolus in d. l. gerit, ff.de acquir. hæred. in quatuor diuidit membra. Primum membrum comprehendit actus, quos potest quis facere, vt hæres vel non hæres, vno modo tamen licitè, alio illicitè: atque hic, si constat illum voluisse facere modo illicito, non inducitur aditio, l. si quis extraneus, ff.de acquir.hæredit. Si est dubium, tunc non præsumitur delinquere, sed potiùs licito modo agere, hoc est, hæreditatem adire. Cum Bartolo facit Baldus, in l.bonorum.C.qui admitti.

3 Huius membri exemplum est: Quando quis possidet bona hæreditaria. Nec immeritò hic actus inter dubios numeratur, quia per illum certò aditio non inducitur, etsi Doctores omnes in hoc conueniant, sed plurimum variant. Quod non inducat in dubio aditionem bonorum hęreditariorum possessio, tenet Bald. in dict.l. bonorum, & l.non hoc, C. vnde legit. Angel.in consil. 313. Salycet. sibi contrarius in l.2. C. de legit.hæred. Alexan. à seipso dissentiens in d.l.non hoc, Boer.decis.33.nu.25.part.1.

Sed contrariam sententiam probat l.1. & 2.C. de 4
repudiand. hæredit. vbi idem tradunt communiter Doctores. Idem Bald. & Salycet.in dict. l. non hoc, Alexand.in dict.l.1.C.de repud.hæred.& consil.126. lib.7.Crauett.consi.591.Socin. Iun. 69. num.7. volum.1.& alij plures, quos allegat Mascard.de probat. volum.1.conclus.45. num.1. & 2. hanc opinionem à multis probatam testatur Ioan. Cephal. consil. 56. num.48.lib.1. communem profitetur Maranta in d. l.is potest, ff.de acquir.hæred.

Et hanc communem putant Salyc.& Alexand.in 5
dicta l.non hoc, C. vnde legit. procedere, quando hæres possidet res meliores. Cum quibus facit Baldus in cap.1.colum.4.an agnat.vel filius. Mascardus tamen ex Bald. in l. 1. C. de repud. hæred. quem ait sequi reliquos Doctores, contrarium vult probare, de probat. volum. 1. conclus.45. num.6. qui tamen ibidem nume.11.ad concordiam reducit hasce opiniones.

Quod autem Menochius de præsumpt. lib. 4. 6
præsumpt.101.num. 28. istam communem adstringat ad decennium, nisi quando statuto cautum est, vt aliàs locum obtineat, videtur contra mentem omnium DD. qui loquuntur de breuiori etiam tempore, atque ex decennali possessione communiter concludunt, aditionem solenniter esse factam, vt testatur Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.12. titul.12. nume.20. Mascard. de probatio. volum. 1. conclus. 46. atque de hoc articulo maximè ambiguo dixi supra.

Quæro hîc, quod si pupillus possidet bona hære- 7
ditaria consentiente tutore, an adiisse præsumatur? Respond. quod non censeatur adiuisse, tenet gloss. in l.3.ff.de author.tutor.Bartol.Imol.Roman. in d. l.gerit, ff.de acqui.hæred. Marant. in d.l.is potest, ff. eod.sed contrarium tenet Bald. in d.l. potuit, C. de iur.delib. quia in tacitis tacitè loquimur, l. in quibus, ff. de legi.l. item quia, ff. de pact. vnde non necesse est, vt in tacita hac aditione tutor expresse suam authoritatem interponat, cum Bald. facit Castrens.in d.l.potuit. Barbat.consi.5.volum.3.Corne. consi.23.num.3.volu.3. Socin. senior.consi.153.nu.2. volum. 2. eámque magis communem testatur Bursatus consi.8.

Quæro item, si quis possidet bona hæreditaria 8
postquam hæreditatem repudiauit? Respondeo: communis est DD. sententia, in dict. l.1. C. de repudiand.hæredit. quòd nihilominus censeatur adiuisse, potius quàm vt deliquerit, seu mala fide earum rerum possessionem apprehenderit.

Quæro similiter, an possidens feudum præsuma- 9
tur adiuisse? Respondeo: hîc esse distinguendum inter filium & agnatum. item inter feudum hæreditarium, & ex pacto atque prouidentia: & ad vtrumque membrum aduerte, quæ dixi articulo antecedenti, pendet enim tota hæc quæstio ex ea: num feudum possit retineri & hæreditas repudiari, quæ si constat connexa esse, constabit quoque alterum sine altero non posse acquiri, est enim ea aditionis conditio, vt ex partis acquisitione totum acquisitum censeatur, vt hoc de communi attestatur Maranta in dict.leg. is potest, ff.de acquirenda hæreditate.

Sed quid si quis possederit emphyteusin? Res- 10
pon. eodem modo dissolui potest hæc quæstio, quo supe-

superior seu proximè antecedens, si obseruaueris, quæ in præcedenti articulo dixi, in quæst. 11. num. 6. 7. num emphyteusis retineri possit, repudiata hæreditate.

10 Iuxta dicta quæro num filius possidens agrum vel vineam pro legitima, totam hæreditatem adiuisse, vel se illi immiscuisse presumatur? Respondeo, disputabilis quoque hæc quæstio, & tota ferè decisa io articulo præcedenti, quæst. 10. num. 7. Sed nunc verbo dico ex Bartolo in dict. l. gerit, ff. de acquiren. hæredit. nume. 22. quòd præsumatur adita, quia iure hæreditario legitima debetur, & de hæreditate non potest quis habere partem, quin totam habeat. Et hanc communem testatur Decius in l. 3. C. de impuber. & aliis substitut. atque ab hac communi non putat facilè recedendum Menoch. de præsumptio. lib. 4. numer. 66. præsumpt. 101. vbi hanc quæstionem latè & eruditè tractat.

11 Huc refertur & surreptio in filio, qua potius adiuisse seu se immiscuisse præsumitur, quàm deliquisse, textus est clarus, in l. si seruum, prætor ait, ff. de acquirend. hæredit. & dixi de hac quæstione supra, quæst. 6. nume. 6. 7. & 8.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Ex actu quem quis potest dupliti modo licitè facere, non inducitur aditio.*
2 *An filius inhabitans domum paternam adiuerit?*
3 *Quid si dotis caussa habitare non potuit?*
4 *An idem dicendum de vxore habitante in domo mariti?*
5 *Quid si quis iure familiaritatis possidere potest?*
6 *Num sese immisceat filius transigens cum occisoribus patris.*

1 SEcundum membrum de dubiis casibus seu actibus, ex quibus aditio necessario non inducitur, est de illis, quos quis potest vtroque modo facere licitè, & vtroque modo nomine suo, non etiam alieno nomine, quod fieri solet in alimentatione familiæ, vbi quis licitè hoc facit, atque ex illa potest induci aditio & non induci, & facit hoc suo nomine, in communem tamen & gratiam aliorum, in exemplis verò, quæ huic secundo insuper addam membro, tantùm suo nomine facit, nec quicquam vtilitatis ad alios inde spectat, vel in aliorum caussa actus illi facti non existimantur.

2 Exemplum primum est. Quando filius habitauit domum paternam, quam habitare potest, & vt hæres, & vt filius dotis maternæ caussa, ob quam bona patris sunt tacitè hypothecata, ex hac enim habitationem videtur se immiscuisse, quia putatur eo modo habitare, qui sibi vtilior est, l. 1. & 2. ff. de solut. atque ita tenent Barto. in d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. Castrens. in l. 1. C. de repudian. hæred. vbi idem etiam Bald. Alexan. & alij Doctores sentiunt. Alexander in consil. 32. numer. 7. lib. 3. Ruin. in consil. 51. nomet. 1. lib. 4. Gratus consil. 146. num. 11. lib. 2. Bruous in consil. 1. numet. 12. Socin. Iunior. consil. 131. libro 2. Crauett. consil. 197. num. 4.

3 Secus tamen est si doris causa habitare nequit, vel quia nulla dos est, vel restitui non debet, quemadmodum expressè innuit textus in dict. l. 1. C. de repud. hæred. & ibid. gloss. & Doctores communiter Bartn. in dict. leg. gerit. Bald. consil. 210. numer. 2. lib. 1. Decius consil. 21. & 66. Corne. consi. 165. volum. 1. Socin. Iunior consi. 108. volum. 3. Paris. consil. 16. numer. 4. volum. 2. communem attestatur Maranta in dict. leg. ia potest. num. 58. ff. de acquiren. hæred.

4 Quod de filio dictum est, magis habet locum in vxore marito succedente, si eius inhabitauerit domum, nam censetur eo modo inhabitare, qui sibi vtilior est, vnde in dubio dici non potest quod adiuerit hæreditatem mariti sui, si bona ipsi sunt hypothecata propter dotem nondum restitutam: ita tenet Corn. consi. 147. volum. 1. Gratus consil. 164. num. 11. lib. 2. Maranta in d. l. is potest. num. 58. Si verò dotis caussa nulla est, quin tunc adiuisse hæreditatem censenda sit, minus dubitatur secundum dicta in quæst. 11. num. 3. supra.

5 Tertium exemplum est, quando quis iure familiaritatis, possidere potest, & tanquam hæres, vt fieri potest in quibusdam emphyteuticis bonis, item feudis, nam nec tunc ob duplicem titulum certò coniicitur immistio vel aditio, atque ita tenet Bartol. in d. l. gerit. quicunque enim ex alia, quàm aditionis causa possidere potest, necessariò non dicitur adire, quemadmodum passim DD. communiter tradunt, præcipue in d. l. 1. C. de repudiand. hæred. & regula est, vbicunque actus æquiuocus est, præsumendum esse, vt possideat eo titulo, quo ei est vtilior, sicuti tradit Mar. tradit Socin. in consil. 129. nume. 27. atque idem in effectu docet Bartol. in d. l. gerit. & DD. supra allegati omnes.

6 Huc quoque referenda est transactio, quam init filius cum occisoribus patris sui, quia hoc duplici iure facere potest, videlicet iure hæredis & sanguinis, sicut supra dixi in quæst. 6. nu. 6. hoc receptum ait Anto. Padil. l. transigere. nu. 63. C. de transactionibus, extraneus verò quia vno tantùm modo, nimirum hæredia iure cum testatoris interfectoribus transigit, quare etiam eius respectu hoc exemplum huc referri nequit, sed ad secundæ classis exempla pertinet.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Tertium membrum actuum, qui non certò inducunt aditionem.*
2 *An adiuisse præsumatur, qui sepelit defunctum?*
3 *Quid si quis pascat familiam defuncti?*
4 *Qui curat vt domus defuncti custodiatur, an dicendus sit adiuisse?*
5 *Num percipiens fructus hereditatis?*
6 *Cultura agrorum an inducat aditionem?*
7 *Solutio debitorum hereditariorum an aditionem inducat?*
8 *Distribuens eleemosynas an censeatur adiuisse?*
9 *Quid si maritus dedit pauperibus vestes vxoris?*
10 *Num frater hereditatem fratris adiuisse existimetur, si in communione manet, ac solus administrationem gerit?*

1 TErtium membrum, de dubiis actibus, iuxta Bartolum in d. l. gerit, ff. de acquiren hæredit. continet talia facta, quæ possunt aditionem inducere, & non inducere, sed vno nomine suo, altero modo nomine alterius, hoc est, vel in vtilitatem alterius, nomine tamen suo, id est, non animo repetendi, vel gerendi negotium alterius ad quem spectaret, & tunc in dubio nomine alieno non intelligitur. Sic Bartolus finit & discernit, sed huius

membri iam exempla pensitemus, quorum

2 Primum esto, quando quis sepelit defunctum, quia causa pietatis in hunc actum de facili cadit, & vicinus vicino hoc officij præstaret bonus, quare aditionem necessario non inducit, atque ita probat Barto. in dict. l. gerit, numer. 24. Ruin. consi. 51. lib. 4. estque recepta DD. sententia, qui eandem quoque extendunt ad expensas in infirmitate defuncti factas, vt videre est apud Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12. titu. 10. num. 9. nam impensæ non secus pietatis causa fieri solent quàm ipsa sepultura, vt probatur per l. at si quis, §. pleríque, ff. de religios. & sumpt. fun. ideóque æquiparantur, & iisdem gaudent priuilegiis, vt patet ex l. in restituenda, C. de petition. hæred. vbi idem Bald. tradit & Alexan. in l. fin. § in computatione, C. de iur. deliberand. & hoc maximè procedit si impensa sit modica vel medica, vt consuluit Natta consi. 448. sicut refert Mantic. in d. loco. Roman. tamen consil. 154. num. 3. putat per expensas funerum induci aditionem.

3 Ad hoc exemplum referunt DD. si quis pascat familiam, nam & hic pietatis actus est, maximè si pueri sunt paruuli, & expensa est modica, vt docet Bartolus in dict. l. gerit. quem frequenter reliqui sequuntur DD. præcipuè verò, Ioann. de amicis consil. 137. nu. 7. Maranta in d. l. is potest, ff. de acquiren. hæred. Natta consil. 448. num. 13. lib. 2. Asinius in l. 4. §. nec quis putet, ff. de religios. & sumpt. fun. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. titu. 10. num. 9. Mascard. de probation. volum 1. conclusion. 47. nume. 7. Menoch. de præsumption. lib. 4. numer. 70. præsumpt. 101.

4 Qui omnes supradicti DD. idem dici volunt, de eo, qui curat vt domus custodiatur, vel manet in domo ad lugendum defunctum. Consultius tamen in hisce & similibus actibus dubiis esse, vt quis protestetur quo faciat animo, suadet ea communi DD. sententia Iason in l. pro hærede, §. Celsus, ff. de acquir. hæred.

5 Secundum exemplum est Bartolo & aliis in d. l. gerit, item Menochio in dict. tracta. & lib. 4. præsumpt. 101. num. 71. Quando quis percipit fructus rerum hæreditariarum, sed vt supra monui, illa fructuum perceptio potius ad secundam spectat classem. Receptissimum enim est, vt inducat aditionem, quemadmodum dixi supra quæst. 10. num. 18. posset tamen Bartol. opinio saluari, si distingueretur inter perceptionem, & collectionem iunctam cum repositione in locum, quo antea testatore viuo reponi soliti sunt, de perceptione enim Bartolus nihil loquitur in dict. l. gerit, sed solum de collectione, addito hoc, quòd etiam ex illa non ita facilè pietatis vel non aditionis præsumptio haberi possit, sed standum facientia interpretationi cum iuramento.

6 Sed an cultura agrorum aditionem hæreditatis necessariò vel dubiè inducat, hîc quæro? Respondeo: Menochius quidem in d. præsumpt. 101. num. 76. ad hoc membrum, & inter actus dubios refert, sed mea sententia male: Imperator enim vel magis Tribonianus in § fina. institut. de hæred. qualit. adsociat culturam agrorum venditioni, & locationi, ex quibus necessariò inducitur hæreditatis aditio, vt dictum est supra quæstion. 10. numer. 20. & seq. & hanc contra Menochium receptiorem & veriorem dico, per DD. in d. §. fin.

7 Quæro etiam, num is, qui soluit debita hæreditaria, præsumatur adiuisse? Respondeo: quanquam hic actus fieri possit licitè etiam ab alio, quàm hærede, l. soluendo, ff. de negot. gest. & sic fieri citra ius & nomen hæredis, tamen aditio inde præsumitur in dubio facta, quoniam in dubio quia præsumitur soluere nomine proprio, secundum l. & magis, ff. de solut. & istam opinionem tuentur Bart. & cæteri DD. in l. 2. C. de iur. deliberand. Bart. & Bald. in l. potuit, C. eod. Iason in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæredit. Corne. consil. 82. Socin. senior consi. 45. num. 5. lib. 4. atque ita communiter concludunt DD. in l. si patre, C. de iure deliberand. vt ibidem quoque attestatur post Alexand. Iason.

Tertium exemplum est, eleemosynarum distributio, vbi tamen Bartolus in dict. l. gerit, ff. de acquir. hæred. distinguit inter eleemosynas ex consuetudine loci necessarias, & non necessarias, ex priore casu non inducitur aditio, cùm quis ex defuncti bonis illas dedit, in posteriore verò casu aditio præsumitur facta in dubio, diuersitatis autem ratio Bartolo est, quia priores eleemosynæ videntur expensæ funeris, dict. l. at si quis. §. funeris, §. hæc actio, ff. de religiosis & sumpt. funera. posteriores autem de alienis bonis non possunt fieri, l. si pignori, §. 1. ff. de iur. & ideo ille actus non potest fieri citra ius & nomen hæredis, vnde ad secundam classem meritò referendus est, & ad donationem, de quo dixi in quæst. 10. supra num. 22. & hanc Bartoli sententiam adhuc sine contradictione deprehendi procedere. 8

Pro quarto exemplo est, quando maritus pauperibus dedit vestes defunctæ suæ vxoris, Bartolus hîc iterum distinguit inter vestes pretiosas & quotidianas, ex quibus cùm illæ mariti sint (si tamen ab ipso datæ fuerint) hæ verò vxoris, has igitur si donat pauperibus maritus, præsumitur hæreditatem vxoris adiuisse, non enim potest donare vt dominus, nisi vt hæres, quia largiri de alieno nemo potest, absque furti crimine d. l. si pignori, §. 1. ff. de furt. & l. merito, ff. pro socio. Illas verò si pauperibus maritus donat, non præsumitur hæreditatem in dubio adiuisse, quia vestes illas pretiosas vxori dedit, non vt propriæ essent, sed vt ornatior incederet, l. ex annuo, ff. de donatio. inter vir. & vxor. Istam Bartoli distinctionem veram & communem testatur Angel. consil. 134. communem fatetur Alexand. consi. 42. volum. 5. commun. quoque dicit Ancharan. consil. 181. eam frequentissimo calculo receptam enunciat Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. titu. 9. num. 10. 9

Quartum tertię classis membrum est de actibus, quos quis vtroque modo licitè potest ex illo, videlicet adire & non adire, similiter vtroque modo, & suo & alieno nomine, vt cùm fratri delata fuerit hæreditas fratris, cùm vixit in communi, & eam mortuo fratre administrat, & hîc Bart. iterum distinguit in d. l. gerit, num. 27. aut negotium potuit pro parte expedire, & tamen voluit totum conficere, aut non potuit pro parte expedire, hoc casu non præsumitur, illo verò inducitur aditio, quia plus sua parte voluit dominium exercere, l. duo fratres, ff. de acquir. hæred. standum tamen putat idem Bartol. in altero casu declarationi administrantis, iuxta d. l. duo fratres, cum Bart. transeunt reliqui DD. & præcipuè Menoch. d. præsumpt. 101. num. 79. 10

QVÆSTIO XIIII.

SVMMARIA.

1 *Inducitur etiam hæreditatis aditio ex factis negantibus.*

2 *Cui*

2 *Cui præscriptus est terminus ad deliberãdum id creditoribus petentibus, si nihil fecerit, præsumitur adiuisse.*
3 *An non soluens debitum defuncto, adiuisse putetur?*
4 *Quid si maritus non restituat dotem?*

1 EX factis negantibus, quæ alii non facta nominant, eodemmodo voluntas adeundi declaratur, vt ex factis affirmantibus, & hoc Bartol. in dict. l. gerit. num. 28. & in l. quamdiu, gloss. final. ff. de acquir. hær. docet, probatúrque idem per l. fin. §. Sin autem hoc, item, §. si quis autem temerario. C. de iur. deliber. ac post alios multos tradit idem Cranet. consil. 91. num. 10. & in consil. 204. Sed huius principalis quæstionis quartæ exempla proponam quædam, omissis in re non obscura DD. autoritatibus.

2 Et primum exemplum esto, si ad petitionem creditorum assignatus est hæredi ad adeundum terminus, vel etiam ad repudiandum, & iste intra tẽpus præstitutum nihil fecerit, tunc præsumitur adiuisse hæreditatem, & de hoc dixi in articulo ius deliberandi, quæstion. 4. num. 6.

3 Alterum exemplum est, si debitori in diem creditoris sui delata est hæreditas, & is elapso termino non soluat debitum aliis. Qui tamen articulus est valde dubius, variántque in illo non parum DD. nonnulli existimant, quòd ex non solutione inducatur in dubio aditio, quia aliàs mora committeretur, quæ delictum est, contra l. merito, ff. pro socio. atque hanc partem propugnant Bartol. in d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. num. 28. & ibid. Imol. Aretin. in consil. 161. Alexand. in l. non hoc, C. vnde legit. Roman. consil. 247. Iason. in l. non licet, C. vnde legitimi, & alii quos allegat Crauett. præter eos in consil. 390. in fin. eamque, magis receptam profitetur Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 101. nu. 88. commun. dicit Iason. cõsil. 5. magis communem aiunt Decius & Corn. in d. l. non hoc. Socin. consil. 33. volum. 3. veriorem putat Imol. in l. recusari, ff. de acquir. hæred.

4 Contrariam verò partem defendit Baldus in l. si certis annis num. 20. C. de pactis l. bonorum, nu. 40. C. qui admitti, l. non hoc, C. vnde liber. l. cum in antiquioribus, C. de iure deliber. vbi idem tenet Salic. Roman. & Aretin. in d. l. gerit, Andr. Barbat. consil. 5. volum. 3. Corn. in d. l. non hoc, qui dicit nõ esse inconueniens, magis vni, quàm alteri sententiæ adhærere, & in consil. 321. num. 6. volum. 5. ait quod licet articulus sit dubius, tamen, cum debitores rarò soluant in tempore non requisiti, imò sæpè differant etiam appellati) semper iudicaret, non solutionem hæreditatis aditionem nõ inducere, eam opin. dicit veriorem Decius in d. l. non hoc, quoniam moram solutioni nectere non est tale delictum, vt aditio illi præferatur, sæpius enim absque dolo committitur, prout tradit Felin. c. quærelam de iureiur. & quanquam Bartoli opinio receptior dicatur, quam ex recentioribus etiam multis defendit. Mantic. in tractat. de coniect. vltim. volunt. lib. 12. titul. 13. tamen Baldi sententiam vt veriorem & communem, sicut attestatur Ioseph. Ludouic. conclusio. 16. illatio. 82. fol. 5. magis puto amplectendam, præsertim cum videam non paucos ex recentioribus secundum illam consuluisse & docuisse, fimitérque contra Bartol. idem concludit Zasius in l. etsi contra tabulas. in fin. ff. de vulgar. & pupill. ideóque Menoch. ex Mantic. d. l. vel magis ex Corn. in d. l. non hoc. 4. limitationes illius communis opinionis adduxit. 1. quando debitor negat se adiuisse, 2. quando non etiam percepit aliquos fructus, 3. quando nondum elapsi sunt 10. anni, 4. si debitum non erat pœnale, In hisce casibus Baldi obtineat opinio, in aliis si qui sunt, Bartoli, vide de his Menoch. d. præsumpti. 101. num. 90.

Tertium exemplum & proximo non absimile 5
est, quando maritus non restituit dotem restituendam, Bartol. in d. l. gerit, & Imola in d. l. recusari, ff. de acquirend. hæred. concludunt quòd ex hoc præsumatur aditio, hanc magis cõmunem testatur Socinus senior consil. 37. num. 6. lib. 3. idem in patre statuunt, qui retinet dotem vxoris suæ, quod ille censeatur pro filiis suis adiuisse. Sed vera hæc opinio Bartoli non est, vt verè dicit Nonius, consil. 27. num. 11. & eam expresse improbant Bald. in d. l. si certis, in fin. C. de pactis, Bald. Corn. Dec. in dict. l. non hoc, C. vnde legit. Castrens. & Aretin. in d. l. gerit, Angel. consil. 163. Aret. consi. 161. Alex. consil. 23. in fin. lib. 7. Corn. cõnsil. 321. colum. fin. lib. 1. & alij quos allegat Menoch. de præsumptione. libro quarto præsumptio. 101. numer. 98. qui nume. seq. hanc videtur testari comm. & hæc opin. de patre dicitur à Ludouic. conclus. 16. illat. 82. verior & magis communis.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

Qualiter declaretur animus cum quis non suo, sed alieno nomine adit, vt tutor. &c.

IN quinta quæstione principali quærit Bartol. in d. l. gerit. ff. de acquir. hæred. num. 30. qualiter declaretur animus, cũ quis non suo, sed alieno nomine adit hæreditatẽ, vt tutor, filius, seruus, pater, monasterium, ex dictis Bartol. in allegata, l. gerit, Bellon. consil. 24. num. 13. regulam educit talem: per quemcunque actum potest quis suo nomine adire, per illum potest & alieno. & istam ibidem communem attestatur.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas repræsentat defunctum, vt & hæres.*
2 *Ideoque pro parte scindi nequit.*
3 *Et portio repudiata accrescit cohæredi inuito.*
4 *An hæres purè institutus ex parte, & ex parte conditionaliter, an si istam adit, hanc quoque acquisiuerit?*
5 *Num noua acquisitione eius partis opus habeat?*
6 *Et quid si in parte conditionaliter relicta habuerit substitutum?*
7 *At quid si conditio post mortem demum euenerit?*
8 *Sed quid si ita institutus habeat cohæredem?*
9 *Quid si duabus partibus purè institutus alteram repudiet?*
10 *Cur non pars repudiata trahit ad se aditam?*
11 *Si, domino delatus est semissis ex sua persona, alter ex persona serui, num vtrumque vna consequatur aditione.*

RESTANT de nostra definitione acquisitioni, vltima verba, videlicet hæreditatem acquiris, explicanda, quæ nihil aliud sonant, quàm bona & iura tam passiuè quàm actiuè à defuncto relicta capessere, vnde non malè definita est hæreditas

in §.hæreditas.q.1. numer.1. successio in vniuersum ius,quod defunctus habuit, nam vt nemo propriè est hæres, nisi cum animum adeundi gerit, & declarat, ita hæreditas antequam adeatur, non proprio appellatur nomine sed potius bona & iura iacentia dicuntur. Post aditionem verò statim patrimonium fiunt,vt dictum est,in §. hæreditas, quæst. 2. ex quo sequitur,quòd quicunque adit hæreditatē, vel etiam se illi immiscet, quod is defuncti personam suæ ,associet, eámque per omnia repræsentet. Nouell.48.in princip.eámque communem dicit & per multos probat latéque tractat, Ioseph. Ludouic.conclus.16.

Ex quo fonte fluunt plurima, quæ reseruabimus 2 in libros sententiarum communium de contractibus & maleficiis : nūc saltem educemus ad nostrum quæ iam facient propositum, quòd angustia temporis & quorundam postulatio voto nostro, & rei necessitate coarctat angustius. Et primo inde deducitur,quòd qui totam hęreditatem acquirere potest,is eam pro parte scindendo adire non potest, l. qui totam,ff. de acquir.hæred.vbi gloss.& DD.communiter. Ideoque qui partem adit,præsumitur totam hæreditatem adiuisse, l. si cui res, ff. de legat. 2. quia in paganis nemo pro parte testatus, pro parte intestatus potest discedere,l.ius nostrum, ff. de reg. iur.atque hanc tantam iuris & de iure præsumptionem ait gloss.in l.si duo,ff.de acquir.hæred. vt probationem in contrarium non admittat, & istam opinionem testatur commun.Marant. in d. l. is porest,ff.eod.

Hinc portio à cohærede repudiata accrescit alte-3 ri etiam inuito,secundum veram & commun.opin. vt dictum est in §.ius accrescendi quæst.29.

Sed an hæres purè institutus,efficiatur etiam hæ-4 res & dominus partis alteri conditionaliter relictę, quæritur?Respond.quod non:atque ita tradit gloss. & DD.communiter in l.si ea pluribus,ff.si pars hæred. petat. eamque veram & commun. testatur cōclusionem Alexand.consil.162.num.5.lib.2. qui ibidem plures ad hanc rem allegat.

Quid conditione non eueniente, num necesse 5 habet, illam cohæredis portionem de nouo acquirere? Respondeo, si vnus & idem in parte purè & ex parte institutus est conditionaliter, etiam conditione nondum completa, ex asse hæres est sine controuersia: textus est de hoc casu capitalis, est & text.in l.si quis ita ff.de hæred. instit.& ibi DD. cōmuniter teste Gomez. in loco d. atque sic non habet necesse de nouo acquirere partem sub conditione relictam, ipso enim institutionis iure per aditionem omni modo acquisiuit, vt patet ex gloss. & DD. in d.l.si solus.

Sed si habuerit in parte sic conditionaliter reli-6 cta substitutum? Respōdeo non potest quidem tum acquisiuisse partem conditionalem, sed exspectari debet conditio,quæ si nō venerit,habebit eam substitutus,sin verò venerit, accrescit hæredi, qui iam adiuit ea pura,& hoc quidem sine alia noua aditione. Nam per ius accrescendi quæ obueniunt, aditione opus non habent, quia repudiari non possunt, & obtingunt etiam inuitis, vt habet communis opinio,de qua dictum est,in §. ius accrescendi,quæst.29.

At si quid conditio non euenerit hærede, sic ex 7 parte purè & ex parte conditionaliter instituto adhuc viuente,sed post mortem eius,quęro nū transmittatur illa portio ad hæredem? Respond. subtile hoc est,& de apicibus iuris,teste Castrense in l. qui ex duabus, ff.de acquir.hæred.sed tamen quod transmittatur, non quidem virtute institutionis conditionalis, quæ nunquam non transmittitur vt dixi in artic.transmissio,quæst.27.num.4.verum ex virtute iuris accrescendi, postquam conditio euenit, atque hoc probatur,ex dict.l. qui ex duabus,vbi gloss. Bart.& communiter DD. idem tradunt teste Ant. Gomez.varia. resolut.tom.1.cap.10.num.18.

Si verò quis ex parte purè, & ex parte conditio- 8 naliter fuerit institutus,dato cohærede, tunc si partem puram adit, statim consequitur eam & conditionalem pro sua rata, etiamsi conditio post mortem eius extiterit, reliqua vero conditionalis para manet in pendenti, cuius si conditio euenerit post mortem hęredis primi,ad secundum hæredem non transit,sed ad cohæredem, textus est in l. si quis ita scripserit,Titius.& l.si quis scripserit hæredem,l.liber homo,§. si ita scriptum ff.de hæred. instit. vbi gloss.Bartol.& D D. Castrens. & D D. in d.l.qui ex duabus,item in l si solus,ff.de acquir.hæred.

Quæro item,quid si hęres partem adit,& alteram 9 expresse repudiat?Respondeo nihilominus in solidum hæres est,& consequitur aliam partem ex iure accrescendi, ita tenet gloss. & communiter DD. in l.2. ff.de acquir. hæred.vt attestatur. Gomez. d. c.& dictum est in §.ius accrescendi quæst.21. num.5.vbi vide etiam quæstionem sequentem.

Sed cur non potius pars repudiata trahit ad se 10 partem aditam, ita vt neutra censeatur acquisita? Respond.reddunt DD. illam rationem,quia aditio est fauorabilis, repudiatio vero odiosa, vt testatur Iason in l. qui totam, ff. de acquiren. vel omitt. hæred.

Sed quæro, si domino delatus est semissis ex sua 11 persona, alter semissis per seruum, num adeundo suam portionem censeatur etiam adiuisse serui partem?Respond.Bart.in dict. l. qui totam, ff. de acquir.hæredit.distinguit hoc modo : aut adit quis primo partem sibi delatam per se, & tunc non acquirit partem delatam per seruum, vel filium. Ratio est, quia non potest ipse solus sua voluntate acquirere, sed requiritur consensus serui vel filij, qui potest non consentire, l. cum proponas.C.de hære. instit.l.si quis mihi bona,§.iussum, ff.de acquir.hæred. Aut primo acquirit sibi delatam partem per seruum,seruo adeunte iussu suo, tunc statim acquirit sibi delatam partem alteram,l.si ego, ff.eod.tit. vbi gloss.& DD.communiter cum Bart. transeunt, distinctionémque eius approbant.Et maximè Ant. Gomez.d.c.10.nu.21. vbi communem probat hanc regulam.In dependentibus ab animo, in vna re vel ex parte animus adhibitus extenditur ad totum.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Qui non potest obligari,non potest adire.*
2 *Quare infans adire non potest.*
3 *Sed eius nomine parens vel tutor.*
4 *Quid si nec parentem nec tutorem habeat?*
5 *Hæreditas infanti delata nec adita non transit.*
6 *Nec pupillus sine tutoris authoritate potest adire.*
7 *Sed quid,si hæreditas esset lucrosa.*
8 *Num sufficiat,vt tutor pupillo adituro consentiat.*
9 *Si pupillus tutore consentiente possidet,an adiuisse putetur.*
10 *Nec minor sine curatore potest adire.*
11 *Nisi non habuerit,tunc solus adire valet.*

12 Nec

12 *Neque prodigus potest solus hæreditatem adire.*
13 *An mulier possit adire, stante statuto, vt sine consensu propinquorum non queat obligari.*
14 *Neque furiosus adire potest, neque curator eius.* 15
16 *Sed cur aliud in tutore infantis constituitur?*
17 *An igitur furiosus commodo hæreditatis priuabitur?*
18 *Neque seruus sine domino adire potest.*
19 *Seruus num per dominum adhoc possit cogi.*
20 *An solus dominus sine seruo hæreditatem acquirat.*
21 *Nec filius sine patris iussu hæreditatem acquirit.*
22 *Quid obtineat in hæreditate aduentitia.*
23 *An filius eam adire possit ignorante patre.*
24 *Pater an possit adire profectitiam filio inuito.*
25 *Sed an ignorante filio illam adire possit.*
26 *Quid iuris sit patri in aduentitia hæreditate.*
27 *Num pater eam filio ignorante adire possit.*
28 *An dicta obtineant quoque in bonorum possessione.*
29 *In possessione agnoscenda non requiritur iussus præcedens.*
30 *Quid si filius ante aditionem vel recusationem profectitiæ hæreditatis fuerit mortuus.*
31 *Decedente monacho ante aditionem num monasterium adire possit.*
32 *Monasterio defertur hæreditas, in qua est institutus monachus, secundum Canonistas immediatè.*

1 EDVCITVR secundò ex illo fonte: Hæres repræsentat personam defuncti: quòd qui non potest obligari, non potest adire. Rarissimum enim est, vt defunctus nemini sit obligatus, nullúmue habet obligatum, vel qui testamento aut alia voluntate vltima hæredem suum in nihilo grauet, vnde olim in hanc sententiam sic lusi:

Nullus in hoc mundo viuit cui nomina desint,

Et probatur istud consectarium, videlicet, quod ille, qui nequeat obligari, non possit hæreditatem adire, ex eo, quia omnis contractus & conuentio transit in hæredem, siue de eo facta fuerit mentio, siue non, l. viam veritatis, C. locat. l. 2. cum gl. C. de pact. inter empto. & vend. eámque communem testatur Ioseph. Ludouic. conclus. 16. illat. 5. Item, quia hæres adeundo cum creditoribus & legatariis quasi contrahit, vt dicetur quæst. seq. Sed textus est de isto clarior in l. mutum, ff. de acquir. hæred. vbi dicitur, quod qui pro hærede gerit, se hæreditati obliget. Ac istam opinionem, tanquam indubitatam, seruant ibi & passim alibi DD. communiter, præsertim in l. more, ff. eod. vbi dicuntur, illa omnia plusquam manifesta, sed per specierum inductionem hoc clarius demonstrabo.

2 Ex dicto consectario constat, quod infans non possit adire hæreditatem: nequit enim se obligare, vtpote consensu carens, l. iubemus, C. de emancipat. liberor. ita tenet textus in l. infantis, C. qui admitti, l. si infanti, C. de iur. deliber. Et hoc communiter seruant DD. in l. pupillus si fari, ff. de acquir. hæred. veluti attestatur Francisc. de Cald. in l. si curatorem, verb. cum non absimilis, num. 57. communem opinionem dicit Alex. in d. l. si infanti. communem quoque enuntiant Villalob. commun. opin. verb. hæreditas, Bursatus consil. 19. num. 32.

3 Quæro, quis igitur ipsius nomine adit? Resp. Hæreditatem infanti delatam ascendens per lineam paternam, si in eius potestate sit, potest adire: si vero talem ascendentem non habet, tunc tutor eius hoc potest, textus est in dicta leg. pupillus si fari, & in dicta leg. si infanti, vbi idem expresse tenet gloss. & communiter omnes Doctores. eámque communam dicit ibidem Alex. communem item profitetur Villalob. communium opinionum in verb. hæreditas, magis communem testatur Bursat. consil. 8. num. 1. lib. 1. & eod. consil. 19. num. 29.

Iason tamen in l. licet, C. de iur. deliber. vult, quod consensus infantis quinque annis maioris requiratur, si tutor velit adire. A cuius opinione non videtur dissentire Odof. Bartol. Salicet. & alii Dd. in l. potuit, qui omnes communiter ibi seruāt, quod infans maior quatuor annis cum authoritate tutoris possit adire hæreditatem. Et istam communem testatur Galiaul. in l. 1. ff. de verbor. obligat. nu. 66. quod tamen intellige, si esset aliquod iudicium animi in infante, secus si nullum foret, tunc per tutorem suppleri non posset, vt communis habet opinio, teste Ant. de Tremol. ad Bonacur. practicam in rubric. quibus modis suo nomine agentes ciuiliter & criminaliter, num. 67.

Sed quid si infans nec parentem talem vel tutorem habeat? Resp. Quod iudex ita possit supplere defectum tutoris, atque ita probat Alex. in l. bonorum, C. qui admitti, vbi recenset etiam aliquos cōtrarium sentientes, sed Alexandri opinionem testatur Decius ibidem communem, cámque multis probat. 4

Ad dicta tamen nota, quod hæreditas infanti delata, nec à tutore adita, non transmittatur, vt quoque dixi in §. transmissio hæreditatis, q. 21. nu. 1. Regulare enim est, vt hæreditas non adita non transmittatur: aliud tamen obseruatur, si talis hæreditas non fuit adita à parēte in infantia mortuo, transmittitur eiusmodi hæreditas etiam nō adita ad patrem, iure patrio: vt textus clàrissimus habet in d. l. si infanti, quem ad literam sequuntur gloss. & DD. omnes. 5

Infertur secundo, quod neque pupillus sine tutoris authoritate hæreditatem adire queat, quoniam absque illa obligari nequeat, textus est in d. l. pupillus si fari, l. pupillum, l. more, ff. de acquir. hæred. §. neque Instit. de author. tutor. & vbique Dd. communiter. Communémque testantur Ias. in d. l. more, Socin. consil. 8. n. 4. vol. 4. Bellon. consil. 24. num. 16. vt refert Villalob. commun. opin. verb. hæreditas. 6

Sed quid si esset hæreditas lucrosa? Resp. In hoc puncto Dd. variant, alii simpliciter negant vel affirmant, alii distinguunt inter lucrosam seu locupletem & opulentam, Quod possit adire pupillus hæreditatem lucrosam sine tutoris authoritate, tenent non pauci: & præsertim Ludouicus Russardus diligentissimus Institutionum censor in d. §. neque tamen, qui dicit illa verba inclusa parenthesi (quāuis illis lucrosa sit) in omni manuscripto, etiam in D. deesse, quod verum ostendunt quoque verba antecedentia. Placuit meliorem licere pupillo suam conditionem facere, etiam sine tutoris authoritate, deteriorem verò non aliter, quàm cum tutoris authoritate. Item hoc ostendunt verba sequentia: Ne damnum vllum habeant. Si igitur constat, & notorium est, nullum subesse damnum, quid prohibet lucrosam hæreditatem adire? 7

Contrarium tenent plurimi, vt Cyn. Bald. in l. quod fauore, C. de legib. Bald. & alij in l. potuit, C. de iur. delib. Alex. in d. l. mutum, ff. de acquir. hæred. & hanc communem testatur in d. l. potuit, commu. quoque testatur Portius in d. §. neque, Instit. de authorit. tutor. vbi istam verissimam dicit sententiam Aldobrand.

Socin. sen. verò consil. 8. nu. 3. vol. 4. putat, quod lucrosam quidem pupillus hæreditatem sine tuto-

ris authoritate non possit adire, sed benè opulentam, in qua sententia est etiam Ioseph. Lud. conclu. 16. illat. 81. qui in suam sententiam præterea allegat Iason. in l. qui in aliena, ff. de acquir. hær. quique definit lucrosam seu locupletem hæreditatem, quæ habet vtilitatem cum vexatione; opulentam verò, quæ habet vtilitatem sine vexatione.

8 Quæro, num sufficiat tutorem consentire? Resp. Quod non; nam authoritatem præstare debet, secundum d. §. neque, Instit. de author. tutor. Et hanc magis communem testatur Ias. in l. si quis mihi. §. iussum, ff. de acquir. vbi Alexan. & alij communiter DD. distinguunt inter consensum, ratihabitionem, iussum, & authoritatem: de quibus etiam vide Ant. de Tremol. ad pract. Bonacursi, in rub. quibus modis suo nomine agentes repellantur, nu. 110.

9 Quæro, si pupillus consentiente tutore possederit bona hæreditaria, an per illam possessionē præsumatur adiuisse? Resp. De hoc sunt diuersæ opiniones, vt quoque supra monui, sed tamen communis est, teste Bursato, consil. 19. num. 29. volum. 1. quod adita præsumatur: nam licet in expressis expressa tutoris authoritas & consensus requiratur, in tacitis verò aliud est, vt docet Bald. in d. l. potuit, C. de iur. deliber. quodque probari videtur ex l. actus legitimi, ff. de reg. iur.

10 Infertur tertiò, quod neque minor absque curatoris consensu adire queat, quoniam sine illo obligari non potest, text. est in l. si curatorem habens, C. de in integrum restitut. minor. & hanc communem dicit Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell.

11 Quod si tamen non habuerit curatorem, tunc solus adire potest, quia & solus obligari, l. qui se, ff. de acquir. hæred. Marant. in l. is potest, ff. eod. gl. & DD. in l. impuberibus, ff. eod.

12 Infertur quartò, quòd neque prodigus solus adire possit, & quidem eandem ob causam, quia solus quoque non potest obligari: ita tenet Bald. Angel. Imol. Ias. & alij communiter DD. in l. mutum, ff. de acquir. hæred. & licet Alex. ibid. videatur dissentire, tamen ab istorum DD. authoritate non est recedendum, ac benè declarat glos. ibid. quòd videlicet prodigus possit adire hęreditatem, sed cum authoritate curatoris, arg. l. cum quidam, ff. de administr. tut. ac istam Baldi sententiam testatur commu. Socin. sen. cons. 22. n. 9. vol. 1.

13 Infertur quintò, quòd nec mulier possit adire sola hæreditatem, si fuerit statutum, ne mulieres absque consensu propinquorum obligentur. & ita tenent Bart. Castr. Rom. & Ias. in d. l. more, ff. de acquir. hæred. atque hanc seruari in vsu forensi restatur Rom. in d. l. mutum. Sed contrarium tenent Bald. Angel. Imol. Aret. & alij in d. l. mutum, ff. de acquir. hæred. Salicet. Imol. Cuman. in d. l. more, ff. eod. communem hanc testatur Alex. in d. l. mutum, commun. quoque fatetur Ias. in d. l. more, Fernand. Vasq. in tractat. de success. procreat. §. 4. numer. 46. veriorem & magis communem testatur.

Sed in hoc conflictu quid statuendum? Respond. priorem opinionem procedere de æquitate, posteriorem de iuris rigore, qui statutorum verba in propria significatione solet accipere, nec obligationem veram ad quasi obligationem extendit. Et hoc idem sensit Ioan. Sais. in consuet. Turon. tit. 24. c. 10. & Ang. cum Alex. in d. l. mutum, Ruin. cons. 37. n. 5. li. 1. istā cōmunē vt mulier adire possit, nō aliter dicunt procedere, nisi cum in hæreditate non sit maius onus legatorum vel debitorum. Ac quoniam DD. magis ad æquitatem respiciunt, quàm strictū ius, secundum communem, propterea plures sine dubio in negatiuam Rom. sententiam discedent, vnde & Tiraquell. de legibus connubialibus. l. 15. versic. contracter, gloss. 3. eam communiorem testatur, vt refert Granutius Theoremate 25. numer. trigesimo quinto.

Infertur sextò & minus dubitanter, quod furiosus hæreditatem adire non possit, text. est in dicta l. pupillus si fari, ff. de acquir. hæred. ratio eius in l. in negotiis contrahendis, ff. de regul. iuris. 14

Quæro, num eius nomine adire possit curator ipsius? Resp. Furiosus institutus est per se, vel per aliam personam, puta seruum vel filium: in priore casu furioso hæreditas per curatorem non acquiritur (licet in infante secus sit) posteriore autem casu per seruum vel filium cum curatoris authoritate adiri potest, & ipsi furioso acquiritur, vt transmittatur deinde, si decesserit in furore, textus cum gloss. & DD. communiter in l. fin. §. talis, C. de curator. furios. communem dicit Alex. in l. infantis. C. qui admitti. 15

Sed quæ est ratio, quod tutor infantis nomine solus adire possit hæreditatem, ipsi infanti delatam, curator autem furiosi hoc non possit? Resp. Bart. referente, in d. l. si infanti, C. de iur. deliber. reddunt DD. hanc rationem; quia infanti magis fauetur quàm furioso: verum malam hanc rationem & causam bene reiicit Bartolus, ac meliorem subiungit: quod nimirum causa non sit in infante vel furioso, sed in potestate tutoris & curatoris quàm hic minorem, ille maiorem habet. Et hæc ratio placet ibi. Alexand. eámque amplectuntur communiter DD. recentiores. 16

Nunquid igitur furiosus hæreditatis commodo priuabitur? Resp. Quod non, sed curator eius interim petet bonorum possessionem, vt si furiosus deinceps redierit ad sanam mentem, adire vel repudiare possit: ipso autem in furore decedente, nihil ad eius hæredem transmittatur, nisi illa hæreditas fuerit paterna, aut alicuius ascendentis vel descendentis: & ita tenet gl. & DD. communiter in d. l. fin. §. sin autem ea alia, & §. sin autem in furore, & §. sin autem ipse resipuerit. 17

Infertur septimo, quod neque seruus adire possit sine iussu domini, text. est in l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred. Item in l. si quis mihi, §. iussum, ff. eod. glo. in l. si seruus. ff. de iur. delib. & vtrobique idem tradunt communiter DD. Estque communis hæc conclusio. 18

Quæro, nunquid seruus à domino possit cogi, si est institutus, vt adeat? Respondeo: Quamuis de facto serui possint resistere, l. 3. in fin. C. de hæred. instit. tamen hoc de iure non debent, atque ideo possunt compelli per iudicem vt adeant, atque ita tenet Bart. Salicet. Imol. Castrens. & alij communiter DD. in d. l. si quis mihi, §. iussum, ff. de acquir. hære. vt ibi testatur Iason. 19

Quæro item, num dominus solus possit adire? Respond. quod non, nam adire debet persona instituta, non cui acquiritur, textus est in l. pro hærede in princ. verb. nam hoc animo, inde seruo mortuo vel occiso ab aliquo, dominus, quia adire nō potuit, propterea agit ad æstimationem, textus est in l. inde Neratius, §. 1. ff. ad l. Aquiliam, vbi glos. & Dd. communiter, Bartol. & Alexand. cum quibus transeunt reliqui in l. is potest de acquir. hæred. nam dominus occiso vel mortuo seruo ante aditam hæreditatem non potest eam amplius, l. cum proponas, C. 20

de

C.de hæred.inſtitut.l.is, qui hæres. ff. de acquiren. hæred.cámque commun. dicit Fernandus Vaſq. de ſucceſſ.progreſſ.§.9.num.4.

21 Infertur octauo quod nec filius adire poſsit hæreditatem, quam patri acquirit, quia ille, qui in aliena poteſtate eſt, non poteſt inuitum hæreditati obligare eum, in cuius eſt poteſtate, ne æri alieno pater obligetur, vt ait textus in d.l.qui in aliena, atque hoc in hæreditate profectitia extra dubiũ eſt verũ, atq; cõmuniter tenent Dd.in d.l.ſi quis mihi,§.iuſſum, vt in profectitiis hodie nihil ſit mutatum, ſed patri acquirantur, & non niſi eius iuſſu acceptentur, quemadmodum teſtatur Alexand. & poſt eum Iaſon ibidem, hanc communem teſtatur Fernand. Vaſ.de ſucceſſ.reſolu.§.18.num.56. quod idem procedit in hæreditate, in qua filius contemplatione ſolius patris eſt inſtitutus, nam eam patri totam acquirit, vt & profectitiam, hanc commun. teſtatur Mantic.de coniectur. libro quarto, titul.7.num.25.

22 Quæro quid in aduentitia hæreditate obtineat? Reſpond.quoniam hæc patri ſecundum iura nouiſſima non acquiruntur niſi quo ad vſum fructum. l. fin. C. de bonis, quæ liber. propterea etiam patre inuito & nolente, filius talem hæreditatem poteſt adire:de hoc eſt bonus textus, in d. l. final. in princip. verbo Econtrario, eſtque communis opinio ſecundum Fernand.Vaſq.in dict. §.decimooctauo, num.57.

23 Quæro item, num filius aduentitiam hæreditatem adire poſsit ignorante patre? Reſpondeo: de caſtrenſ. non eſt dubium per l.miles, ff.de caſtre. pecul. de reliquis aduentitiis idem DD. ſtatuunt per regulam in l.quid poteſt inuitis, ff.de reg.iur.& hanc communem dicunt Alex. & Iaſon in l.bonorum, C.qui admitti, item in d. §. iuſſum. communem quoque fatetur Fernandus Vaſq.d.§.18. nu.57. idem communis opin.in l.1.C. qui admitti, & d.§. iuſſum, teſte ibid.Iaſon. num.30.ſtatuit in profectitiis, ſed rectè ille cum Angelo contrariam dicit veriorem, in profectitiis namque nihil hodie eſt immutatum.

24 Quæro, num pater poſſit adire hæreditatem profectitiam filio inuito? Reſpon.quod ſic, per textum in d.l.final.in princ.C.de bonis, quæ liber. gloſſ. & communiter DD. atque hoc ait receptum Fernan. Vaſq.in §.18.num.57. verùm malè extenditur illa l. ab aduentitiis ad profectitia, in quibus iuxta com. hodie nihil eſt immutatum.

25 Sed an ignorante filio adire poſſit? Reſpon. non pauci ſunt, qui hoc volunt, argumento ex communi iuris regula per contrarium deducto, qui inuito adire poteſt, multò magis ignorante. Sed verior eſt contraria opinio, quòd ſcilicet pater ignorante filio inſtituto, in profectitia adire non queat. In profectitiis enim per d.l. fin. nihil eſt immutatum, vt habet com.opin.teſte Alex. & Iaſon. in d. l. bonorum, C.qui admitti, & d.§.iuſſum, atque hanc commun.atteſtatur Fernand. Vaſq. d.loco ex qua communi ego concludo, quod nec inuito filio pater profectitiam hæreditatem adire poſsit, reſidet.n. Dec.teſte in d.l.bonor. nu.3.& 34.ius adeundi in filio, non patre, & text. eſt in l.renitente, C. de iur. deliber. Remanet tamen patri ex ſuo iure poteſtas filium compellendi, vt ad iuſſum eius adeat. l.filij & ſerui, ff de furt. l. Filius tuus, C. de patria poteſt. l. cum aliquis, C.de iur.deliber.

26 Quæro item, in aduentitia hæreditate quid patri ſit iuris? Reſpõdeo, quòd filio inuito adire poſſit, textus eſt expreſſus in d.l.fin. C. de bon. quæ lib. & hoc ſine dubio procedit, vt teſtatur Fernan. Vaſ. d. loco communemque fatentur Alex. & Iaſon in d.legib.

Sed quæro, num etiam filio ignorante eam adire 27
poſsit? Reſp.hoc quidem euincere volunt ex eo, quia iuxta communem, filius hæreditatem aduentitiam adire poteſt ignorante patre, quod etiam pater idem poſsit, item poteſt filio inuito, ergo etiam ipſo ignorante:ſed benè ac doctè Fer. Vaſq.d. loco nu.58.hæc duo argumenta refellit, probátque patrem ignorante filio non poſſe hæreditatem aduentitiam adire, quia cum defertur hæreditas filio. propter perſonarum identitatem, iuxta l. fin. C.de impuber.& aliis ſubſtitut.& §.ei verò, Inſtit.de inutilib.ſtipulat. etiam patri ſub illa conditione delata cenſetur, ſi filius recuſauerit, d.l.fin.in princ.C.de bon.quæ liber.Cum itaque filio non recuſante, patri nondum ſit delata, neque ab ipſo filio ignorante & tacente adiri poterit. Hæreditas namque non delata acquiri non poteſt, ſecundum communem regulam.

Et hæc, quæ dicta ſunt de aditione, locum quo- 28
que habent in bonorum poſſeſſionis agnitione, quemadmodum communiter DD. tradunt in dicta leg. 1. C. qui admitti, atteſtante ibidem Alexandro.

Imò facilius, quia in bonorum poſſeſſionis a- 29
gnitione non requiritur iuſſus præcedens in filio & ſeruo, iuxta d.l.ſi quis mihi, § iuſſum, ff. de acquir. hæred. & communiter ibid. DD. ſed ſufficit ratihabitio, vt omnes volunt DD. in d. l. bonorum, C.qui admitti, quemadmodum ibid.nu. 15. teſtatur Dec. qui quoque cauſam inueſtigat, quare patre nõ ratificante agnitionem, filius non cenſeatur agnouiſſe bonorum poſſeſſionem.

Sed quæro, quid ſi filius ante aditionem vel re- 30
cuſationem fuerit mortuus? Reſpond. Quod pater non poſſit adire deinceps; nam omne ius adeundi ſeu acquirẽdi hæreditatem reſidet in filio, & cum illo extinguitur. Ac ita tenent Bart. & alii communiter in l.is qui hæres, §. neque filius, l.is poteſt, ff.de acquir.hæred.quemadmodum teſtatur Iaſo.in d. §. iuſſum. Idem in ſeruo ſtatuas.

Iuxta dicta quæro, monacho, cui delata eſt hære- 31
ditas, decedente ante eius aditionem, nũ monaſterium adire poſſit nomine monachi defuncti? Reſpond. Egregiam hanc nominat quæſtionem Fernand.Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.nu.1.§. 19. Ego difficilem dico, non quidem eam ob cauſam, quia diſputent DD. num ſeruo vel filio comparetur monachus, nam certum eſt, quod neque pater, neque dominus, filio aut ſeruo decedente ante hæreditatis aditionem, hæreditatem adire poſſit, vt probatur hoc de ſeruo ex text.l.cum proponas, C. de hæred.inſtit. de filio in d.l.is qui hæres, §.fin. ff. de acquir.hær. & hoc notatur per omnes in d. l. 1. C. admitti, velut in d.§.19.atteſtatur Ferna. Vaſq. Sed ob eam cauſam difficilis eſt, an nimirum hæreditas, in qua monachus inſtitutus eſt hæres, mediatè vel immediatè deferatur monaſterio. Et quidem ſiue monachus ſerui, ſiue filii conditionem ſuſtineat, atque per monachum mediate hæreditas monaſterio defertur, cum Vaſquio in d.loco, Bart. & aliis legiſtis, quos allegat Fern. Vaſq. veriorem & æquiorem iſtam puto opinionem, quòd monaſteriũ adire non poſſit hæreditatem monacho delatam, necdum aditam ante mortem ipſius.

Sin autem immediatè monaſterio delata intelli- 32
gatur hæreditas, in qua eſt inſtitutus monachus, ſe-

cundum communem Canonistarum opinionem, veluti attestatur Alex. in l.1.ff.de vulg.& pupill.item Corne.conf.88 lib.2.Couar.in c.1. n. 21. de testam. Sed contra hanc est communis legistarum opinio, qui volunt communiter, vel, vt dicam, vnanimiter, quod hæreditas, in qua est institutus monachus, deferatur mediatè per monachum, veluti testatur Socin. in d.l.1.ff de vulgar.& pupill.& hanc puto de iure veriorem. Non attento eo, quod dictum est in §. hæreditas, quæst. 6. nec illo, quod Roman. ea recepta Dd. sententia in d. l. is qui hæres, §. fin. ff.de acquir. hæred. affert, nimirum monachum æquiparari seruo vel filio, prout monasterio vtile est. Nam Romani opinio propriè huc non pertinet, & communis illa, quæ vult contra recepta iura, monasterio deferri hæreditatem, in qua institutus est monachus, vel quæ ad ipsum pertineret lege, immediatè & sic iure quodam singulari, nullo firmo nititur fundamento, vel in iure ciuili, vel canonico. Atque ipsa loquendi ratio, quocunque vertas, illud quod dico, euincit. Monasterium Laurentii succedit Titio, quare? quia institutus est Thomas eius monasterii monachus. Et cur quæso, Titius non instituit monasterium, cum possit, sed monachum? nisi quia mediatè voluit ad monasterium peruenire? nisi quia si Thomas non fuisset monachus Dd. Laurentii, hæredem alium instituisset? atque ad ista omnia velim considerari Nouel. 115. vbi Dd. affirmant, quod nullam aliam ob causam legitima institutionis titulo debeatur relinqui, quàm quia dedecus est & iniquum, filium institutionis honore priuari. Institui igitur honor. & institutus honoratus. Legatur item l. legatum, ff. de legat. 1. l. filiofamilias, ff. de condit.& demonst. l. seruo inuito, ff. ad Trebellia. vbi dicitur, quod pater vel dominus per filium vel seruum debeant acceptare relicta, quamuis ipsis leges deferant. Authent. autem, ingressi, C. de sacrosanct. eccles. quam contra honorem monachis habitum pro monasterio allegant Canonistæ, ego intelligo de rebus acquisitis, non acquirendis. Acquirenda enim nondum possunt dici sua: nam quod meum est, amplius meum fieri vel acquiri nequit, §. 14. Institut. de actionibus.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Hæreditatis aditio confirmat testamentum, & omnia in illo scripta.*

2 *Excipiuntur quædam, quæ etiam non adita hæreditate rata sunt, vt si dolosè omittitur aditio ex testamento, & succeditur ab intestato.*

3 *Item relicta in testamento militari.*

4 *Item cum filius abstinet ab hæreditate, in quo suitas loco immistionis est.*

5 *Excipiuntur quoque relicta ad pias causas.*

6 *Ac denique donatio mortis causa.*

7 *Vt legata debeantur, requiritur aditio ex testamento, ex quibus excipiuntur legata relicta parentibus, vel aliis personis necessariis.*

8 *Num testator cauere possit, vt debeantur omnia sine discrimine legata, etiamsi ex testamento hæreditas non adeatur?*

1 EDVCITVR tertio ex illo fonte (videlicet, quod hæres repræsentet personam defuncti) hoc, vt, hæreditate non adita ex testamento, vires testamentum nullas habeat, cùm nemo sit, qui testatoris personam in relictis præstandis subeat, text. est capitalis in l. si nemo, ff. de reg. iur. cui sunt passim concordantes textus, vt in l. si nemo, ff. de testam. tutel. l. sed & si plures, §. ex asse, ff. de vulg. & pupil. l. eam quã. C. de fideicom. vbi de hac re latissimè agit Ias. Estque communis DD. sententia, vt aditione non tantum confirmetur testamentum, sed omnia, quæ testator voluit, etiã per codicillos ab intestato præstanda, vt patet quoque ex l. si patroni, ff. ad Trebel. l. fin. §. cum igitur, C. de iur. delibe. & hæres videtur consentire in id, quod defunctus voluit, vt ait Natta in conf. 448. nu. 7. testamentúmque testatoris seu defuncti, censetur testamentum hæredis, vt testatur Cagno. in l. hæredem, ff. de reg. iur. Hinc hæredis est officiũ, vt præstet atq; faciat, quę defunctus voluit, quemadmodum in artic. de officio hæredis dicetur.

Declaratur tamen ista communis in illis, in qui- 2
bus habetur hæreditas pro adita, vt est primò omissio causa testamenti, quæ si dolosè facta est, vbi prætor hæreditatem habet aditam & actiones, nihilo secius legatariis contra omittentem pollicetur, l. 1. in princip. ff. si quis omiss. caus. testam. vt ibi tradit gloss. & communiter Doctores, & Bartol. in l. 1. §. fi. ff. de vulgar.

Declaratur secundò in testamento militari, ex 3
quo, licet hæreditas non adeatur, tamen debentur relicta, tex. est in l. miles, §. fin. ff. de testa. milit. veluti quoq; limitat Ias. in d. l. eã quã, vbi ponit duodecim limitationes prioris sententię Dec. & alij plures Dd. quos enumerat Cagno. in d. l. si nemo. ff. de reg. iur.

Tertio declaratur, cùm filius abstinet hæredita-
te, nam tunc propter existentiam suitatis confir- 4
mantur tabulæ pupillares, vt probatur per tex. in l. si filius qui patri, ff. de vulg. & pupill. & de hoc dictũ est in §. suitas, quæst. 8. nu. 2. 3. 4. confirmat item fideicommissum vniuersale relictum etiã extraneo, similiter & tutoris dationem, vt in nu. 5. & 6. seqq. traditum est.

Quarto limitatur in relictis ad pias causas, quæ
debentur etiam hæreditate non adita, & hoc tenet 5
Bart. in l. 1. C. de sacrosanct. eccles. Bald. consil. 287. lib. 4. Roman. consil. 527. Ioan. de Ana. consil. 28. Aretin. consil. 64. Imol. in l. si filius, ff. de pupill. & vulg. Andr. Sicul. consil. 8. Alexan. consil. 4. lib. 2. Dec. l. si nemo. Iason tamen in d. l. eam quam, C. de fideicõmissis, dicit, communem opinionem legistarum & canonistarum esse contra Bartolum, vt quoque allegat Hieronymus Cuchalon ad Decium d. l. si nemo. Et dictum est de hac quæstione in §. legatum, quæstio. 68.

Quinto declaratur illa communis, in donatione 6
mortis causa, quæ etiam ante aditionem est valida, quemadmodum vult glo. in l. filiæ, C. familiæ herciscun. Bartol. in l. mortis causa, ff. de donat. mort. cau. Bald. in l. 1. C. eod. Angel. in l. circa, §. sicuti, ff. ad leg. Falcidiam, & de hac dictum est in §. donatio mortis causa, quæst. 13.

Quæro, vt legata debeantur, an etiam requiratur
aditio? Respon. Hæc quæstio cum suis limitationi- 7
bus resoluta est in §. legatum, quæst. 68.

Quæro item, an testator non cauere possit, vt le- 8
gata debeantur, etiam hæreditate non adita: Respo. Quod sic, atque ita tenet Alexand. in d. l. nemo potest, ff. de leg. 1. quam sequitur cum aliis Decius, in d. l. si nemo subiit, ff. de reg. iur. & dictum est de hac in §. testamentum, quæst. 75.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Hæres præstans legata, an ex sua vel defuncti persona præstet?*

2 *Hæres*

2 *Hæres adeundo quasi cum defuncto contrahit, cuiusque personam assumit, vnde etiam ex defuncti persona legata soluet.*
3 *Hæres creditoribus hæreditariis obligatur ex persona defuncti.*
4 *Legatarij nullam habent actionem contra personam hæredis, ex ipsius contractu cum illis inito, sed ex testamento.*

1 IVxta prædicta quæro: hæres cum præstat legata legatariis, num ex sua vel defuncti persona præstet? Respon l. communis DD. sententia videtur asserere, quod ex sua persona debeat, dum dicit, quod hæres adeundo, cum legatariis quasi contrahat: & hoc probant ex l. ex maleficio, §. hæres, ff. de oblig. & actionib. §. hæres, Institut. de obligation. quæ ex quasi contractu nascuntur, item ex §. si pupillus l. apud Iulianum. ff. quibus ex causis in possess. eatur. & quidem ex illa ratione, quia legatarius neque cum defuncto, neque cum hærede vllum negotium propriè gessisse dicitur, vnde neque ex contractu, neq; ex maleficio hæres obligatus intelligitur.

2 Sed penitius Dd. leges & alios textus, qui possunt pro communi adduci, introspicienti aliud apparebit, nimirum quod hęres ex defuncti persona obligetur legatariis. & non sua, atque hoc per aditionē, qua quasi, hoc est, nō verè, sed fictè cōtrahit cū ipso defūcto, & hoc insuper probo, quia hæres adeūdo, personā defuncti recipit, nō attento vel considerato, nū legatarij vel creditores sint, in d. nouella 48. in princip., quasi autem contractum cum nemine quis celebrare potest, nisi in ipsius personam intendat, cum quo contrahere vult, vt hoc omnium impropriorum contractuum inductione confirmatur vt per negotiorum gestionem, tutelæ administrationem, indebiti solutionem, exhibitionem, qui omnes absque consensu iniri non possunt, consensus autem qualis est ille, si ignoratur persona, cuius negotium geritur? cuius tutela administratur? Deinde probatur hoc ex §. sed neque hæres, Instit. de testam. vbi dicitur, quod totum negotium, quod in testamento geritur, credatur inter testatorem & hæredem agi: quibus iunge, l. his consequenter, §. sed cum monumentum, ff. famil. herciscund. l. 2. in prin. ff. de condict. indeb.

3 Confirmatur quoque hæc opinio ex alis recepta, quemadmodum testatur Fernand. Vasqui. de succes. procreat. §. 17. num. 114. quod hæres cum creditoribus non contrahat, seu obligetur ex sua persona vel quasi contractu, verum ex contractu defuncti, cuius personam hæres in se recepit, & quamuis Bartolus in dict. §. si pupillus, l. apud Iulianum. ff. quibus ex caussis in possess. eatur. Bald. in d. l. his consequenter §. sed et, ff. famil. hercisc. Angel. Areti. in tract. de testibus, Paris. consil. 38. num 30. volum. 2. velint quod quoque hæres cum creditoribus quasi contrahat, verior tamen est communiter recepta opinio, quia creditores non agunt ex testamento, seu quasi contractu cum hærede, sed ex illo contractu, quem celebrarunt cum defuncto, vt hoc manifesto manifestius est.

4 Confirmatur denique illa contra communem opinio, ex hoc argumento & actione, quam mouent legatarij aduersus hæredem, quæ non datur ex aditione, per quam communiter hæres dicitur cum legatariis quasi contraxisse, sed ex testamento, in quo testator donauit quid legatariis, & sic ex obligatione defuncti, quemadmodum creditores ex mutuo vel vendito agerent, & propterea licet valeat aditio à filio facta, & testamentum sit inualidum propter præteritionem filij, legata non debentur, vt scriptum est, in §. legatum, quæst. 67.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Quando hæreditas possit adiri.*
2 *An in vltimo spiritu adiri queat.*
3 *Quanto tempore præscribatur aditio.*
4 *Quid si non speretur rescindi testamentum, quamdiu quis hanc potestatem habeat, vt adiri possit.*
5 *Quid si extraneus hæres propter ignorantiam non adiuerit intra triginta annos?*
6 *An etiam iuri immiscendi præscribatur.*
7 *An filius elapsis 30. annis post alios 30. possit adire, ex capite vnde agnati.*
8 *Num institutus idemque legitimus sinens interlabi intra 30. annos, possit intra alios 30. succedere ab intestato.*

VLtimo quæro, quando hæreditas possit adiri? 1
Respondeo quàmprimum fuit delata, l. is qui superstitis, ff. de acquirend. hæred. l. delata, ff. de ver. signif. Bona enim defuncti statim à morte ipsius dicuntur hæreditaria, quia exspectant hæredem vel alium dominum.

Quæro an etiamnum in vltimo spiritu hæredi- 2
tas possit adiri? Respond. distinguendum est inter suum & extraneum hęredem, hic nequit, ille potest, de hoc textus est in l. conditionibus, ff. de condit. & demonstr. l. Filius à patre, ff. de liber. & post. l. final. cum gloss. ff. quand. dies legat. ced. atque ita tenet Iason in l. Filius matrem, num. 5. ff. de inofficios. testam. & in l. siue apud acta, C. de transact. Socin. senior consil. 154. num. 33. lib. 4. & hanc communem testatur Fernand. Vasquius de succes. procreati. §. 21. num. 144.

Quæro præterea quanto tempore præscribatur 3
aditio? Resp. testamentum si speratur rescindi per querelam inofficiosi, tūc hęreditas debet adiri intra sex menses ab obitu testatoris, cum præsto est hæres in eadem prouincia. quando vero abest, tūc debet adiri intra annale tempus: de hoc textus est in l. scimus, §. fin. C. de inofficios. testam. vbi glos. Barto. & communiter DD. idem tradunt.

Si vero non speratur rescindi per querelam, tum 4
adiri potest vsque ad 30. annos quibus elapsis aditioni omnis via est seclusa, ratio autem est ex generali illa regula, omni iuri perpetuo tēpore præscribitur l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annor. adeūdi facultas vel aditio dicitur ius in l 3. C. de hær. instit. & substit. probatur autē ista opinio ex l. licet. C. de iur. delib. atque eam communem dicūt fermè infiniti DD. ex quibus solum aliquos commemorabo: cōmuniter istam approbant gl. & DD. in d. l. licet, excepto Salicet. cum quo facit Bald. in l. fin. C. de præscript. long. temp. commun. fatentur Alexan. in d. l. licet. item Iason, Mandos. ad Romani consil. 149. cum ipso ibid. Romano. Gozadin. consil. 56. Felin. in c. de quarta, extr. de pręscript. Paris. consil. 48. num. 12. volum. 3. Anton. Gomez. variar. resol. tom. 1. c. 9. num. 27. veram & communem testatur Francisc. Balb. in tracta. de præscript. part. 2. quartę principal. 19. Decian. respons. 54. num. 53. volum. 2. Tobias Nonius consil. 1. num. 51.

Quid si extraneus nō adiuit intra 30. annos pro- 5

pter ignorantiam?Respond.Restitui potest ex clausula generali,si qua mihi iusta causa,hanc comm.dicit Dec.consil.303. Socin.in l.cùm filius,§.in hac,ff. de verborum obligat.

6 Quæro, num etiam iuri immiscendi præscribatur? Respond. Bald.in l.vnic.C. quand. non petent. partes,& alij nonnulli,negant præscribi,quia immiscere sit mera facultas,& non ius,sed contrariũ clarissimè demonstratur ex d. l. licet per gloss. & DD. communiter in d.l.vnica, C.quando non peten.par. & hanc in partem sunt itidem ferè infiniti , qui cõmunem dicant, vt Alexan. & Iason in d.l.licet, Decius in d.l.vnica Gozadin.consil.56.nu.2. Ioan.Durand.de art.testandi cap.9.num. 28. Arius Pinel. in l.1.part.2.num.41.C.de bon.matern. magis comm. testantur Anto.Gomez.d.c.9.num. 28. Gabriel lib. 5.conclus.de præscript.conclus.9.

Quod tamen intellige si velit filius succedere ex 7 eodem capite,scilicet liberorum,secus verò si ex alio aliquo capite inferiore , vnde legitimi vel vnde agnati,nam tunc ex quolibet capite darentur 30.anni ad adeundum successiuè , ita tenet Bald. Angel. Salic. Alex. Iason. & alij DD.in d. l. Licet,eámque commun.dicit Ioan.Dil.Durand.de art.testand.tit. 11.cautel.6.nu.2. veriorem & magis comm.testatur Alex.in cap.89.num.8.volum.2.

Quæro, num institutus sinens præterlabi 30. an- 8 nos ex testamento, intra alios 30.annos possit adire ab intestato?Respond.quod sic,atque ita tenent dd. doctor.in d.l.licet, vbi Alex.eam commun. fatetur, quod tamen intellige si non habuerit cohæredem ille proximior hæres, quemadmodum declarant Bald.in dict.l.licet.Gozadi. consil.56. n.5. & consil. 80.nu.6.



ARTICVLVS

Transmissio.

Adita hæreditate, vel quouis modo acquisita , in hæredem transmittitur omne ius , commodum & incommodum,quod defunctus habuit,hæréſque eius voluntatem approbat,& quasi contrahit hinc hæredis officium,illinc transmissio est,de qua prius,vt ordine docendi priore,vsuque freqnentiore & latiore dicendum nobis est.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

Quid transmissio.

QVANQVAM,nõ nesciam periculosas dici in iure definitiones,l.omnis definitio,ff.de reg.iur. Cum tamen sciam sine illis nihil certi,nisi per longas ambages cognosci,vtpote, cum nihil aliud sint, quàm rerum breues explicationes, & vt Sabinus ait, quasi causarum coniectiones, l.regula, ff. eod. mihi temperare non possum, quin ab initio difficilis & vtilis huius materiei , quæram atque explicem,quid trãsmissio? Quam in genere finio,esse ius, quo omnia defuncti iura in hæredem trãseunt, textus est de hoc in l.hæredem, l.hæreditas, ff. eod. Et hoc propterea,quia defuncti personam assumit,per tex.in prin.Nouell. 48.éstque communis Dd.sententia vtrobique.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Dominium rerum hæreditariarum omnium , statim statim ab ipsa hæreditatis aditione transfertur in hæredem.*

2 *Ideircò hæreditas adita , à principe sine iusta causa auferri non potest.*

3 *Neque naturalis legitimari , vt portionem capiat de hæreditate vel feudo agnito.*

4 *Et stante statuto , ne filia dotata patri succedat , cum fratre in bonis paternis per immistionem acquisitis succedere non prohibetur.*

5 *Idem est in muliere , quæ prohibita est extra territorium sub priuatione successionis paternæ.*

INter iura autem , quæ transmittit defunctus , ex 1 dicta l.hæredem,& l.hæreditas, in suum hæredẽ, præcipua sunt dominium & obligatio. Et quamuis illud regulariter non transferatur , nisi traditione vel vsucapione,l.traditionibus,C.de pact.vbi DD. communiter , in nostra tamen materia cum non sit dominus amplius,qui eas tradere valeat,leges absq; traditione dominiũ in hæredem transire voluerũt, text.est in §.penult. Institut. de hæred.qualit.& differ.l.his verbis,ff.de hæred.instit. l. cum hæres,ff.de acquir.hære.l.si sorori, C.de iur.delib.l.item Mela, §.legis,ff.ad l.Aquil.atque hoc in specie tenẽt Dyn. in c.1.de reg.iur.in 6.Dec.consil.653.num.8.& consil.419.num.11.éstque communis opinio, teste Ioa. Cephal.consil.373.nu.13. vt aditione facta , hæreditas statim confundatur cum hæredis patrimonio,vt dictum est in §.hæreditas,q.2.nu.1.& 2.In filiũ vero absque immistione ipso iure continuatur dominiũ rerum paternarum,l.in suis,ff.de liber.& posthum. vbi communiter DD.idem docent,& dixit S. M.in §.hæreditas,quæst.2.num.6.

Et quia rei quæsitæ dominium , nolenti minimè 2 auferre quis potest,iuxta text.capitalem in l.si prædium,C.de iur.dotium.sequitur quoque,quod neq; princeps sine iusta causa hæreditatem aditam auferre possit, acquisita nãque est, quemadmodũ modo probauimus, & hoc notant communiter DD. in l. Gallus,§.& quid tantum.ff.de lib.& posthu.l.fin.C. si contra ius & vtilit.public.communem dicunt Felin.c.ecclesiarum,num.33.de constit.Bello.consil.n. 2. Viuius commun. opin.verb.princeps.

Ex quò infertur, quod princeps in eorum, qui 3 hæreditatem agnouerunt præiudicium, non pos-

sit etiam

sit etiam legitimare filium naturalē.ita tenent DD. in d. l.Gallus.& §.& quid si tantum. Eámque communem testantur Crotus consil. 174. nu. 15. Alciat. respons.201. Soarez commun.opin. ver.legitimatio. quamuis princeps aliàs, si hereditas à remotioribus nondum est adita, ex communi omnium DD. opinione, vt asserit Bursa.consi.76.num 36. filium spurium legitimare possit, qui hæreditatem à remotioribus auocet.

4 Infertur quoque ex eo, (quod hæreditas adita fiat patrimonium hæredis) vt fœmina, si dotata per statutum excluditur à successione paterna, & frater agnouerit ipsam, possit fratri succedēdo etiam bona paterna acquirere, sic consuluerunt Ludouic.Rom. consil.13.& Angel.consil.122.Pet. Anchoran.consil. 281. idémque docuit Iason in l. venia. C. de in ius vocand.& de hac atque quæst.sequenti dixit S.M.in §.hæreditas, quæst.2.

5 Infertur itidem stante statuto, quod mulier non possit nubere cum hæreditate extra territorium, vt hæreditate adita hoc quœat, ita docuerunt Petr. de Anchor.in rep.c.canonum statuta, extra de constit. Bal.in l.matre, C.de suis & legit. Raph. Cum.& Ludouic. Roma in l.hæres seruum, ff.de acquir.hæred. Alex.consil.151.num.4.lib.2.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *An quoque possessio in hæredem transmittatur.*
2 *Num statuto hoc non possit induci.*
3 *Possessione in hæredem ex statuto translata, nunquid detur interdictum recuperandæ possess.*
4 *Singulæ res hæreditariæ an sint apprehendendæ.*

1 QVæro, iuxta dicta, an vt dominium, ita possessio ab agnita hæreditate in heredem transeat? Respondeo: communis Doctorum est sententia, quemadmodum videre licet apud Andr. Gail. obseruat.129. quod aditione hæreditatis non acquiratur possessio, sed apprehendenda sit, suámque intētionem probare conantur plerunque per l.cum hæredes, ff. de acquir.possess. quam ad omnes extendūt hæredes etiam filios. Sed quod pace tantorum & tot virorum dicere licet, ille tex. loquitur de institutis, vt expresse verba sonant, non de suis hæredibus, quamobrem non malè in contrariam secessit partem Accurs.in l.in suis §.sui. ff de liber.& posthum. idem tenent alij, velut testatur Bartol. in l.miles, ff. ex quibus caussis maior.& gloss.in §.sui, Institut.de hæred. qualit. & differen. à qua opin.non omnino possunt dissentire Alexand.& Iason.qui intelligunt de possessione ficta, seu impropria. Facit deinde pro Accurs. communis DD. sentētia, quæ vult per auth. ingressi, C. de Sacros. eccles. quod monachus ipso ingressu transferat possessionem rerum suarum in monasterium, quod filij loco ex communi habetur, quare etiam pater per ingressum in patriam potestatem, in filium transferet cum dominio possessionem. Accursij doctrinam tertio firmat firmissima ratio, quia suus hæres non potest vsucapere pro hærede, l.2.ff.pro hæred. l.2.C.eod. quia ante possidet iure suitatis, non iure eo, quo vt hæres alius possessionē adeptus est, vnde possessionis causam priorem non potest sibi filius mutare, tāquam alius hæres, patre mortuo, l.3.§.illud. ff. de acquir. poss. quibus addo quartam rationem, quæ Baldi est, quāque refert Menoch. de adipiscend. possess. remed.4.nu. 78. quia filius ab intestato succedens, non potest petere se mitti in possess. rerum hæreditariarum, quia ante continuatiuè habet, §. sui, Institut. de hæred. qual.

2 Sed quæro, posita atque seruata opinione communi, num statuto induci possit, vt hæreditate adita cum dominio etiam possessio in hæredem transeat? Respond. quod sic, atque ita tenent Paul. Castrensis & Alexan. in l.si quis sorori, C. de iur. delib. eámque opi.de communi testatur Tiraqu. in tracta. le mort saisit le vif. declarat 6.& notantur plures casus, quibus absque apprehensione transfertur possessio, per DD. in l. clauibus, ff. de contrahen. empt. per gloss.& Panormit. in c.2. de consuetud.

3 Sed, possessione sic ex statuto translata num detur interdictum recuperandæ possessionis, quæritur? Respond. variant in hoc articulo DD. quorum multos commemorat in vtranque partem, Anton. Gabriel. conclus. comm. titul. de acquir. vel amitt. possess. conclus. 8. plures recenset Tiraquel. d. tract. le mort saisit le vif. part.6. declar.4. sed communior est negatiua, vt testatur Alexand. in d. l. in suis. Ripa in l.1. num.37. ff. de acquir. possess. Parisi. consil.101. num.159. lib.1. Tiraquell. tamen inclinat in contrariam, quam obseruari dicit consuetudine Franciæ. Quoad remedium retinendæ, conueniunt omnes DD. teste eod. Tiraquell. eod. tractat. declarat. 1. similiter in remedio, l. fin. C. de edict. d. Hadr. tollen. quia id non solum pro adipiscenda, sed etiam confirmanda possessione datur, quemadmodum ibid. Tiraquel. declarat.2. num. 8. multorum confirmat authoritate.

4 Communis est DD. opinio, quod ille, qui agnoscit vnam rem hæreditariam, omnium simul rerum dominium acquisiuisse censeatur. Sed an etiam vna re hæreditaria apprehensa, cæterarum possessionem apprehenderit, quæro? Respond. affirmatiuam tenuerunt veteres, & antiqui DD. & in docendo & iudicando, vt testatur Andr. de Isern. in c. 1. quid sit inuestitur. sed eam improbat cum omnibus interpretibus in l. 3. ff. de acquir. hæred. & hoc probant per §. veteres in l. 1. ff. eod.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIVM.

Quibus remediis possessio petatur, & quomodo illa inter se differant, generaliter docetur.

1 AD possessionem autem rerum hæreditariarū adipiscendam, prodita sunt à iure quatuor remedia, petitio hæreditatis, interdictum quorum bonor. quorum legatorum & remedium l.fin C.de edict. d.Hadr.tollen. hoc postremum saltem scriptis competit hæredibus, atque est omnium celerrimū, nam quamprimum ostenderit hæres testamentum scriptum non cancellatum, neque abolitum, neque ex vlla suæ formæ parte vitiatum, statim mittitur in possessionem omnium rerum, quas defunctus tenuit, absque vlla alia probatione, neque attenditur vllius exceptio vel contradictio, nisi incontinenti paratus sit cōtradictor eam docere, reliqua tria dantur hæredi tam non scripto, quàm in testamento instituto. Petitio hæreditatis quidem & interdictū quorum bonorum, conceditur aduersus eum, qui pro hærede vel pro possessore, & sic titulo inualido, ad dominij translationem possidet, interdicto tamen vtilius est agere, quàm petitione hære-

ditatis, quia in illo non tam exactæ requirantur probationes, nec exceptio dominij obiici potest l. fin. C. quorum bon. item quia à sententia possessionis non appellatur l. vnica, C. si à momen. posses. In hac vero hæres debet se probare hæredem, petitque se hæredem declarari & per consequentiam possessionem restitui, qua de caussa communiter DD. petitionem proprietatis, non possessionis volunt esse, verum illi non attendunt, quòd non solum res defuncti propriæ, sed omnes, quæ quocunque modo mortis tempore apud defunctum fuere, hac actione petantur, & quod dominiũ rerum hæreditariarum statim ab aditionis die in hæredem transeat, qua de caussa verius puto, hæredem illa actione petere, vt sententia cõfirmetur dominus aduersus eũ, qui non est dominus (contra titulo enim possidentem ad dominij translationem valido non datur) & possessio sibi restituatur. Sed hæc singula per partes explicantes communibus stabilimus opinionibus & sententiis.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Petitio hereditatis sitne actio realis vel personalis.*
2 *Petitio hereditatis qualis actio, num stricti iuris vel bonæ fidei.*
3 *Cui competit hereditatis petitio?*
4 *Num emptori hereditas detur.*
5 *Fideicommissario an detur.*
6 *Numquid detur succedenti de iure prætorio.*
7 *Agens petitione hereditatis an exprimere debeat quo iure succedat.*
8 *Quomodo probatur filiatio?*
9 *Quomodo consanguinitas?*

1 CVm hæreditatis petitio insignis sit actio, adeo vt centum viralia dicatur, à iudicio centum virali, cuius fit mentio in l. fin. C. de petit. hæred. de ea visum est prius agere, & quærere, qualis sit actio, realis vel personalis? Respond. Dinus in §. quædam actiones institut. de action. mixtã dicit ex personali & reali, quia oritur ex quasi contractu, quẽ creditur hæres inire cum defuncto per aditionem, l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de obligat. & act. oritur item ex iure, quod defunctus in rebus suis habuit, l. omnium, C. de testament. hinc realem, illinc personalem sapit actionem. Cum Dyno faciunt Nicol. de Neapol. in §. item Seruiana, Instit. de action. Bald. in l. sed si lege, §. petitio, ff. de petit. hæred. Castrens. & Alexa. in rubric. ff. si certum petat. Schneide. in §. actionum. institution. de action.

Sed quod sit realis, ex eo quia quæstionem mox dissoluendam mouit, tenet Bartol. in 25. §. 18. ff. de petit. hæred. Salic. Iason cum modernis in §. quædã instit. de action. Aretin. in §. sed istæ, instit. eod. vbi hanc commu. dicit Marant. part. 4. dist. 3. n. 8. eã magis communem fatetur in tract. de ordin. iud. nec obstat, licet habeat quasdã præstationes personales.

2 Petitio hæreditatis cum realis actio dicitur, erit stricti iuris? omnis namque realis actio stricti iuris est, secundum commun. omnium opinionem. Respond. Licet hoc regulariter obtineat, tamen aliud constitutum est in petitione hæreditatis, per l. fin. C. de petit. hæred. vbi gloss. & communiter Dd. Itẽ in §. actionum, Instit. de actionibus. omnes hoc tenent. etiamsi dubitent de fideicommiss. hæreditatis petitione, item in particulari hæreditatis petitione, sed receptior est opinio, quod idẽ in omnibus statuatur, & à ciuili extendatur ad prætoriam quoque, vt testatur Aldobran. in dict. §. sed istæ, quanquam Iason & alij in dict. §. actionum, in posterioribus negent.

3 Quæro, petitio hæreditatis cui competat? Respond. Omnibus, qui vel ex testamento, quod iure factum est, vel ab intestato, vel statuto, vel quouis alio modo, siue per se, siue per alios hæreditarium ius habent, siue ex parte seu ex asse hæredes scripti fuerint, de quibus sunt textus in l. 1. 2. 3. ff. de hæredi. petit. & titu. ff. si pars hæred. petat. vbi communiter cum gloss. doctores vtrobique idem docent.

4 Quæro, an fideicommissario hæc actio detur? Respondeo quod sic, textus imo titulus est in ff. de hac re integer, vbi gloss. & Dd. communiter omnes idem affirmant: cum hac tamen cautela, vt aduersus restituentem non competat, iuxta l. 2. ff. de fideicommissaria hæreditatis petitione, & vnanimem DD. consensum.

5 Sed nunquid detur etiam succedenti ex iure prętorio? Respond. & hoc singulari cauetur titulo, ff. de possessoria hæreditatis petitione, per quam bonorum possessor tantundem consequitur, quantum ciuilibus actionibus hæres potest consequi, secũdum textum in l. 1. ff. eod. titul. vbi gloss. Bart. & alij communiter DD.

6 Quæro, an etiam emptori hæreditatis detur? Respond. quod detur mercanti hæreditatem à fisco, vel à priuato, contra possessores rerum hæreditariarum, sed contra venditorem, qui actione ex empto conueniendus erit, non conceditur, textus est in l. ei qui, ff. de hæred. petit. l. emptor. C. de act. vel hæred. vend. & vtrobique gloss. & Dd. communiter teste Achill. Persona. in tract. de hęred. petit. nu. 525.

7 Quæro, an agens petitione hæreditatis teneatur exprimere, an sit hæres ex testamento, vel ab intestato? Respond. quod teneatur seruant multi, vt testatur Iason in §. actionum Instit. de action. nu. 181. inter quos est Martin. de Fano & Nicol. de Mara, & Bald. sed contrarium seruat Bartolus in l. defensor. §. illud. ff. de interrog. actio. & est textus optimus in d. §. illud. idem tenet Bartol. in l. veluti, ff. de hęred. petit. vbi dicit quod libellus sustineatur, licet non expressum fuerit illud, sed si pars aduersa hoc petat, tunc exprimere debet actor, quia petitio hæreditatis est in rem & vniuersalis, cum Bartol. faciũt Specul. in titul. de actore, §. 1. ver. Item qui se dicit, Guid. de Suza. in l. 1. ff. de edend. Bald. sibi contrarius in l. edita, C. eod. vbi format libellum petitionis hæred. Hostiens. Ioan. Andr. & alij DD. in c. 2. de lib. obl. glos. & DD. in l. fin. C. de annal. except. vt testatur Vantius de nullit. in titul. de nullitate ex processus defectu, & communiter concludunt DD. quod is libellus sustineatur, in quo quis petit hæreditatem Titij, tanquam hæres eius, cum sit hæres hæredis Titij.

8 Sed qui ex testamento dicit se hæredem, debet ostendere testamentum non vitiosum, nec cancellatum, vt dixi infra quæst. 13. si ab intestato, debet exprimere & probare se proximum cognatum, vel filium, vtriusque autem probatio quoniam difficilis, l. Lucius, ff. de condit. & demonstrat. l. Filium, ff. de iis, qui sunt sui vel alien. Quęro primo quomodo probetur Filiatio? Respond. quod per testes probetur, nemini puto fieri dubium, quod etiam per indicia & coniecturas tenet gl. in l. 1. ff. de probat. glo. in d. l. Lucius practicam probãdi ponit Bart. in l. filium, ff. de his qui sui, debet autem illę probationes

ad aliquam harum trium partium tendere, cum secundum commun. teste Viuio com. opi. opi. 124. & quidem 1. Quod Titius est filius Sempronij natus ex eo & Berta, 2. quod ipsi tractarunt eum vt filiũ. 3. quod secundum vulgi opinionem reputetur filius eorum. De primo non est dubium, quod illo probato, nulla amplius requiratur probatio. Et quod sola communis opinio vel fama sufficiat ad probandũ quem filium, tenet Ant. de Butr. in c. transmissæ qui filij sint legiti. Alexand. consil. 88. volum. 7 & consi. 90. volu. 1. Decius consil. 54. & consil. 272. quia secũdum Alexan. in d. l. consilio 88. in hisque sunt difficilis probationis, sufficit fama, quæ hic etiam esse potest, non tantum de prima, verumetiam de secũda parte, quod nimirum sit tractatus vt filius, & nominatus, & per hoc quasi possessio filiationis cõstituitur, absque alia comuni opinione, adeo quod talis probatio est sufficiens ad petendam hæreditatem principaliter, teste Gozadin. in consil. 13. nu. 34. De tractatu, quod illo solo quis probetur filius absque nominatione, tenent communiter Doctores in l. quidam quasi, ff. de probat. glo. & Dd. in d. c. transmissæ, vt testatur Pet. Duen. in reg. iur. vtriusq; ver. filiatio. Nominatio autem sola non constituit quẽ in quasi possessione filiationis, nisi concurrant alia adminicula, vt tenet glo. in l. in epistolis, C. de probat. communiter approbata, & Dec. in c. per tuas, eod. qui hanc dicit communem.

9 Quæro, consanguinitas quomodo probetur ad obtinendam hæreditatem? Resp. in hoc variãt Dd. nonnullis existimantibus, quod probari debeat per graduum distinctionem, qua in sententia est Petr. Anch. consil. 52. col. 2. Dec. consil. 321. Andr. Tiraqu. in tract. de vtroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 16. nu. 1. & §. 11. gloss. 1. num. 9. Ant. Gabriel. Roma. in tract. reg. lib. 1. tit. de proba. conclus. 6. num. 24. Masuer. in sua pract. in tit. de probat. num. 34. cum seqq. Alcia. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 28. num. 7. facit text. in c. licet ex quadam, & ibi Panorm. & Dd. extra de testib.

Sed quod pro consequenda hæreditate intestati, tam in iudicio petitorio, quàm possessorio, item siue quis actor sit, siue reus, sufficit probare quasi possessionem consanguinitatis & proximitatis, nempe quod quis à defuncto habitus, tractatus, & nominatus sit pro agnato, siue hærede proximiore, prout tradit Castrens. consil. 151. col. 2. lib. 1. Crauetta consi. 249. nu. 2. & 3. Mandell. consil. 83. num. 21. 22. Bursat. consil. 98. num. 3. & seqq. Anton. Rub. repet. l. Gallus, §. quidam rectè. nu. 89. ff. de liber. & posthum. in quibus locis præallegati DD. partim communem, partim magis communem dicunt, contra Pet. Anch. consil. 52. Dec. consil. 321. qui quasi possessionem solum filiationis volunt esse, & contra Pet. de Bellapert. Cyn. Alber. de Rosat. Rapha. Fulgos. Castrens. in l. non epistolis, C. de probat. Felin. d. c. per tuas, qui tantum filiationis & fraternitatis concedũt quasi possessionem, ac contra Masuer. in practic. tit. de probat. num. 33. Tiraqu. in tract. de vtroque retract. part. 1. §. 1. glo. 16. n. 9. & alios, qui hoc procedere affirmant in fraternitatis & cognationis quasi possessione, quoad excludendum fiscum, quemadmodum & Petr. de Bellapert. Cyn. Alberi. de Rosat. Rapha. Fulgos. & Castrens. in d. l. in epistolis, fraternitatis quasi possessionem accipiunt.

Sed prædicta magis communis conclusio non solum recipienda est, sed etiam per Doctores dictos eo extenditur, vt non sit necesse vltra tractatum & nominationem, graduum consanguinitatis siue proximitatis articulare & probare, velut expressè tradit Anton. Rub. in repe. d. l. Gallus, §. quidam rectè. Idem quoque tenet Mandell. consil. 83. num. 23. vbi attestatur hanc opinionem amplecti omnes DD. cui sententiæ subscribit Crauet. consil. 249. nu. 2. & 3. qui ibi eam magis communem fatetur. Et hoc vsque adeo verum est, vt locum habeat, etiamsi is, qui se hæredem proximiorem ab intestato alterius esse prætendit, duos articulos fecerit, vnum de veritate per distinctionem graduum, alterum de nominatione, tractatione, vel communi opinione seu fama, si ex illis posteriorem saltem probauerit. Bartolus & Doctores in dicta l. in epistolis, & in l. sequent. inquit hoc probato, scilicet quasi possessione, satis censetur probatum pro te, donec contrarium probetur, quod quoque est verum, si ex deductis in posteriori articulo vnum tantum, nominationem nempe, tractatum vel communem opinionem seu famam probauerit. Dec. consil. 54. & consil. 162. numer. 5. Cardin. Paris. consil. 20. numer. 72. lib. 2. Fernand. Vasqu. quæst. illustrium. cap. 85. num. 20. Menoch. in tractat. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 89. numer. 96. communem dicunt Viuius in tractat. communium opinionum libr. 2. opinion. 124. Crauett. consil. 249. num. 3. Bursat. consil. 98. num. 4. qui insuper ex magis communi probat, quod non sit necesse, in petenda hæreditate probare se proximiorem, qui ex communi talis præsumitur, donec contrarium doceatur.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA

1 *Contra quem detur petitio hæreditatis.*
2 *Cur non detur contra titulo possidentem.*
3 *Quis dicatur pro hærede possidere.*
4 *Quis pro possessore.*
5 *Quid si dolo desiit possidere.*
6 *Num ille conueniri possit, qui bona fide ab eo accepit rem hæreditariam, qui sine dolo desiit possidere.*
7 *An reus in hoc iudicio teneatur edere titulum possessionis suæ.*
8 *Pendente hoc iudicio quem legatarij conuenient.*

QVæro nunc, contra quem petitio hæreditatis 1
detur? Respond. contra omnem, qui pro hærede, vel pro possessore possidet, text. est in l. 4. l. regulariter. l. sequ. l. pro hærede, l. quod si. ff. de petit. hæred. l. 5. l. 7. l. cogi, C. eod. & vtrobique gloss. cum DD. communiter. Ioann. de Blanas. verum Ioan. de Pla. verissimum dicit, vt testatur Benine. in §. actionum. Instit. de action. 66.

Communis est Dd. sententia, quod hæc actio non 2
detur aduersus possidentẽ titulo, vt attestatur Zuchard. in l. fin. C. de edict. Hadr. toll. sed cur hoc non fiat quæro? Respond. in petitione hæreditatis actor solum prætendit titulum, aduersarius autem qui titulum habet, etiam possidet, vnde actore reus potior merito ab illo securus esse debet & hanc rationem tradit Bartolus in l. hæreditatem, C. in quibus caussis cessat long. temp. 1. quæ à DD. communiter approbatur, vt testatur Iason in dict. §. actionum, num. 159. & Benincas. ibid. num. 665. communem dicit Alexand. consil. 85. num. 7. volu. 2. ex quo sequitur, si actor probaret, se etiam dominum vel defunctum, & sic non hæreditatis petitione cumularet rei vendicationem (quod facere potest

secundum gloss. in l. edita, C. de edend. & Dyn. in c. nullus. de regu. iur. in 6. quòd posset hanc actionem intendere aduersus titulo possidētem, vt tradit Castrens. in l. 2. C. de petit. hæred. quem alij sequuntur. Idem est in illo, qui inualido titulo & ad translationem dominij rem accepit. Nam talis titulus nō absimilis est illi, pro hærede, vel pro possessore, vt docet gloss. d. l. hæreditatem. C. in quibus causis cessat long. temp. præscri. Ioan. de Prato in l. fi. C. de edict. D. Hadr. tollen. l. nec vllam. §. omnibus, ff. de pet. hæred. vbi gloss. Bartol. & commu. Dd. nec vllo modo distinguendum puto, siue ille titulus sit quęsitus ante vel post mortem defuncti, prout discernit Bal. in d. l. fin. cuius opin. reprobat Alex. & Iason, & communem doctorum sententiam ibid. dicit contra Baldum esse Zuccbard.

3 Pro hærede autem possidet, qui putat se hæredē, l. pro hærede, ff. de hæred. petit. vbi glo. & commun. Dd. idem tenet Angel. & Sichneid. in d. §. actionum. Sichard. l. 1. C. de inoffic. testam.

4 Similiter & pro possessore possidet, qui nullum alium tituliū allegare potest, quàm quod possideat, ideóque fur & raptor petitione hæreditatis conueniri possunt, d. l. pro hærede & sequentibus. Omnib. enim titulus hic pro possessore hæret & quasi infūctus est, siue qui pro emptore, siue, qui pro donato, siue qui pro dote possidet, & hoc ex cōmuni probat Achilles Personalis de peti. hære. num. 724. & 725.

5 Sed quid si dolo desiit possidere? Respon. qui dolo desiit possidere, pro possidente damnatur, quia dolus pro possessione est, l. qui dolo, ff. de reg. iur. & de proposita quæstione in specie textus est in l. 20. §. 6. ff. de petit. hæred. & l. nec vllam, §. item si quis, ff. eod. vbi glo. & communiter Dd.

6 Quæro an ille etiam hac actione conueniri possit, qui bona fide à possidente pro hærede comparauit? Respōdeo: communem dicimus opi. quòd contra titulo possidentem non detur hæc actio, sed rei vindicatio, si quis tamen emit hæreditatem non rem singularem à possidente, pro possessore vel hærede iniusto pretio. hac actione cōtra illum agi potest, item si venditor non comparet, ita tenet gloss. in lege prima & secunda, C. de petit. hæredit. quam sequitur ibi Bartolus, & alij communiter Dd. textus est cum gloss. in l. etiam, in §. quid si quis. ff. eod. est item glo. in d. l. hæreditatem, ac hoc casu vtili conuenietur hæreditatis petitione, vt & in alijs quatuor casibus, quos recenset gloss. in d. l. hæreditatem, & probant frequentiori calculo Doctores, dum faciunt aliam hæreditatis petitionem vtilem, aliam directam.

7 Cogi ab eo qui expetit possessorem, titulum suæ possessionis dicere inciuile est, secundum Imperatores Arcad. & Honor in l. cogi. C. de petit. hæred. num idem in hac actione obtineat quæro? Respon. hoc negant iidem Impp. ibid. quos sequitur glo. & communiter Dd. Idem omnes tenent Canonistæ in c. 2. extra de libel. oblat. vt testatur Iason. in dict. §. actionum. cum quibus faciunt Innoc. & alij in c. si diligenti extra de præscript. Atque hoc seru Camera imperij obtinuisse asserit Zas. in dict. §. actionum. Aliàs communis est opinio, attestante Bald. in dict. l. cogi, quod interrogationes in iudicio non valeant.

8 Quæro, pendente lite per petitionem hæreditatis, quem interim legatarij & creditores conuenient? Respond. legatarij agunt, nisi malint expectare litis euentum, contra hæredem scriptum, & consequuntur legata, præstita cautione de restituendis si succumbant, creditores verò aduersus vtrum velint, possessorem vel petitorem absque cautione, & si ab hoc petierint, atque ita succubuerit, repetet petitor à possessore hæreditatis, ille vero quod soluit, in restitutione hæreditatis deducit, de quibus textus est in l. fin. C. de hæred. petit. iuncta glo. & Bart. cum alijs ibid. Dd. item Bar. & Dd. communiter in l. quod si possessor, ff. eod.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Quæ res petantur hac actione.*
2 *Num seruitutes?*
3 *An feuda?*
4 *Nunquid actiones?*
5 *An sit necesse specificare res, quæ petuntur.*
6 *Fructus an veniant restituendi.*
7 *Quid de impensis?*
8 *Quomodo sit formandus libellus.*

QVæro præterea, quæ res petantur hac actione? Respond. omnes res, quæ mortis tempore in bonis defuncti fuerint, siue propriæ, siue commodatæ, vel depositæ, aut alio modo apud eum extiterint, etiamsi minimæ sint, de quibus apertè loquuntur iura in l. quod si possessor. l. & non tantum. l. item veniunt, ff. de hære. petit. & vtrobique glo. & Dd. communiter. Et in tali iudicio intelliguntur etiā ea, quæ post libellum productū cæpta sunt possideri per reum, atque hanc magis communē attestatur Alex. in l. 1. n. 18. ff. de edendo, etiam post litē contestatam per l. si hæreditatem, ff. de petit. hæred. Bart. & Dd. ibid. Imo & sententiæ tempore, vt cōtra Alex. in l. edita & Iason ibi. C. de edend. Felin. in c. 2. de libel. oblat firmant Butr. Barb. & Imol. in d. c. 2. de libel. oblat. Fulgos. Rimin. Aretin. & Soci. in d. l. edita, & hanc veriorem & receptiorem sententiā arbitratur Didac. Couar. lib. practic. quæ. c. 12. num. 6. 1

Sed an seruitutes petitione hæreditatis veniant quæro? Resp. quod nō, quia in illis restitui nihil potest, & propriæ actiones pro illis competūt, vt probat tex. in d. l. & non tantum, ff. de hære. pet. vbi gl. Bart. & Dd. communiter idem dicunt, velut testatur Iason in d. §. actionum, Instit. de action. 2

Nunquid feuda & emphyteusia hac actione petantur quæro? Respōdeo: controuersus est hic artic. quod nō veniat feudū in petitione hęreditatis, ait veritatem Alb. ad Bart. l. 20. §. nunc videamus. ff. de petit. hær. nisi id expresse ex inuestitura colligatur: Bald. tenet contrarium in c. 1. de feud. success. Sed tu nota duos casus: Feudum est hæreditarium, vel non hæreditarium: priore casu venit in petitionem hæreditatis, vt sentit Bart. & Angel. in d. §. nunc videamus, eámque veriorem dicit Iason in preludiis feu. col. 14. comm. testatur Alex. in consil. 19. volum. 6. Dec. consil. 424. nu. 11. Didac. Couar. variar. resolut. lib. 3. c. 18. num. 4. 3

Si vero non est hæreditarium, puto ex pacto & prouidentia, datum scilicet pro se & liberis, tunc non venit in hac actione, ita sentiunt DD. in d. locis, eámque commun. etiam profitetur Didac. Couarr. d. c. 18. num. 4. nisi in casu quo filius sine paterna allodiali hæreditate non potest habere, tunc ego hac actione petendum censeo, quia eo respectu hęreditarium dici potest, vt patet ex quæst. 11. articul. omissio hæredit.

Quæro an actiones etiam hac actione veniant? 4

Respon-

Respondeo; quod sic, dixi mua enim omnes res, siue corporales, siue incorporales, etiam minimas, venire in hæreditatis petitione per l.16.l.19.& 20.ff.de petit.hæred. quare de hoc non est dubium, propter expressum textum in d.l.20.§.prædiximus, & in illo DD. cum gloss. ibid. conueniunt, quod actiones veniant secundum suam naturam primæuam, non accidentalem qua auctæ sunt vt l.Aquiliæ &c. Nec istud à iure absonũ puto, quod Beatncasius in dict. §.Actionum, num.629.affert, vt petitio hæreditatis, quæ extra controuersiam bonæ fidei est, actionem stricti iuris si petat, eius naturam sapiat: quia simile est in stipulatione dotis, iuxta commun. in §. fuerat instit.de action.

5 Quæro num sit necesse in libello petitionis hæreditatis specificare res singulas? Respondeo; quod non necesse habeat actor omnes res in libello exprimere, per l.sed etsi possessori, §.cum de hæreditate, ff.de iureiur.l.4.& l. si quo tempore, ff. de petit. hæred. gloss. & Bartol.in l.1.ff. de edend. cam communem asserunt Iason in d. §. actionum, num. 192. Felin.c. significantib.nu.11.de lib.oblat.& illud plus semel dicit se habuisse in practica Zasius in dicto §. actionum, numer.77.

6 De fructibus itẽ quæro, an illi veniant restituendi? Respondeo, quod ita, quia iudicium vniuersale est, & fructus hæreditatem augent l.item veniunt, §. item non solum, ff. de petit.hæred. vbi gloss. Bartol. & communiter DD. quod procedit, etiam si non sit facta mentio fructuum in libello, vt tradit glossa Bart.& Bald. in l.si post motam, C. de hæred. petit. cum quibus transeunt recentiores omnes.

7 Sed quid si reus quid impendit in res hæreditarias, an illud detrahere possit? Respond. possessor est bonæ vel malæ fidei, necessarias hic deducit vterque, text. est in l. quod si sumptum, ff. de petit. hæred. vt docet quoque ibid. Bartol. cum gloss. quã sequuntur communiter DD. paucissimis exceptis, quemadmodum & vtiles: cum hoc tamen discrimine, vt malæ fidei possessor officio iudicis, non iure actionis illas petat, nec aliter quàm si res adhuc inde melior sit, & nunquam doli exceptione vtatur. Textus est cum glossa in l.planè, ff. eod. secus est in bonæ fidei possessore, qui voluptuarias etiam detrahit, cum doli exceptione, non autem sic malæ fidei possessor nisi sine detrimento ipsius rei tolli possint, de istis textus est & gloss. in leg. vtiles ff. eodem quod quoque Doctores communiter in hoc casu seruant.

8 Ex dictis puto iã constare, quomodo sit formandus libellus, nimirum: peto me declarari hæredem & hæreditatem ad me pertinere, vt hoc ex communi DD. sententia tradit Iason in d.§.actionum, num. 214. vbi plurimos recenset, apud quos forma illa inueniri possit, quibus adde Alexandr. in l. qua quisque, ff.de edend.num.20. monet etiam ne decipiaris cum illis qui volunt, restitutionem rerum hæreditariarum fieri iure actionis huius, quos partim cõmemorat Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de possess. acquirend.n.48. partim Alban. ad Bartol. in l. licet minimam, ff. de petit. hæredit. vbi Bartolus docet, quod restitutio, ex vi textus illius, fiat officio iudicis, quam opinionem communiorẽ affirmat Alexand. in dict. §. nihil commune, numer. 48. de communi quoque testatur Iason in dicta l. edita, C.de edendo, num.12.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *Interdictum quorum bonorum. quale remedium.*
2 *Num sit quoque bonæ fidei, vt petitio hæreditatis.*
3 *Cui detur.*
4 *An conceditur etiam succedenti de iure ciuili.*
5 *Agens hoc interdicto, num probare debeat quo iure succedat.*

1 SEQVITVR alterum possessionis adipiscendæ remedium, pro illo, cui quorum bonorum possessio data est à prætore, l. 1. ff. quorum bonorum, ideoque ex communi DD. sententia illi non dabitur, qui antea res hæreditarias possidet: & pro communi textus est in §. adipiscendæ instit. de interdict. gloss. in c.2. de confessis, in 6. rationem addit Alexand. in l. naturaliter, §. nihil commune. ff. de acquir. possess. num.2. quia res hæreditaria semel apprehensa, desinit esse hæreditaria, generaliorem reddit Menoch. de adipiscend. posses. remed. 1. nu. 29. quoniam adipisci inquit ille, est consequi quod nunquam habuimus l.2. §. adipiscendæ, ff. de interdict. quod si vero quis adeptus est possessionem rei hæreditariæ, non vt hæres, hoc est ante hæreditatem, quo minus ex hoc interdicto agat non prohibetur. arg. l. delictis, ff. de noxalibus, l.1. C. de edict. D.Hadr. tollend. ita notat Matthes. not.74. vt post Alexand. ad Bart. in l. hæreditatem, C. quorum bonorum. Menoch. d. remedio.1. num. eod.

2 Constat ex quæst. 5. supra, quòd petitio hæreditatis sit actio bonæ fidei, quæro num etiam hoc interdictum, quod per omnia ferè conuenit cum illa, sit bonæ fidei, nam & hoc & illa inter reales numerantur communiter actiones? Respondeo: manifestum est ex l. vtique, & sequenti ff. de rei vendic. & l. videamus ff. de vsur. & omnium interpretum, consensu confirmatum, quod actiones reales sint stricti iuris omnes, nisi quæ peculiari lege aliqua vel constitutione sint exemptæ, vt videre est apud DD. in §. actio. Instit. de act. cum itaque hoc interdictum cum sequẽti non appareat exceptum, & tamen realis actio, nullum quoque dubium erit, quin stricti iuris sit, neque obstabit, quod non nisi triginta annorum præscriptione tollatur, secundum Bart. in l.1.ff. quorum bon. Crauet. consil.277. & receptam DD. opinionem, vt asserit Menoch. d. remed.1. num.10 ? sicut & hæreditatis petitio, l. hæreditatis, C. de petit. hæred. vbi textus nominat hæreditatis petitionem, propter vsucapionem, mixtam actionem, quia mixtas hoc in puncto imitatur: Et reales iuxta communem non nisi viginti præscribãtur annis. Causæ autem huius ratio vna à DD. assignatur, vt testatur Francisc. Balb. de præscript. part. 4. princ. 4. quæst. 16. quoniam petitio hæreditatis (vt & interdictum hoc, quemadmodum dicetur quæst. seq.) non datur contra titulo possidentem, vt plenè not. gloss. & DD. teste eod. in l. fin. C. de edict. D.Hadr. toll. qui vero sine titulo possidet, præscriptionem non absoluit nisi triginta annis, vt habet communis iuris ciuilis interpretum sententia attestante Mynsing. cent.1. obseruat. 30. hinc fit, vt non nisi post triginta annos petiturus hæreditatem, hoc interdicto & remedio prætorio, vel actione ciuili repellatur. Manebit itaque vtraque actio realis, & hæc quorum bonorum, etiam stricti iuris, cum peculiariter non sit exempta.

3 Quæro, interdictum quorum bonorum, cui detur? Resp. Datur sine contradictione illi, cui ex edicto bonorum possessio est data, vt textus loquitur in l.1.ff. quorum bonor. Secundum receptiorem etiam ei, qui ex decreto prætoris bonorum possessionem agnouit, à qua tamen Bald. in l. 1. C. eod. Zuc-

chard.ad rubric.C.qui admitti,num.103.dissentiunt,
quos doctè refellit Menoch. in d.1. remed.nu. 9. &
multis inde seqq.

Quæro, num detur etiam succedenti de iure ci-
4 uili? Respond. Iacob.de Arct.Petr.& Cyn.referen-
te Salic.in rubr. C.quorum bonor. voluerunt,quod
& huic directa hinc competat actio; Sed quod non
directa, verum vtilis detur, tenet gloss. Bart. & re-
liqui communiter DD.in l.1. ff. eod. Budæ. in §.se-
quens, Institut.de interdict. hoc interdictum ideò
in directum & vtile ex communi DD.sententia di-
stribuit, communem hanc opinionem restatur Sa-
lic.in rubric.C.eod.magis receptam DD. sententiã
fatetur Menoch.dicto remed.1.nu.33.

Agens petione hæreditatis, vt diximus, debet
5 probare, quo iure succedat, quæro, an etiam ex hoc
interdicto actor eadem teneatur probare? Respõd.
Quod sic,& textus est capitalis in l.1.C.quorum bo-
nor.ibi gl. Bart. & communiter DD. vt refert Me-
noch.d.remed.1.nu.97. vbi se remittit ad casum 89.
li.2.de arbitr.iudic.quo agit,filiario quomodo pro-
betur, & doctè & latè.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Contra quem detur.*
2 *An exceptio dominij obstet petenti.*
3 *Quid si nullus possidet, num habeat locum.*
4 *Num hoc interdictum pro singulis rebus.*
5 *An pro incorporalibus.*
6 *Quomodo probationes sint faciendæ.*
7 *Res in libello an debeant, exprimi.*
8 *Libelli quæ erit conclusio.*

1 QVAERO nunc, interdictum quorum bono-
rum, contra quem detur? Resp. Contra eun-
dem, aduersus quem dabatur petitio hæreditatis,
hoc est contra illum, qui possidet pro hærede vel
pro possessore, aut qui ita possidens dolo desiit pos
sidere, de quibus textus est in l. 1. ff. quorum bo-
nor.vbi gloss.& DD.& communiter. Contra titulo
autem possidentem non datur, vt probatur penl.
constat,C.eod.gloss.Bart. atque alios ibid.Ias.in l.1.
num.6.C.de inofficios.testam.Ruin.consil.22. lib.1.
consil.146.lib 4.consil.260.lib. 5. Zucchard.dict. l.
final.num.464. Didac.Couarr.libr. pract. quæst.c.
18.num.2.

2 Ex quo quæro,an dominij exceptio impediat, &
reiiciat actorem, si in continenti offeruntur pro-
bationes? Respond. Ita affirmat Bartol. in l. 1. ff.
quorum legat. Idem cum Bald.Salic. & omnibus in
l. 3. C. quorum bonor. vt asserit Menoch. in d. re-
med.1.nu. 104. Sed, quod pace tantorum virorum
dictum velim, mihi videtur, quod quæuis dominij
exceptio, licet altiorem requirat indaginem, neque
in continenti probationes afferantur, impediat hoc
interdicto agentem, quod etsi in aliis adipiscendæ
possessionis remediis non fiat: expressus namque
textus est in d.l.1.ff.quorum bonor. quod detur so-
lum aduersus eum, qui pro hærede, vel pro posses-
sore possidet, hoc est, qui nihil aliud potest allega-
re, quàm quod sit hæres, vel quod possideat, l. pro
hærede,& seqq. ff. de hæred. pet. & hoc quod dico,
videtur probari posse ex dict. leg. constat, vbi di-
citur virum repelli obiicientem exceptionem con-
tra consanguineos, quia constat illum existentibus
extraneum esse consanguineis, ergo si non con-
stat exceptio falsa, tũc impedit hoc remedio agẽtẽ.

Quæro,an detur hoc remedium, cùm nullus hæ-
reditarias res possidet? Respond. Bart. in d.l. fin.C. 3
de edict.D.Hadr. negat, vt & Ang. Aret. in §. qua-
drupli, Instit.de actio. quia interdictum dicitur, eò
quòd inter duos datur: Sed leuis est hæc ratio,& ve-
rior videtur illa deriuatio, qua interdicta ab inter-
dicendo deducuntur, argu.l.1.ff. de fluminibus publ.
§.1.Instit. de interdict. Coras.ad l. quoties,ff.de ser-
uit.Cic.7.Verrin. vnde etiam nullo possidente hoc
interdictum dari verius existimo.

Quæro, num detur pro singulis rebus. Respond.
Vt petitio hæreditatis etiam pro minima re datur, 4
l.licet, ff.de petit.hæred. ita quoque hoc interdictũ
pro singulis rebus dari arbitror, ita sentit gloss. fin.
in l.1.ff. quorum bonor. quam approbat Bartol. &
Angel. ibid.nec dissentit Socin.senior consil.33. lib.
1.nisi quod vtile dari dicat pro rebus singulis, con-
tra quem est Bart.& Alex. in l.si curatoris, ff.de ne-
got.gest. qui directum dari contendunt, cum ex le-
gis dispositione datur: & pro his est magis recepta
opinio, vt testatur Menoch. in d.remed.1.num. 82.
Non obstat autem textus in d.l.1.§. interdictũ hoc,
vbi dicitur, quod non detur ad singulas res, quod
gloss.s.bene interpretatur, id est,singulari successo-
ri: nam & oppositionis natura hoc euincit, dum sic
Vlpianus explicat edicti verba: Hoc interdictum
restitutorium est,& ad vniuersitatem (vniuersalem
successorem pertinet,non ad singulas res,id est, sin-
gularem successorem.)

Quæro, incorporales res an quoque hoc iudicio
peti possint, quia l. 2. ff. quorum bonor. ait, quod
tantum corporum possessores hoc interdicto con- 5
ueniri queant? Respondeo Mouit ille textus gloss.
Bartol.atque alios nonnullos ibidem, Alexand. in
d.l.final.C.de edict.D.Hadr. toll. quod statuerint,
pro iuribus ac rebus incorporalibus non dari illud
interdictum.

Contrarium verò tenent Angel. & Ripa ibid.Sa-
lic.in l.fin.C.eod.Castrens. in d.l.fin.C. de edict.D.
Hadria, vbi Zucchard. eam probat communem;
quam veram dico. Nam textus ille non negat illud
quod Bartol.cum glossa putat, sed solum intendit
contra debitores hæreditarios non dari, vt & peti-
tio. hæreditatis,l. 13. circa fin.l. 14.15.ff.de petit.hæ-
red. nisi contendant se possessores pro hærede vel
pro possessore.

Diximus in quæst. 4 supra, quod hoc interdicto
non tam exactæ requirantur probationes, vt in pe-
titione hæreditatis,vbi hæres se probabit plenè hæ- 6
redem, & res fuisse in hæreditate defuncti, quæro
nunc, quales igitur hîc debeant esse probationes?
Resp.Quod summariæ,quasi in interdicto momen-
taneæ possessionis, probationes sufficiant tradunt
Bart. in d.l.2.ff.quorum bonor.Angel.Aret. in d.§.
quadrupli, Instit. de action. Ruin. consil. 106. nu-
decimo octauo.lib.2.Gozadin.consil.12.numer.12. &
consil.50.num.2.Paris.consil.10.num. 32. lib. 2. Al-
ciat.respons.389. num.5.Bellonus consil. 35. num.6.
contrarium tenet in d.l.2.Salic.in l.1.C. eod. quorũ
opin. putat veriorem, & à multis receptam, Me-
noch. in d. remed.1.num.96.Sed mihi verior vide-
tur Bartoli sententia,quæ & receptior est,etiam re-
centioribus,vt Arnol.ab Hasei olte de actio.6.part.
pandect.act.47.num.6.& multis aliis.

Quæro,an agens interdicto quorum bonorum,
debeat res in libello specificare? Respõd. Quòd nõ, 7
vniuersale enim hoc est iudicium,vt & hæreditatis
petitio, atque ita probat textus in d. l. ff. quorum
bonor.

quorum bonor. vbi dicit prætor, quod de his bonis possides possideréue,& Vlpianus,ad vniuersitatem bonorum pertinet, cum dictis facit Bart. in l. vbi autē,§.illud.ff.de verbor. obligat qui ait, quod regulariter, quandocunque incertitudinis declaratio nō est in potestate actoris, tunc non habet necesse exprimere certum in libello. Vnde Ripa inquit in l. 1. §. quia autem, num. 5. ff. quorum legat. sufficere rem petere, si extat, & si non extat, æstimationem.

8 Libelli igitur forma ex dictis continebit hanc conclusionem, quia Titius pro hærede vel pro possessore possidet bona, vel etiam rem Seii talem, cuius ego sum hæres ex testamento, vel ab intestato proximior, cuiusque hæreditatem agnoui, quare peto vt mihi restituantur. Hanc Angel. Aretin. formam in dict. §. quadrupli. Institut. de action. multis aliis præfert Menoch. in dict. 2. remed. nu. 94. nec immerito, consonat enim fere ad verbum textui legis primæ, ff. Quorum bonor. & ab omnibus receptum est, vt hoc interdictū principaliter detur ad restitutionem ipsorum bonorum: seu ad immissionem in possessionem bonorum ab illo, qui pro hærede vel pro possessore possidet, detentorum, in petitione hæreditatis vero aliud obtineri & certum est, & ab vniuersis probatum.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *Legatarius authoritate propria non potest legatum occupare & quare.*
2 *Quid si propria authoritate ceperit.*
3 *An hoc obtineat in fideicommissario.*
4 *Quid si legatarius datus est executor.*
5 *Institutus in re certa an manu sua possit apprehendere rem testamento datam.*
6 *Num filius supplementum legitimæ propria authoritate capere valeat.*

1 SVPERIVS interdictum ad totam hæreditatē spectat, non ad partem aliquam solam. Interdictum verò quod legatorum, ad sola legata pertinet quo reperiuntur legata propria authoritate occupata, vel quod legatorum nomine possessum est. nam propria authoritate legatarius, quod sibi relictum est in testamento, capere nequit: de hoc textus est in l. non est dubium, C. de legat. vbi gloss. & DD. hoc communiter tradunt, quemadmodum testatur Anton. Gomez. in tract. varia. resolur. c. de legat. num. 10. quoniam nemo suus iudex esse potest, l. vnic. C. ne quis in sua caus. quem text. huc allegat Bartol. in l. 1. ff. quod legatorum, deinde quia hæres ex legatis detrahit Falcidiam, vel quia hæreditas ære alieno grauata est, cuius potior ratio, quam legatorum, l. fin. §. licentia C. de iur. deliber. potestque variis & multis modis hæredia interesse, ne sine suo consensu & voluntate capiatur, l. generaliter. ff. de leg. 2. d. l. 1. §. si quis, ff. quod leg.

2 Quid si propria authoritate cæperit? Respond. tunc cæpit vel ante hæreditatem, vel post, si ante, tenetur solum ad eius restitutionem ex hoc interdicto, ita tenet Bartol. Alexand. & alij communiter DD. in d. l. non est dubium, Roman. consi. 312. Dec. consil. 243. & DD. communiter in d. l. 1. ff. quod legat. veluti attestatur Couar. in tract. var. resolut. c. 16. n. 7. si post aditam hæreditatem cæpit, tunc priuatur eo, ita tenent DD. in d. l. non est dubium, vt asserit Alexand. ibid. Iason in l. nemo potest, ff. de leg. Riminald. in c. sæpe De restitut. spoliat. Picus in l. in quartam, ff. ad l. Falcid. nu. 163. Ioan. Baptist. Plot. in l. si quando, C. vnde vi Cort. iun. in fin. C. de edict. D. Hadr. Decius in consil. 424. n. 18. & Consil. 243. hanc inquit indubitatam opin. commun. testatur Clarus in §. testamentum, quæst. 68. nisi tamen testator licentiam dederit legatario relictum propria authoritate occupare, quod potest, vt dixit S. M. in §. testamentum, quæst. 67. vel volente hærede, per aditionem facto, cæperit per l. 1. §. ait prætor ff. quod legat. vbi Accursi. cum reliquis communiter DD.

Quæro, num hoc obtineat in fideicommissario vniuersali? Respond. quod & ille priuetur fideicōmisso, si non per hæredis manum relictum cæperit, scripsit S. M. in §. fideicommissum, quæst. 45. 3

Quæro, num legatarius propria authoritate possit capere, si datus est à testatore executor? Respond. quod tūc licitè possit, quia etiam sibi soluere valet, quemadmodum tutor arg. l. si tutor, §. fundum. ff. de contra. emptio. Bald. Ang. Salic. Alex. & moderni idem volunt in dict. leg. non est dubium, velut ibid. testatur Iason. 4

Quæro, an institutus in re certa, propria authoritate relictum capere possit? Respon. quod sic, quia hic æquiparatur hæredi, l. cum hæredes, ff. de acquir. hæred. Bartol. in l. ex facto, ff. de hæred. instit. Alexand. in l. quoties, ff. eod. Bald. in l. si quis in suo, C. de inoffic. testam. Iason. in d. l. non est dubium. hanc commun. dicit. Decius in d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. 5

Quæro, num filius supplementum legitimæ propria authoritate valeat occupare? Respond. quod non, quia illud debet peti à diuersis pro rata hæreditaria: atque hanc negatiuam propugnant Barto. & Angel. in d. l. in quartam. Bald. in auth. Presbyteros, C. de episcop. & cler. hanc magis communem opin. ait Alexand. consil. 134. lib. 4. 6

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *An omni detur hæredi hoc interdictum.*
2 *An etiam hæredis hæredi.*
3 *Nunquid fideicommissario vniuersali.*

QVÆRO, interdictum quod legatorum, an detur omni hæredi, succedenti tam de iure ciuili, quàm prætorio, tam ab intestato, quàm ex testamento. Respond. quod omni concedatur probant textus in l. 1. in princip. ff. quod legat. & l. 1. C. eod. & de hoc non ambigi asserit Menoch. in 2. remedio adipiscend. posses. n. 11. qui quoque ibid. doctè mōstrat quod semper directa concedatur actio, quia ab hoc hærede etiam ciuilis actio, petitio omnium hæreditatis, institui possit. 1

Et procedit hoc in hæredis etiā hærede sine dubio, per d. l. 1. §. hoc interdictum, ff. quod legat. licet Ripa ibid. in dubium velit vocare verbum vtilitatem, atque ex illo concludere quod non directū, sed vtile interdictum hæredi hæredis detur quo in tanto interprete nihil absurdius. 2

Sed an fideicommissario vniuersali competat, quæro? Respond. Quod sic habet enim textus in d. §. hoc interdictum, nec non cæteros quoque successores, quorum de numero non infimus est fideicommissarius, siquidem in eum post restitutionem 3

traoſeunt omnia iura actiones, actiue atque paſſiuè, vt communis habet ſententia, & ſæpius in iure hæredes vocantur, vt in l.ſicut.§.1.ff.quibus mod.pignor. vel hypoth.ſolu. gloſſ. in l.quamois, ff.de iudic.quemadmodum etiam docuit, S. M. in §.hæreditas,quæſt.9.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Interdictum,quod legatorum,quando datur?*
2 *Contra quem datur?*
3 *An detur contra fideicommiſſarium vniuerſalem?*
4 *Num in heredem competat?*
5 *An in ſucceſſorem ſingularem?*
6 *Aduerſus donatarium mortis cauſſa an detur?*
7 *Num detur pro rebus incorporalibus?*
8 *Exceptio dominij an obijci poſſit actori?*
9 *Num ſatiſdationis exceptio pro legato reſtituendo?*

1 QVAERO præterea interdictum quod legatorum, quando datur? Reſpond. cum legatarius propria autoritate occupauit legatum, textus eſt de hoc in d.l.1.§.2. vbi dicitur quod prætori viſum ſit, vnumquemque nõ ſibi ius dicere occupatis legatis, atque ex hoc tanquam indubitato DD. indubitanter concludunt, quod ſi voluntate hæredis poſt aditam hæreditatem occupauit legatarius hoc edicto non teneatur, iuxta verba in l. eadem, §. quod ait prætor, gloſſ. Bar.Bal.Saliç.& communiter alios DD. item quod hoc interdictum non concedatur contra legatarium, cui teſtator ipſe reſtituit,vel eũ propria authoritate capere voluit, vel apud quem legatum ſine vitio reperitur, de quibus omnibus vide Menoch. in d.remed.2.nu.48.& ſeqq. Deinde oportet hæredis intereſſe, quod gloſſ.in l.1.C.quod legat. in verbo, vt retentione, & communis paſſim DD.ſchola ad ſolam Falcidiæ detractionem reſtringit, & ait, vt ſi de Falcidia non conqueritur hæres hoc interdictum non teneat, inde concludunt quoque communiter, quod non detur hoc interdictum, ſi teſtator prohibuit detrahere Falcidiam. vt conſuluit Corn.conſil.61.conſil.140.lib.1. Item quod non detur contra piam cauſam,vt reſpõdit Capra conſil.3. Tiraquel. de priuileg.piæ cauſſæ, priuileg.45.& omnes DD.in auth.ſimiliter, C.ad l. Falcid. vt teſtatur Menoch.d.remed.2.num.86. Sed verior mihi videtur recentiorum opinio, præcipuè VVeſenbec.in parat.ad ti.quod legatorum.4. Arnold. Haſerolte de act. part. pandect.6. actione 48.quod etiam ex alia cauſa,quam ſola Falcidiæ detractione, hoc interdictum detur, maximè ſi hæreditas grauata eſt ære alieno, cuius potior ratio eſt, quam legatorum,vt habet textus in l.fin.§.Licentia. C.de iur.deliberandi, atque vt DD. ibid. frequenti tradunt calculo, eſtque ſpecies in l. legato generaliter ff.de legat.1.

Contra quem detur quæro? Reſpond. contra le-
2 gatarium, qui relictum ante aditam hæreditatem cæpit, nam ſi poſt aditam hæreditatem occupatum fuerit legatum, hoc interdictum non datur, ſed per dict. l. non eſt dubium, legatarius omni ſuo iure excidit,vt dixi ſupra quæſt.10.num.2.

3 Dictum eſt dari contra legatarium, quo nomine etiam hic fideicommiſſarium comprehẽdimus particularem ſine contradictione, quæro num idem dicendum ſit de fideicõmiſſario vniuerſali? Reſpond. Corn. conſil. 232. libr.4.ait ſe hoc non audere affirmare, contra quem eſt gloſſ. Bartol. Caſtrenſ. Angel. Alexand. & alij in l.Paulus reſpondit, ff. ad S.C.Trebel.eamque opin.commun.fatetur Ripa in d.l.1.ff. quod legat. referente Menoch. d. remed. 2. num.23.ratio autem illorum eſt, quia Falcidiæ nomine etiam Trebellianica comprehenditur, ob cuius detractionem hoc remedium datur,deinde quia expreſſa ſit mentio fideicommiſſarij in d. l. 1. quod reſtringendum non eſt ad particularem,propter rationem modo generalem adductam,

Quæro, num hoc interdictum detur in legatarij 4
hæredem? Reſpond. quod ſic textus eſt expreſſus in d.l.1.§.legatorum.vbi idem tenet Ripa, Salicet.in l. 1.C.eod.de hoc omnino puto eſſe dubium.

Etiam in ſucceſſorem ſingularem legatarij vel
fideicommiſſarij, illud interdictum dari conſtat ex 5
d.l. 1.§. illud deinde, quia cæteræ actiones, quæ in rem ſcriptæ ſunt, iuxta commun. DD. opin. in ſingularem conceduntur ſucceſſorem: quo de genere eſt etiam hoc interdictum l.1. §. fin. ff. de interdict.

Quæro, an etiam detur aduerſus donatarium 6
mortis cauſſa? Reſpondeo: difficilem hanc quæſtionem reddit duplex littera, vt refert Bartol. in d.l.1. §. ſi quis mortis cauſſa, vbi quidam habent, vtique ceſſabit, alij habent vtique neceſſe habebit, quam poſtremam rationi appoſitæ conuenientiorem arbitror, etiam ſecundum communem, quæ vult, quod hoc interdictum concedatur propter Falcidiæ detractionem, quæ in donatione mortis cauſſa quoque locum habet, vt à ſocero meo dictum eſt, in §. Falcidia.quæſt.8.

Contrarium tenet gloſſ. Bartol. Ripa & alij nonnulli ibid.eamque veriorem atque probabiliorem exiſtimat Menoch.in d.a.rem.n. 8. quia donatarius hic poſſit ſua manu & authoritate poſſeſſionem apprehendere. Sed hæc mihi non videtur vera cauſa, cur hoc detur interdictum, verum intereſſe hæredis, quod ſi multum eſt, per legatarium hæres exceptione repellitur, vt tanquam de communi idem teſtatur Menoch. dict. remed. 2. numero 112.

Quæro, an detur pro rebus incorporalibus? Reſ- 7
pond. textus eſt in d.l.1.§.quod ait prætor,& recepta DD.opinio quod concedatur contra legatarium occupantem, quaſi poſſeſſionem vſusfructus,vel vſus, vel ſeruitutis, & in hoc vult Bart. differre duo hæc interdicta, quorum honor. & quod legat. ſed nos ſupra monſtrauimus quæſt.9.,quod & illud pro incorporalibus detur rebus.

Quæro an exceptio dominij obijci poſſit? Reſp. 8
ob maximum opinionum conflictum Menoch. in d.remed.2.hanc quæſtionem ait difficilem,qui magis receptam opinionem ibid. teſtatur, vt dominij exceptio poſſit opponi, quando legatarius in continenti paratus eſt probare intentionem ſuam, quam ſecundum Bartol. Alber. Angel & antiquiores omnes extendit eo, ſi Falcidia detrahi non poteſt, quam communem teſtatur Ripa. in d. l. 1. ff. quod legator. Secus ſi Falcidiam detrahi debere cõſtat vel dubitatur.Contrarium ſtatuit Ripa in d. l.1. ex mente Odofredi & Oldradi, & voluit ſemper huic interdicto locum eſſe, quia ſemper militat hæc ratio, quia legatarius non debet ſibi ius dicere occupatis legatis, quanquam hæc veriſſima cauſa interdicti ſit, & meo ſenſu vnica, tamen à cõmuni non exiſtimo recedendum.

Quæro, ſi legatarius nolit reſtituere, niſi ſibi ca- 9
ueatur de legato reſtituendo, poſt detractionem Falcidiæ, num hæc exceptio locum habeat? Reſpond. quod ſic, & text.eſt clarus in d.l.1.§. quod ait prætor,

prætor, vbi dicitur, quod non sufficiat satisdatum esse, nisi satisdatum perseueret, ac ita tener quoque glos. ibid. quam omnes sequuntur DD.

Libelli formam si cognoscere libet, ex dictis iam facile colligi potest, quod nimirum quis petat se in possessionem talis legati constitui, quod occupatũ est antequam hæreditas ab ipso fuerit adita: de cautione autem non est opus vt faciat verbum, quoniam regulariter nulla cautio præstanda, priusquam exigatur iuxta l. 1. §. non exigit, ff. vt in posses. legator. & l. vniuersa. C. de prec. Imper. offer.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Hadr. tollend. quale sit.*
2 *Num sit adipiscendæ possessionis.*
3 *Exceptio dominij, vel dolo petis quod restituturus es, num possit obiici.*
4 *An etiam sit confirmandæ possessionis.*
5 *Spolij exceptio an detur contra hæredem, qui occupauit res hæreditatis vacantes, & se petit in illis cõfirmari.*
6 *Quid si solum aliquas res possedit, aliquas non.*
7 *An hoc remedium detur ante hæreditatem aditam.*
8 *Actor an necesse habeat probare mortem defuncti.*
9 *Hoc remedium celerrimum est & summarium.*
10 *Originale num exhiberi debeat?*
11 *Nunquid in actis exhibendum sit?*
12 *An testes testamentarij veniant examinandi cum testamentum profertur?*
13 *Quid si eodem die & hora duo proferantur testamenta confecta?*
14 *Vitium visibile an impediat immissionẽ in possessionem bonorum?*
15 *Quid si vitium esset inuisibile?*

1 REMEDIVM quartum, quo hæres rerum hæreditariarum possessionem nanciscitur, est cõdictio l. fin. C. de edicto d. Had. tollend. qua hæres scriptus, exhibito testamento non abolito, nec cancellato, nec in aliqua parte vitiato, mittendus est in possessionem bonorum, quæ defunctus possidebat & tenebat tẽpore mortis, de hac definitione est textus clarissimus in d. l. fin. quem ita ad literam seruant DD. communiter omnes, vt testatur Roland. à valle consil. 98. num. 3. volum. 3. Gozadin. cõsil. 7. n. 5. Bero. consi. 1. volum. 2. & ante omnes Ruin. consil. 229. nu. 8. volum. 2.

2 Ex dictis apparet primò, quod hoc remedium sit adipiscendæ possessionis, ita tenent DD. communiter in d. l. fin. vt attestatur Roland. à valle in dict. consil. 38. num. 8. item Nonius consil. 8. nume. 10 cõmun. fatetur Roland. à Valle consil. 78. num. 4. volum. 3.

3 Quocirca obstabit proprietatis exceptio in continenti probanda, ita tenet gl. communiter approbata in l. si de vi. ff. de iudi. & omnes DD. in d. l. fin. vt testatur Ioan. Cephalus cons. 4. n. 36. lib. 1. Rubeus & Fabius in l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de acquir. poss. dicũt ita omnes tenere DD. in c. 1. §. illud de prohib. feud. alien. per Frederic. vt refert Cephal. d. consil. commun. quoque testatur Nonius cons. 80. & ante eos commun. dixit Bald. in d. l. fin.

4 Hinc nequit spolij exceptio obiici hæredi, qui sua sponte possessionẽ occupauit, quia est adipiscendæ non recuperandæ possessionis, ita tenent DD. cum Bartol. in d. l. final. eámque commun. opinionem fatetur Bald. cum Salic. ibid.

5 Quæro, num solummodo sit adipiscendæ possessionis? Respond. quòd etiam sit confirmandæ possessionis. ita tenet Cyn. Bartol. Alex. & alii communiter DD. in d. l. fin. vt testatur Roland. à Vall. in d. consil. 78. num. 12. volu. 3. commun. asserit Alexand. in l. si tibi, C. de Carbon. edict. communem item firmat Curt. Iunior consi. 41. & consi. 108. magis communem enunciat Paris. consil. 60. num. 1. lib. 3. receptissimam & per multos DD. stabilitam Iacob. Menoc. de adipisc. possess. remed. 4. n. 348. potest enim hęres propria authoritate possessionem rerum hæreditariarum apprehendere vacantem, vt patet per allegata à Decio in d. l. fina. nec spoliasse dicendus est, licet hæreditas loco possessoris sit quoad vsucapionem & fructus rei, de quo latè agit Menoch. de recuper. posses. remed. 15. num. 40.

6 Quæro an detur hoc remedium si aliquæ res ab hærede fuerint possessæ? Respond. quod non detur tenet Cynus in d. l. fin. sed Fulgos. contrarium statuit, & Alexand. ait quod iste modus in practica tutus sit, si possessor rerum aliquarum petat, quo in possessione, pro illis rebus quas possidet confirmetur, & de nouo immittatur in possessionem earum rerum, quas non possidet, aliàs propter authoritatem Cyni, quæ magna est, de facili succumberet hæres, si aduersarius probaret quod aliquid de hæreditate possideret.

7 Quæro hoc remedium num detur ante hæreditatis aditionem? Respond. quod non, nam qui possessionem rerum hæreditariarum petit, ius in illis intendet se habere, hoc autem nemo potest, nisi qui velit hæres esse, atque istam sententiam tenent Alexand. & Iason in l. 2. C. de edict. D. Hadrian. tollend. eamque communem profitetur Menoch. in d. remed. 4. num. 173.

8 Quæro, an qui petit per hoc remedium possessionem bonorum, necesse habeat probare mortem illius cui succedere vult? Respond. quod non, quia textus d. l. fin. huius non meminit, nec testamentum alicui facile in testatoris vita conceditur, & istam negatiuam tuentur Bartol. Castrens. Salic. & communiter alij DD. in d. l. fin. hanc veram & communem conclusionem testatur Alexand. consil. 101. volum. 5. commun. ait Zucchard. in d. l. fin. Affirmatiuam defendunt Fulgos. Alexan. & Sebast. Sapia in d. l. quia quilibet præsumitur viuere 100. annos: quem conflictum conatur Menoch. d. remed. 4. num. 699. dirimere, hoc modo, vt Bartoli opinio procedat, si hæres accepit testamentum à Notario, autore prætore, Alex. verò tum valeat sententia quando aliunde haber testamentum, sed prior verior videtur, quæ & receptior est.

9 Quid ergo hæres faciet? solummodo exhibebit testamentum, non abolitum, non cancellatum, non aliqua parte vitiatum, quare propter notorietatem, quæ resultat ex tali testamento, celeriter & de plano remedium hoc expediendum est, secundum commun. opin. DD. in d. l. fin. vt asserit Rolan. à Valle consil. 98. num. 7. vol. 3.

10 Quæro, num ipsum originale sit exhibendum? Respond. quod sic, lex enim finalis requirit testamentum in prima forma, quod originale est, addita ratione, quia apparere debet num testamentum sit cancellatum, ita sentit Castrens. Dec. in d. l. fin. Gozad. cons. 6. n. 88. Ioan. Dilect. Durand. de art. testand. titul. 11. cautel. fin. nu. 5. limitat tamen istam communem Iason. Mantua. Zucchard. in d. l. fin. alle-

consil.28.num.18.& attestante Roland.à Valle consil.78.num.15. volum.3. vel hanc licentiam apprehendendi propria authoritate dedisset ipse testator l.Titia cum testamento,§.Lucius, ff.de legat. 2. vbi idem dicunt Bartol.atque alij communiter DD.vt testatur Roland. à Valle in d. consil. 78. volum. 3. Quod etiam detur vtile remedium legatario, docet Nonius consil.18.num.19.ex Guid. Papa decis. 362.

5 Quæro,beneficium d.l.finalis an detur instituto in re certa? Respondeo: nullum est dubium quòd concedatur instituto in quota hæreditaria, & hoc manifestum apparet in d.l.fin.vbi dicitur, si quis ex asse vel ex parte institutus sed de instituto in re certa DD.disputant. In quo puncto obseruandi sunt tres casus: Primus est, quando institutus in re certa non habet cohæredem,tunc in totam hæreditatem succedit, hærésque efficitur vt crebrius receptum testatur Socinus consil.10. nu.16. lib.1. ideoque beneficio huius constitutionis gaudet,ita tenet gloss. in d.l.fin. Alexand in l.quoties,ff.de hæred. institut. Bartol. Alexand. Dec.& alij communiter Dd. in d. leg.fin.hanc communem dicit Gozadin. in consil. 21.num.12.post Salic.& Castrensem commun. quoque affirmat Iacobus Menoch.in d.leg. fin. numer. 116.quæ opinio etiam procedit si vniuersalis cohæres datus est,& is repudiauit,nam tunc idem est, ac si nullus cum instituto in re certa scriptus esset hæres,atque hoc sentiunt modo relati Dd. & quod recensui in §.hæreditas quæst.3.num.3. & in istis duobus omnes conueniunt Dd.teste Dec.in d.l.fin.Secundus casus est,quando cohæres vniuersalis adiuit hæreditatem, tunc non datur instituto in re certa, ita tenent frequentius Dd.in d.leg.fin.vbi communem testantur Decius & Mantua. commun. quoque agnoscit Corn.consil.103. lib.2.magis communem profitetur Alexand. in d. leg. final. contra sentiunt Decius,& Curtius iunior & Sebast.Sapia ibid. quia institutus in re certa, secundum receptiorem opinionem. teste Menoch.in d.remed. 4. num.134. propria authoritate potest rem apprehendere, item, quia loco hæredis est, l.id tempus, ff. de vsucap. atque hæredis loco habetur legatarius in iis, quæ personam concernunt,vt docet Bart.in l, ex facto,ff.de hæred.instit.Ias. in l. Lucius, ff. de vulgar. & pupill. Atqui hoc remedium respicit personam. Ergo etiam concedi debet sic instituto in re certa, licet vniuersalis adiuerit.

Tertius casus est, quando hæres vniuersalis necdum adiuit, vel repudiauit, quo casu dari putant Bartol. & Castrens. quia non est qui restituat possessionem sic instituto: contra Bart. tenent Angel. & Salicet.ibid. in d.l.fin.Angel. & Imol. in l.1. §. si ex fundo,ff.de hæred.instit.Alex.in d.l. quoties, C. eod.vbi hanc veriorem dicit contra Bart. quia interim institutus non est hæres, nec in totum, nec pro parte,vt in l.fin.requiritur, communem testatur Dec. ibid.num.23.magis receptam ex illo asserit Menoch.in d.remed.4.seu in dicta leg.fin.n.145.

6 Quæro,num competat hoc beneficium instituto tantum in vsufructu? Respond. Quod sic,si nullus datus est cohæres vniuersalis, vel is repudiauit: ita sentit Bartol. in d.l.quoties,C. de hæred. instit. & l. ex facto,ff.eod.Ripa post cæteros in l, re coniuncti, ff.de legat.3.Ruin.consil.54.n.7.lib.2.Ioan.Cephal, consil.59.nu.16.lib.1.Natta consil. 463.nu.14.lib.2.

7 Quæro,instituto & repudiante filio,num hoc remedium competat patri;non enim ipse pater videtur scriptus in testamento,sed filius?Respōd. Quod non competat,tenet Angel. Aret.in §. substituitur, Instit.de pupill. substit. Sed contra eum sunt Bald. Alex. Ias. & alij Dd. eámque receptam tradit opin. Menoch. in d.remed. 4. num.274. quia tunc pater hæres fit,& habetur, ac si ab initio ipse fuisset scriptus hæres, l.fin.§.simili,C.de bon.quæ liber.

Quæritur,num idem obtineat in monasterio, si 8
monachus est institutus hæres,isque repudiauit,vel non vult adire?Resp.Affirmatiuam tenent, qui volunt hæreditatem, in qua institutus est monachus, immediatè monasterio deferri,ita vt necessaria non sit monachi aditio, vt habet Abbat. Imol. & cæterorum Canonistarum communis opinio in cap. in præsentis,de probat.vt attestatur Ripa in l.1. n.150. ff.de vulg.& pupill. magis probatam à iuris Pontificij interpretibus, & veriorem affirmat Menoch. in d.remed.4. n.294.Sed verior mihi Legistarū videtur opinio,qui cōtrariā tuētur,vt & Ripæ in d.l.1.

Quæro,num detur filio instituto in legitima?Re- 9
spond. Diuersæ sunt in hoc puncto opiniones, pro diuersis legitimæ definitionibus: qui quotam bonorum dicunt legitimam esse, negant dari, vt est Albert. Alex. Iacobin.de S. Georg. Zucchard.in d.l. fin.& alij,quos retuli in §.legitima, quæst.1.num. 2. Contrarium tenet Bald. in d.l.final. & passim alibi, quem sequuntur Angel.consil.206.Curt.sen.consil. 13.hanc veram opinionem asserit Menoch. in d.remed.4.num. 162. quia etiam filio in legitima instituto competit iudicium familiæ hercisc. item petitio hæreditatis,vt probatur per l.2.§.si quarta, ff. famil.hercisc.l.non est,C.eod.Bald.in l.si quis in suo, C.de inoffic. testam.& in leg.si quia filium, C. eod. Curt.sen.consil.13.Corn.consil.264.lib. 1.& consil. 190. lib. 2. Fabian.in auth.nouissima, C. de inofficios.testam. & hæc receptior est contra Alex. & alios,quos ipse commemorat in d.l.fin.num.6.

Quæro, num concedatur substituto? Respond. 10
Quod sic,in substitutione expressa ita tenet gl. Bart. Alex.& alij communiter Dd.in d. l. fin. dummodò constet,quod substitutionis casus euenerit: quia & substitutus hæres est secundum cōmunem: In substitutione tacita vulgari vel pupillari Dd. dissentiunt inter se:Moderni,vt Dec.refert,in d.l. fin.nu. 27.negant dari.Sed contra tenet Bald.in d.l.fin.cum pluribus aliis. Baldique sententiam communem profitetur Aret. in l.si testimonio ff.de vulg. & pupil. commun. etiam testatur Tiraq. in tract. *le mort saisit le vif*,part.2.declar.10. num. 2. magis receptam enuntiat Menoch.d.remed.4.num.274.quia etiam scriptum censetur,quod vigore scripti deprehenditur,l.1.vbi gl.ff.de his quæ in testam.del.

Quæro, num detur fisco auferenti hæreditatem 11
indignis?Respond. Quod detur, tenet Bald. Zucchard.& alij Dd. in d.l.fin. quia fiscus repræsentat personam hæredis scripti,& in fiscum transeunt iura actiuè & passiuè,vt constat ex l.2.C.ad l. Iuliam de vi,& dixi in artic.de officio hæred.quæst.23 n. 7.

Quæro, num detur Episcopo executori in testa- 12
mento, in quo pauperes sunt instituti? Respond, Negatiuam defendit Angel.Aret.in §.substituitur, instit.de substit. pupill.item Barbat. in rubr. C. qui admitti, quia Episcopus non est hæres scriptus, l. qui liberis,§.hæc verba,ff.de vulg.& pupill.Sed contrariam tuentur Bart.Bald.Albe.& reliqui communiter Dd.in d.l.fin.eámque receptam & communē fatetur Menoch.in d.remed.4.n.256.& 262.quia talis Episcopus ab Imp.Iust.in l.si quis ad declinandā, C.de episc.& cler.dicitur hęres, & procurator pauperum appellatur,ex quorum persona petit missionem in bonorum hæreditariorum possessionem.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

1 QVæro præterea beneficium d.l. final.C. de edict. D. Hadria. tollend. contra quem detur? Respond. contra eum, qui res hæreditarias possidet. Nam si non est possessor; nihil possessionis ab eo peti potest, atque ita sentiunt DD. omnes in d. leg. fin.

2 Quæro, an detur contra titulo possidentem? Respond. Titulus ille aut est legitimus, vel non est legitimus. Legitimus est, quem quis habet à testatore vel hærede: ita docuit ante omnes Azo in d.leg. fin. quem cæteri secuti sunt, testante hoc ibidem Saliceto. Estque communis hæc Doctorum sententia. Legitimus item titulus est, quem quis ab alio habet, viuo tamen testatore: ita tenet Azo, Petr. Cyn. & dicit Salicet. quod ista opinio communiter approbatur, quamuis Bartol. dissentire videatur propter possessionis vitium, cùm talem legitimum negat contradictorem. Non legitimus autem titulus est, quem quis putat se habere ab intestato, vnde etiam talis legitimè non contradicit, vt mox dicam: item, quem quis habet post mortem defuncti, quæ omnia fient plana ex sequentibus. Solùm ex textu & communi DD. doctrina in d.l. fin. nota, quod contra legitimè detinētē, hoc beneficiū non cōcedatur.

Hinc contradicere, & immissionem in possessionem bonorum ex d.l.fin. impedire potest, omnis, qui legitimè detinet, hoc est, qui legitimè possidet, & titulum habet legitimum; & hæc est omnium omninò DD. absque controuersia sententia, vt testatur Roland. à Valle consil.78.nu. 58.vol. 3. & communem asserit Bero. consil.54.vol.2. Ex qua sequitur, quòd ille, qui nō possidet, non sit contradictor: ita tenet Bartol. & alij DD. in l.filiam fratribus, ff. ad Trebell. Socin. consil.106.vol.4. Felin. c. veniens, de testib. hanc communē ait Dec. consil.424. Quæ tamen communis declaratur, nisi esset citatus: ita tenent DD. omnes, teste Menoch. in d.remed.4. n. 555. eámque comm. declarationem attestatur Zucchard. in d.l.fin.nu.405. Item, nisi non possidens allegaret legitimum titulum in continenti probandum, & possessio vacaret, & hoc quasi per communes sententias Didac. Couarr. lib. practic. quæst. ca. 16.n. 3. ac Ioan. Fabr. in l.1. ad fin. C. de iur. fisc. probat Menoch. d.remed.4 n.573. vel nisi non possidēs allegaret titulum similem petētis titulo: ita omnes sentiunt & nullus discrepat, vt testatur Dec. in d.leg. fin.nu.4. multò fortius legitimus contradictor erit, si possidet & allegat similem titulum, quia secundum receptam DD. opin. in pari causa melior est possidentis. Neque legitimus contradictor erit, qui vitiosè possidet: textus enim vult, vt legitimo modo detineat, vnde hoc absque contradictione clarum est. Sed an sola possessio sufficiat ad contradicendum, quæritur? Communis sententia negat, nisi hæredem deficere in sua intentione, seq; ante mortem defuncti possedisse probaret: ita traduut Zucchard. & Menoch. in d.l.fin. quia in hoc possessor vno potior esset hærede: vel nisi possessionem possessor accepisset à testatore, vel ab ipso hærede, l.1.§. rediguntur, ff. quor. legat. l.1. C. eodem, & ita tenēt Castrens. Iacobin. de S. Georg. Zucchard. & Menoch. in d.l.fin. quia hæres nec contra suum aut testatoris factum venire potest, vt est dictum in §. hæreditas, quæst. 12. Multò magis contradictor erit, si præter possessionem, etiam titulum ab ipsis habet. Et hoc sine controuersia verum ait Menoch. in dicto remedio 4.num.586. Quod procedit, etiamsi titulum solum à defuncto viuo, & possessionem post eius mortem nactus esset: ita tenet Azo in dicta l. final, quem omnes secuti sunt, attestante ibidem Saliceto. Nam qui titulum à defuncto habet, possessionem vacantem propria authoritate apprehēdere potest, iuxta Bart. in l.cum solus, ff. de vsucap. Bald. & Salic. in d.l.fin. quod idem obtinet, si ab hærede titulum habet, & possessionem ab alio ante mortem testatoris, secundum DD. quos recenset Menochius in d.remed.4.numer.593. Sed quid, si titulum ab alio viuo testatore, & possessionem à seipso, vel ab alio post mortem testatoris habet? In hoc variant DD. Iacobus Butr. Petrus & alij nonnulli affirmant, legitimum esse contradictorem, referente Menoch. in d.remed.4.numer.602. qui negatiuam veriorem & magis receptam asserit ex Decio in d.leg. fin.numer. 42. qui tamen affirmatiuam, quæ est Azonis, communem probat. A Menochij tamen sententia non pnio recedendum, eámque amplectendam existimo.

Quæro, fideicommissarius an sit legitimus contradictor? Respond. Si non possidet, manifestum est ex dictis, quòd non sit legitimus contradictor, hanc communem dicit Alexand. & Dec. in d. leg. fin. Si verò sine vitio possidet, legitimus contradictor est, ita tenet gloss. Barto. Baldus. Castrens. Alexand. Iason. & alij communiter DD. in d.leg. fin. teste Parisio, in consil.54. numer.6.vol.3. communem dicunt Alexand. in d.leg. filiam fratribus, ff. ad Trebell. Decius. in d.leg. fin. Nonius consil. 80. numero.9. 4

Idem procedit in legatario, vt per dd. Doctores probatur, qui & hunc & illum ius suum in continenti volunt demonstrare, ita tenet Bartolus & alij communiter DD. in d.leg. filiam fratribus, Socinus iun. consd.75. numer. 18. lib. 1. communem ait Nonius in d.consil. 80. numer. 13. & communem dixit ante eum Dec. in d.leg. fin.numer.48. In continenti verò demonstrare dicitur, quando quis habet instrumenta in manibus, & illa ostendit sine alia dilatione, ita notant Bartol. & alij communiter DD. in d.leg. filiam fratribus, vt testatur Roland. à Valle consil.98.num.33. qui tamen num. 39. illud tempus in arbitrium iudicis videtur conferre, vel detractio Trebellianicæ & Falcidiæ esset certa; secus si incerta, tunc enim non essent legitimi contradictores, vt tradunt Corn. consf.132.n.4.lib.4. Roland. à Valle consil.78.n.11.vol.3. Zucchard. in d.l.fin. 5

Quæro, num succedentes ab intestato sint legitimi contradictores? Respond. Quod non; nam titulus ab intestato nullus est, cùm testamentum est conditum, l.quamdiu, ff. de acquir. hæred. & ex communi, qui sine titulo possidet, non est contradictor legitimus. 6

Quæro, executor testamenti num sit legitimus contradictor? Respond. Quod non, quia executor de manu hæredis capere debet bona hæreditaria, l. nulli, vbi gloss. & Ioan. Fab. C. de episc. & cleric. & dixi de hoc in artic. executores, quæst.9. 7

QVÆS-

QVÆSTIO XVI.

Svmmaria.

1 *Quæ bona petantur.*
2 *Num etiam feuda.*
3 *Qua actione, vel quo modo.*
4 *Num opus sit libello.*
5 *An requiratur citatio.*
6 *Coram quo iudice.*
7 *An delegari possit hoc officium.*
8 *Num ab huius iudicij sententia appellari liceat.*
9 *Quid si dubitatio de immissione oriatur, quomodo probanda sit.*

1 QVæro insuper, quæ bona petantur per hoc remedium? Respond. Omnia bona, quæ testator quouis modo mortis tempore tenebat: ita communiter docent interpretes in d.l. fina. eámque receptissimàm DD. sententiam ait Menoch. in d. remed.4.num.363. receptissimi verò iuria testatur esse Roland.à Valle consil.78. num.11.volum.3.

2 Adeò vt etiam veniant feudales res in hoc remedio, vti tradunt Doctores communiter omnes in d. l.fin.attestante Roland.à Valle consil.98. num.2.volum.3.communiter quoque hoc dicunt DD. feudistæ in cap.1.§.inter filiam, si de feud.fuerit controuers.inter dom.& agn.referente Ioan.Cephal. consil.30. num. 14. volum.1. receptiorem dicit Portius consil.1.num.18.illam communiter sequuntur DD. secundum Cacheran. decis. Pedemont. 26.num. 13. communem testatur Roland.à Valle consil.2.num. 27.vol.3.Quod iuxta dd.Doctores procedit, licet filia vel alia fœmina transuersalis sit instituta hæres. Estque communi calculo hæc extensio recepta, vt fatetur Roland.à Valle in consil.48.volum.4.num. 4.vbi plures in hanc sententiam adducit DD. quémadmodum & Menoch.in d.remed. 4.num. 375. nisi vnà succederent masculi, atque hi essent in possessione: ita tenet Decius consil. 417. Gozadin. consil. 50.num.25.& seq.Alciat.respons.257.num. 7.vel agnati in continenti parati essent probare de iure suo. Hoc per multos confirmat Menoc.in dicto remed.4.num.381. communem asserit Roland. à Valle consil.98.volum. 5.num. 32. ita tenent Bartol. & omnes in d. leg. fin. vt testatur Gozad. consil. 50. num.20.

3. Qua actione, vel quo modo petantur bona, quæritur? Respond. gloss.in d.l. fin. affirmat, quod duplici remedio peti possint; condictione scilicet ex lege finali, & ex edicto D.Hadriani. Posterius DD. reprobant, quamuis libellum hoc modo conscriptum sustentent, quia non est necesse actionem in libello exprimi, vt tradunt DD. communiter in l. edita, C.de edend.eámque communem ibi testatur Curt.iun. nu. 5. Prius verò Bart. & Alex. cum aliis nonnullis, acceptat, si contradictor est, vt detur condictio ex d.l.fin. Contra Bartolum tamen faciunt plures, præcipuè Bald. Castrens.Salicet. Dec.& alij, in d.l.fin. vbi Zucchard. eam communem testatur, vt officio iudicis nobili etiam hoc casu petantur: quia nulla obligatio intercedit inter petentem & contradicentem; ergo nulla quoque condictio, quæ obligationem præsupponit. Sed verior mihi videtur opinio gloss. Bartoli, & Alexandri, hoc argumento non obstante. Nam & condictiones ex legibus dantur sæpius, vt ex l.fin.C.de petit.hæred.l. final.C.de iure deliberandi, & multis aliis, vbi tamen nulla interuenit obligatio. Sed quicquid sit, hoc tamen inter omnes cõstat Doctores, teste Zucchard. in d.l.fin.num. 178. vt ex officio iudicis nobili petantur bona hæreditaria, si nullus adest contradictor, & veram atque communem testatur Dec. in d.l.final. quod illud edictum in totum sit sublatum, vnde etiam ex edicto D. Hadriani ineptè petitur in bona hæreditaria immissio.

Ex quo patet, quod libello non sit opus, cùm nullus adest contradictor, sed sufficit simplex exhibitio testamenti, & imploratio officij iudicis, ita tenet gloss.& Cyn.in l.2.§.dies, ff. quis ordo in bonor.possess.seruet. hoc verum dicit Dec.in d.l.fin. vbi idem docent Corne.Zucchard.Iacobin. de S.Georg.& alij DD. Et contrà libellus, quòd requiratur, si contradictor apparet, & causa est, quia etiam in cæteris possessoriis offerri solet, & aliis iudiciis, licet celeritatem desiderent. Hanc communem testatur Ripa in l.4.§. hoc autem, num. 106. ff. de damno infect. communem quoque in his terminis asserit Zucchard. in d.l.fin.num.291. 4

Sed nunquid citatione opus? Respond. Si nemo est qui possidet, non opus est citatione. Hanc conclusionem post Bart. claram dicit Decius in d.l. fin. quia ex quo nullus est possessor, nullus quoque erit, qui citari possit. Hanc communem dicit Zucchard.ibid.num.311. Sin verò possessor fuerit, citari illum oportet, quia nec possessor iniustus sine citatione, sua possessione priuari debet, hanc tenent communiter DD. in d. l. fin. & ferè nemo est, qui dissentiat, teste Menoch.in d. remed. 4. num. 448. attamen non opus est ea, si notorium sit possessorem ius nullum habere, vt declarat ibidem Menochius.

Quæro, quis iudex sit in hoc iudicio? Respond. aut loquimur de immissione decretali, aut actuali: primo casu is competens est iudex, sub cuius iurisdictione petens habet domicilium: altero casu is, sub cuius territorio sitæ sunt res hæreditariæ: ita tenet gl. in d. l. final. à qua cæteri DD. & interpretes non dissentiunt, vt testatur Menoc.in d.remed.4.n. 403. eámque receptam attestatur, quam tamen ita intellige, vt iudex territorij, in quo sita sunt bona, sine literis remissoriis à domicilij iudice datis, immittere in possessionem non queat, vt vult text. in l. cum quædam puella, ff. de iurisd. omnium iud. vbi Bald.& in d.l.final. idem docet, cum quo sentiũt alij DD. teste eodem Menoch. d. remed.4.nu.404. Immittens autem in bonorum possessionem, habebit mixtum imperium, l. iubere, ff. de iurisdict.omn.iudic.& sine controuersia semper, quando officio iudicis nobili illa immissio fit. Vnde Zucchar d. communem dicit in d.l.final, num.178.& omnes hoc affirmant, teste Menoch. in d.remed. 4. num. 415. si nullo contradicente immissio petitur, vt iudex habeat mixtum imperium, quia tunc nobili eius officio hæres in bona hæreditaria immittitur. Magis communem ait idem Zucchard.ibid.nu. 178. etiam eo casu, quo contradictor existit, quia nõ iure actionis, quemadmodum Bart.& Alex. volunt, sed etiam nobili iudicis officio hæc immissio expeditur. 6

Hinc facilis solutio eius, quod quæritur, an officium hoc delegari possit? Nam si solum cognoscẽdum est, num quia mittendus sit in possessionem, delegari potest, secundum Bart.& Dec.in d.l. fin.& hæc est communis opinio iuxta Zucchard. ibid.nu. 272. Si verò realiter mittendus est, tunc delegari nequit, vt iidem docent DD. quorum opinionem magis receptam inquit, Menochius in d.remed. 4. num.440. 7

8 Quæro, num à sententia in hoc remedio diffinitiua appellare liceat? Respond. Quòd non liceat, tenent gloss. Bartol. Bald. & alij communiter DD. in d.l.fin. eámque receptam omnium DD. sententiam ait Menoch. in d. remed. 4. num. 826. quod tamen idem declarat, & restringit, quoad effectum suspendentem executionem, vt non liceat inde appellare, non tamen quoad deuolutionem cognitionis iustitiæ vel iniustitiæ ad iudicem, ad quem appellatum extitit: quia etiam in cæteris possessoriis momentaneis, quæ celeritatem desiderant, secundum communem & magis receptam, quoad effectum deuolutiuum à sententia diffinitiua appellare concessum est. Quod autem hæc sententia sit definitiua, communem ait Barto. in l. quod iussit, ff. de re iudic.

9 Quòd si dubitatio de mistione oritur, quæro, quomodo probari possit? Respond. Communis & recepta DD. sententia est, referente Menoch. in d. remed. 4. num. 914. vt publicis instrumentis probetur, sed tamen testibus probari posse quinque, quia tot testes scripturæ loco sunt, tenet Barto. in d.l. generaliter, & Bald. C. de nume. pecun. Dec. in c. 2. de probat. Afflict. decis. 13. num. 5. Angel. Salyc. & Maorua. in d. l. fin. solius nuntij in bonorum possessionem immitrentis relatione probari volunt, quibus contradicit Dec. qui tamen cum aliis testibus probari posse non negat, maximè si scriptura vel acta sunt deperdita.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quid sit transmissio in specie?*
2 *Quotuplex ea sit?*

SIc habuimus, quomodo possessio acquiratur ab hærede, translato dominio per hæreditatis aditionem, restat, vt porrò dicamus, quæ iura in hæredem transmittantur; inter quæ primum est ius hæreditatis agnoscendæ; cui *Transmissionis* nomen à DD. vulgò tribuitur soli, quod deinceps sequitur, priuilegium, iura seruitutum & obligationum, quibus *Transitionis* appellatio datur.

1 Regulate est, & ab omnibus receptum, quod hæreditas vel successio nondum acquisita, non transmittatur; nemo enim plus iuris ad alium transferre potest, quam ipse habet, l. nemo plus iuris, l. nemo plus commodi, ff. de reg. iur. Sed benè transmittitur vt acquirenda, si defunctus eam facultatem habuit. Hæredem enim eiusdem potestatis esse, cuius defunctus fuit, constat per d.l. hæredem. Ex quo hæc specialis transmissio, quæ de hæreditate vel legato, hoc est, de successione ex testamento vel ab intestato defertur, definitur successionis prorogatio. l. si quis filium, §. 1. ff. de acquir. hæredit. vbi glos. ordin. Bart. Bald. Angel. Castrens. Imol. Angel. Aret. Alexan. Ias. & alij communiter DD. Bald. in l. cùm proponas, C. de hæred. instit. DD. in l. cùm in antiquioribus, C. de iur. deliber. & l. vnica, C. de his, qui ante apert. tabul. idem in effectu ponunt.

2 Vulgaris item est distinctio DD. vt videre licet apud Fernand. Vasqu. §. 10. de successi. progress. Ant. Gomez. & alios de transmissione scribentes, apud Ioan. Pyrrhum, Ioan. Raynand. Ange. Perus. & alios de suitate tractantes, quod transmissio successionis sit triplex; deliberationis scilicet, suitatis, & sanguinis, quibus addunt alij successionis particularis, puta legati & fideicommissi translationem. De quibus singulis præcipuas & magis vtiles proponemus quæstiones, eásque breuiter pro angustia temporis, quæ nobis data est, resoluemus.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Hæreditas vt transmittatur, oportet eam esse delatam.*
2 *An in hæredis hæredem transmissio fiat.*
3 *Et si fit, num ille mediatè vel immediatè fiat defuncto hæres.*
4 *Ius transmissionis an sit potentius iure substitutionis.*
5 *Anne etiam fortius sit iure accrescendi.*

ANtequam ad dictas species descendam, visum est, quædam generalia præmittere, & in primis pro maiore definitionis explicatione quærendum arbitratus sum, an hæreditas nondum delata transmitti possit? Respond. quòd non; nam si Titius Mæuium hæredem scripsisset, atque ipse Titius ante mortem Sempr. patris sui moreretur, nunquam Mæuius Sempronij hæreditatem habere posset, idem est in Seij hæreditate, qui Titium ante se defunctum instituisset hæredem: & ita tenet Bart. in l. fin. ff. ad Tertull. per l. ventre, ff. de acquir. hær. Bald. in consil. 122. lib. 2 DD. in l. cùm in antiquioribus, C. de iur. delib. Et hoc de communi testatur Crauett. consil. 410. num. 9. Idem obseruatur in hac hæreditate repudiata, & magis, quoniam repudians hæreditatem, non vult habere hæreditatem, l. qui ad alium, ff. de regul. nihilque iuris amplius habet eam adipiscendi, etiamsi millies velit, nisi sit suua, qui abstensionem potest reuocare, vt supra dictum est §. omissio hæreditatis, & istam opinionem ex communi tenet Fernand. Vas. de succes. progres. seu part. 2. §. 7. in fin. 1

Quæro, num in hæredem hæredis transmissio fiat, puto, si Titius scripsit Seium, Seius Semproniũ, ac Seius ante agnitam Titij hæreditatem, post Titium tamen mortuus esset? Respon. Quod sic: nam transmissio nihil aliud est, quàm successionis dilatio, hoc est, si primus non agnouerit, secundus ex facultate primi eam agnoscere potest, idem de tertio vel vlteriori sentiatur hærede, modò temporis decursus non obsit: quoniam non solùm primus hæres defuncti hæres & successor esse creditur, sed etiam reliqui, quamuis per successionem longissimam defuncto hæredes intelligantur esse, l. qui per successionem, ff. de reg. iur. & est communis opinio secundùm Ias. vt testatur Cephal. consil. 393. num. 64. 2

Quæro ad dicta, an vlterior hæres defuncto mediatè vel immediatè hæres existat? Respond. Quòd existat defuncto hæres mediatè. Nam transmissio est transilitio, sed transitio de hærede in hæredem, vel successionis dilatio vel prorogatio. Istámque opinionem tenet Bart. in l. 1. ff. de vulg. & pupill. quam magis communiter sequuntur DD. vt asserit Socin. consil. 61. num. 13. vol. 1. 3

Quæro, an ius transmissionis sit potentius iure substitutionis, vel quod idem est, an decedente instituto præferatur in hæreditate agnoscẽda substitutus, vel instituti hæres ex iure transmissionis? Resp. Omissis dd. altercationibus in subtili & vtili hoc articulo, dico breuiter, quod ius transmissionis per omnes species sit fortius iure substitutionis, & quòd hæres instituti præferatur substituto in agnoscenda hæreditate. Nam facultas agnoscendi, quæ data est à testa- 4

à testatore instituto hæredi, non tam facilè extinguitur, nec substituto locus creditur datus antè, quàm in instituto nullus amplius reperiretur, vel reperiri posset, iuxta l. si paterfamilias, ff. de hæred. instit. l. cùm proponas, C. eodem, quoad ius deliberandi commun. dicit opin. Alex. in d. l. cum proponas, num. 4. comm. quoque fatetur Ioan. Durand. de art. testand. tit. de substit. caut. 5. quoad ius transmissionis ex suitate, nobiscum faciunt Bartol. d. l. 1. ff. de vulg. & pupill. Bald. in l. si filius hæres, ff. de liber. & posthu. Gomez. & alij recentiores in compend. de transmiss. Coras. Miscel. cap. 2. num. 2. hanc commun. dicit Angel. Aret. in dict. l. si filius hæres. Et hoc volunt, quotquot per substitutionem vulgarem suitatem tolli negant: atque hoc nolunt, quicunque aiūt, suitatem tolli per dationem substituti vulgaris, quorum multos S. M. recensuit in §. suitas, quæst. 10. num. 1. quoad transmissionem ex iure sanguinis firmat Socin. in l. vnica, C. de his qui ante apert. tabul. vbi hoc communiter approbatum testatur.

5 Quæro, num ius transmissionis sit quoque potentius iure accrescendi, & si Titio cohæres sit datus Mæuius, an mortuo Titio nondum agnita hæreditate, admittatur ad eius portionem Mæuius vel Sempronius Titij hæres? Respond. Dictum est §. substitutio, quæst. 13. quod substitutus præferatur coniuncto, ex quo sine cōtradictione deduco, quod etiam is, vt est ille, cui ius transmissionis competit, qui substitutum vincit, præferatur coniuncto, Sempronius Mæuio. Nam si vinco vincentem, multò magis vincam victum, hoc vulgò receptum dicit Franc. Duar. de iur. accresc. lib. 2. q. 13. quamuis ipse dissentiat, commun. ait Soci. cons. 93. nu. 3. vol. 4. indubitatam testatur Fernand. Vasqu. de success. progress. §. 6. nu. 18. Quod procedit etiam in transmissione ex iure suitatis, licet hanc secundum nonnullos, vt S. M. dixit in §. suitas, q. 11. datio cohæredis extranei tollat, secundum Iaso. verò in l. pro hærede, §. Papinianus, ff. de acquir. hæred. nequaquam, cui & sua sententia communis est, atque istam opin. probat text. in l. si fratris, C. de iur. deliber. Bart. & reliqui DD. communiter ibid. hanc communé attestatur Alexand. in l. cum quidam, ff. de instit. & substit.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Quid transmissio sit ex iure deliberandi.*
2 *An competat etiam filio.*
3 *Num instituto in re certa.*
4 *Nunquid etiam succedenti de iure prætorio.*
5 *An competat iuris deliberandi transmissio hæredi fideicommissario.*

1 NVnc ad transmissionem iuris deliberandi deuenio, & dico, quòd nihil aliud sit, quàm facultas, qua hæres quiuis scientia hæreditatem sibi delatam, potest in tempore ad deliberandum suo antecessori dato, hæreditatem nondum agnitam neque repudiatam agnoscere, vel repudiare; quæ omnia patebunt ex sequentibus, & maximè ex l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber.

2 Dixisti, quòd hæres quiuis habeat facultatem, hæreditatem à prædecessore suo nondum agnitam vel repudiatam, acquirere vel omittere, quæro itaque, an quoque suus hæres, cui competit altera trāsmissionis species ex iure suitatis, hoc ius habeat deliberandi? Respon. quòd sic, & textus est expressus in d. l. cum in antiquiorib. quem firmant DD. omnes, vbi Bart. quem sequuntur moderni, vt testatur Ias. hanc vtilitatem addit, quia ex hac lege filius non habet necesse se probare filium, quod facere cogitur, si allegaret transmissionem ex suitate, quódque facere est difficile, vt iidem testantur DD. ibi per l. Lucius, ff. de cond. indeb. sed sufficit probare istum institutum fuisse in testamento, vel aliàs ab intestato succedere, & sciuisse hæredit. sibi fuisse delatam, aut solum docere debet, sibi à iudice datum esse tempus ad deliberandum.

Quæro, an institutus in re certa, qui potuit adire, postquam repudiauit hæres vniuersalis, decesserit ante aditionem, transmittat ius deliberandi? 3
Resp. quòd ita, nam fit hæres vniuersalis iuxta commu. DD. sententiam, vt asserit Alex. in l. quoties, C. de hæred. instituen. imò transmittit hæreditatem etiam ex alio iure, de sensu Salyc. in d. l. quoties. quē putat Alexan. ibidem verissimum.

Et hoc procedit quoque in bonor. possessore, 4
seu prætorio successore, nam & is bonor. possessionem transmittit, ex d. l. cum in antiquioribus, ita tenet ibi Cyn. Fulgos. Alexan. Iason & alij DD. Cyn. & Castrens. in l. qui se patris, C. qui admitti, & hāc veram atque de communi contra Angel. Castrens. & nonnullos alios testatur Anton. Gomez. variar. resolut. cap. 9. num. 46.

Ius deliberandi transmittit quoque fideicom- 5
missarius, si modò adita est hæreditas, vel petita aditi, & ita tenet gloss. in l. filiofam. ff. de leg. 1. quam sequũtur ibid. Bart. Ang. & Imol. in l. 1. §. si is qui 400. ff. ad Treb. cum Bart. omnes dicit transire Soc. in l. cum filiofam. num. 67. ff. de legat. 1.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Qui transmittit hæreditatem, debet scire sibi eam esse delatam.*
2 *Quid si propter absentiam non potuit scire.*
3 *Quid in furioso.*

NOn sufficit autem ad transmissionem iuris deliberandi, vt defunctus sit hæres, & ante repudiatam vel aditam hæreditatem decesserit, sed necesse est, vt quoque sciuerit eam sibi esse delatam, de quo textus est, in d. l. cum in antiquiorib. & communis omnium DD. opinio, ibi & in l. vnic. C. de caduc. tollend. communémq; dicit Bursat. cons. 61. 1
Sed contra communé aliud ex textu d. l. cum in antiquiorib. sancitum reperio, quòd nimirum scientia hæredis non requiratur, sed Imp. eam ob causam scientiæ meminit, vt ostendat præscriptionis seu exclusionis initium, quòd non currit ignoranti, verum scienti solummodo, quod si verũ, vt quoq; est, amplissimũ illius l. beneficium erit, nec multũ vtilis sequens disputatio, at retenta communi quæro.

Sed quid si quis non potuit scire, puta propter 2
absentiam, vel aliam causam? Respond. tunc datur eius hæredi restitutio in integrum, vt dixi suprà quæst. 20. artic. præcedenti, ac ita tenet Bartol. in l. quis duos, ff. de reb. dub. quem sequuntur mod. DD. vt etiam Alex. consi. 168. lib. 2. Socin. in l. si mulier, ff. eod. Crauet. consi. 410. n. 11.

Nunquid etiam illud beneficium locum habeat, 3
cum furioso delata est, quæritur? Respon. quòd ita, & licet ipsius nomine hæreditas à curatore agnita non acquiratur, nisi institutus fuerit seruus vel

filiua eiua, aut ipse fuerit hæres necessarius, vt tenet glos. & DD. in l. fi. C. de curat. furios. eámque communiter approbatam dicit Alexan. in l. infantis, C. qui admitti, tamen eadem ratio & causa restitutionis est in furioso, quæ in infante, vel minoribus, de quibus dixi infra quæst. 29. nu. 15.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Infans non transmittit ius deliberandi, quia ipse nequit deliberare, & nescit hæreditatis seu successionis causam.*
2 *Nisi ad patrem.*
3 *An etiam ad matrem.*
4 *An tutoris scientia sufficiat, vel patris.* 5.

1 QVæro etiam, an infans ex hoc capite hæreditatem vel ius deliberandi transmittat? Respond. communis est Doctor. sententia, quòd non, quia nescit hæreditatem sibi esse delatam, hoc autem scire non potest, quia eius causam ex qua defertur, ignorat, l. pupillus, ff. de acquir. hæred. verùm si scientia in alio hærede, vt in proxima probaui quæstione, num. 1. transmittente non requiritur, quare nec in infante necessaria erit vt transmittat, neque in furioso, aut aliis, qui propter impedimentum aliquod non potuerunt scire hæreditatem sibi esse delatam, pro qua sententia facit l. Pannonius, ff. de acquir. hæred.

2 Constat ex l. fi infanti, C. de iur. deliberandi, quòd hæredi as filio infanti delata, nec dum ab ipso, vel tutore, vel parente adita, transeat in patrem, num hæc fiat ex iure deliberandi, & sic ex hoc tertio transmissionis capite transmissio? Respond. illud quidem rubrica arguit, sed textus in nigro expressè repugnat, dicens, quod hoc fiat iure patrio, quia filius est portio paterni corporis, quæ transfusa est in procreatione ipsius filij, per l. vltim. in fin. C. de impub. & aliis subst. l. scimus ad fin. C. de agricol. & censit. ac inquit Guiliel. Oniac. in qu. Acade. 8. num. 1. quòd patria potestas suppleat scientiam, ex quibus patet illum velle, quòd ius deliberandi solum in patrem, non ipsa hæreditas transeat. Sed isti obstant opinioni verba hæc in d. l. fi infanti, potest pater iure patrio, quasi infanti quæsita capere, transmittitur ergo vt adita hereditas, non vt adeunda: volunt nonnulli hoc, quemadmodum ibi testatur gloss. in verb. quæsita, sed glossa contrarium sentit, & ait patri deferri, non vt peculium statim quòd possit occupari fine alio actu, sed vt hæredi infantis adeunda, eum nondum est adita, secus verò si adita fuerit. Cum glos. transeunt Bartol. Bal. Angel. Salyc. Alex. & Iason & communiter DD. vt testatur ibid. Alex. no. 5. peculiaris itaque est hæc transmissio, & alia à tribus istis transmissionum speciebus.

3 Num huc ius ad matrem cæterósque in materna linea adscendentes pertineat, quæro? Respondeo: affirmatiuam tenet Bald. in d. l. fi infanti, dum dicit, quòd pater istam hereditatem debeat diuidere cum matre & fratribus, idem sentire videtur Bartol. in l. ventre, ff. de acquir. hæred. cum quo faciunt Imol. & Angel. ibid.

Sed contrariam opinionem sequitur Nicola. de Mat. à Bald. in d. l. fi infanti, relatus, & Ange. cum Castrens. ibid. vbi Salyc. dicit, hoc ita proprium ius esse patris, vt fi repudiaret, non accresceret cohæredib. matri scilicet & fratribus, in aliis bonis dicta hæreditas infanti delata, sed deuolueretur ad alios, ad quos iura fuissent, si pater hoc priuilegium non haberet, puta ad substitutum datum infanti, vel ad eos, qui priori defuncto ab intestatu successissent, eam quoque tenet Alex. in d. l. fi infanti. Guiliel. Oniac. in d. quæst. 8. num. 3. estque opinio verior & communior. Quam tamen limita secundum Alexand. in d. loco, vt mater cum fratribus excludatur, si hæreditas non adita vel plenè infanti quæsita, sed quasi quæsita: in illa par conditio est matris, fratrum atque patris, in hac verò solus pater habet priuilegium & paternus auus, vt si filius infans decessit nô adita sibi hæreditate delata, superstite matre & auo paterno, quamuis mater sit in solidum hæres infantis in alus bonis, & præfertur auo paterno iuxta autben. defuncto, C. ad Tertull. tamen in d. hæreditate filio infanti delata nec dum adita, præfertur auus paternus, ex dict. l. fi infanti, & secundum receptam DD. sententiam.

Ad iura deliberandi regredior transmissionem, 4 & quæro secundum dictam communem, quę scientiam requirit, & Barto. qui hanc etiam ab aduocato cauto àrticulari postulat in l. cùm in antiquioribus, C. de iur. deliberandi, num scientia tutoris, vel patris sufficiat? Respond. de tutore sunt diuersæ opiniones, quod sufficiat, tenent Francisc. Tigrin. & Bartol. in dict. l. cùm in antiquioribus, quia tutoris scientia censetur pupilli, l. sequitur, §. si pupilli, ff. de vsucap. l. non solùm, §. si cum, ff. de liber. caus. quos sequitur Alexand. & alij frequentius in d. l. cum in antiquioribus. Contrarium tenet Bald. in dict. l. fi infanti, cum quo transit itidem Angel. quanquam vtramque opinionem tentet conciliare Bartolus, suam tamen opinionem limitat, vt scientia tutoris non profit infantis hæredi, quando tutor decessit ante pupillum, quia scientia requiritur tempore mortis: sed illi benè occurrit Alexand. in d. l. cùm in antiquiorib. num. 8. ex glos. in verb. sciens, quæ vult quòd annus ille sit vtilis ab initio, postea verò fit continuus, & sic satis est, quòd à principio sciuerit: & licet Bald. non sentiat cum Bartolo, quoad priorem articulum, ttmen ipse & Salyc. in d. l. fi infanti, consentiunt Alexan. sed tu serua quod dixi in quæst. 20. supra nu. 1.

Quod autem patria scientia hereditatem esse delatam, ad transmittendum ius deliberandi non sufficiat, tenet Bar. in l. cùm in antiquioribus post medium, vers. expeditis, C. de iur. delibe. vbi etiam Castrens. Alex. Bart. in l. qui duos, ff. de reb. dub. Cuma. consil. 122. cur diuersum in tutoris & patris scientia DD. statuant non video, vtera que enim pro infante hæreditatem solus adire potest, vt dixi, in atticu. acquisitio hæred. quæst. 17. num. 3. 5

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *An ad fiscum transmittatur ius deliberandi.*
2 *Quantum tempus facultas deliberationis sic transmissa duret.*
3 *An filius ex triplici capite possit tempus deliberandi transmittere.*

COnstat iam, quemuis scientem sibi hæreditatem delatam, posse transmittere ius deliberandi, & ad quosuis, secundùm DD. communiter in d. l. cùm in antiquioribus, teste Gomez. variar. resolut. c. 9. nu. 51. Quæro an etiam ad fiscum transeat? Respondeo: Fiscus succedit in bona vacantia & caduca, vel venit vt hæres, hoc modo eiusdem fit potesta- 1

potestatis cuius & d. functus fuit, com. Ceph. consi. testatur 321. nu. 25. 65. itidem Bursar. consi. 123. altero verò nihil nisi acquisitum vel vacans capit, quare arbitrium adeundi vel repudiandi in fiscum quoque non traosibit, l. si quis mihi bona, ff. de acquir. hæred. altero verò casu transmittetur.

2 Quæro, quamum tempus durat facultas deliberandi ad hæredem transmissa? Respond. ex d. l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliberandi, nominatus est annus intra quem deliberari potest, deliberatióque transire ad agnoscendam bonorum possessionem, decreti sunt aliis centum dies, parentibus & liberis annus, l. 1. §. largius, ff. de successor. edict. quo tempore elapso ius deliberandi non transmittitur, si verò ante decursum dicti temporis, hæres, hæreditate vel bonorum possessione nondum agnita, decesserit, quicquid superit de illo, eius hæredi saltem vtile erit, & de hoc est text. clari. in d. l. cum in antiquioribus, quodque communiter ibid. à DD. tenetur, vt asserit Vvesembec. consi. 89. num. 8. commun. dicit Gozadin. consi. 56. n. 9.

3 Quæro, si filius decessit post annum, an transmittat ius deliberandi altero anno, vt legitimus? Respond. negatiuam tenet Fulgos. in l. licet, C. de iur. deliber. quia de iure ciuili adhuc durat facultas adeundi ex primo capite vsque ad 30. annos. Contrarium seruat ibid. Bald. cuius dictum Alex. saluat, quoad successionem prætoriam, & difficultatem totam, ex communi DD. opinione, soluendam autumat, quæ dicit quod d. l. cum in antiquiorib. etiam locum habeat in successione prætoria, quod & verum arbitror.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *Suus hæres transmittit hæreditatem non aditam ex iure suitatis.*
2 *Etiamsi sit infans.*
3 *Non tamen emancipatus.*
4 *Quid si datus esset ei substitutus.*
5 *Quid si cohæres extraneus.*
6 *Quid si fratres essent superstites.*
7 *Quid si pater esset filio institutus.*
8 *An frater pupillariter substitutus, fratri ex hoc iure transmittat hæreditatem paternam.*
9 *Quid si repudiato primo capite, succederet ex inferiore aliquo.*

1 Constat ex apostolo, si quia filius, & hæres, id est, dominus rerum paternarum, absque vllo alio facto, mero iure, quare etiam plus iuris filius ad hæredem transmittet, quàm alius, qui hæreditatem nondum adiuit, rerumque hæreditariarum dominium acquisiuit, & de dictis est textus bonus, in l. 2. §. Filium, ff. pro hær. vbi dicit Seruius, filiū nō posse rem donatam à patre vsucapere titulo pro hærede, quia mutaret possessionem naturalem, quæ erat penes filium viuo patre, & in l. in suis, ff. de lib. & posth. l. filius qui patri, ff. de vulga. & pup. l. si quis filium, C. de inofficios. testam. eamque opin. communiter tenent DD in l. si infanti, C. de iur. delibe. & est communis opinio secundum Alexand. in l. si fratris, C. eod. Quare ad quosuis hæredes, etiam extraneos trāsmittet hæreditatem paternam iure suitatis, hæc adeò hodie nonnullis communis est, vt nemo ex illorum opinione audeat contrà hiscere.

2 Quòd verum puto, quamuis filius sit infans, nam vt ea d. l. in suis, dominium ipso iure transeat in filium, non efficit maior ætas sed sola suitas seu filistio: & hanc commun. dicit Iason. in l. si infanti, C. de iur. deliber. cui opin. Bald. ibid. aduersatur, cum aliis nonnullis. Sed communem opinionem testatur Alexand. veriorem.

De emancipato tamen, vt paternam hæreditatem transmittat non aditam, hoc non dico, quamuis sublata sit in successione differentia inter suum & emancipatum l. meminimus, ff. cum igitur, C. de legit. hær. & est communis opinio secundum Alexand. & Iason. in l. si fratris, C. de iur. deliber. & Angel. in l. Illud. ff. si para hæreditatis petatur. commun. item fatetur Ioan. Pyrrhus in tractat. de suitate num. 15. veritatem testatur Fernand. Vasq. de progres. succes. §. 7. num. 5. veram & communem asserit Gomez. variar. resolut. c. 9. num. 24. 3

Quid si pater eum instituisset, atque extraneum vulgariter substituisset? Respond. nihilominus ex hoc iure transmittet, potentius enim ius transmissionis est, quàm substitutionis, vt supra dictum, & confirmatur nunc l. vnic. C. de his qui so e spert. gloss. in l. si pro dote. §. fin. ff. de legat. præstand. quā sequitur Bar. ibid. Castrens. cum alia DD. in d. l. vnica, hanc communem dicit Iason. l. 1. ff. de vulgs. commun. item fatetur ibid. Barbar. ad Bartol. com. testatur Socin. consil. 296. volum. 2. magis comm. idem ait consil. 67. num. 4. volum. 4. magis item commun. à qua non recedendum in consulendo & iudicando asserit Anton. Gomez. variar. resolu. c. 9. num. 50. nec obstat dictus communia illa, quam posuit socer meus in §. suitas. quæstio. 10. num. 1. quæ vult, quòd per dationem substituti tollatur suitas, & sic consequenter iuxta eam, tolleretur transmissio ex iure suitatis. 4

Sed quid si extraneum pater filio dedisset cohæredem? Respond. ad hanc quæst. respondi supr. vbi dixi ius transmissionis esse quoque fortius iure accrescendi, eámque indubitatam enunciat Fernand. Vasq. de success. progress. §. 6. num. 17. quia ius accrescendi est tacita quædam substitutio, vt dictum est in §. ius accrescendi, quæst. 2. & quamuis da io cohæredis extranei tollat, iuxta communem, ius suitatis, tamen transmissioni nihil derogat, vt relatum est in §. suitas quæstion. 11. numer. 4. 5

At si ex testamento non succederetur, sed ab intestato, & filius haberet alios fratres? Respond. potior est causa liberorū defuncti, quàm fratrū, & hoc caret omni contradictione, sed an fratrum causa & successio prior sit extraneorum, dicetur quæst. sequenti. 6

Quod si filius ab extraneo fuerit institutus, & ante aditam hæreditatem decesserit, an ad liberos suoa transmittet, an verò ad patrem vnà institutum. Respond. diuersum quod est à præcedenti quæst. inuenies supra, quæst. 21. num. 3. 7

Quæro vlterius an frater pupillariter substitutus fratri, hæreditatem fraternam pupillarem ex suitatis iure transmittat? Respond. quod sic, nam quos mihi facere necessarios hæredes, eos possum & filio l. sed etsi plures, §. quos possum, ff. de vulgar. & pupil. ita tenet Angel. Imol. Castrens. in l. qui duas, ff. eod. Alexand. in l. quoniā, C. de iur. deliber. Bartol. Salic. & alij cōmuniter Dd. in l. emācipati, C. qui ad mitti, vt testamr Ioan. Pyrrh. in tract. de suitat. nu. 4. 8

Quæro si filius repudiasset patria hæreditatem ex primo capite, seruassétque inferiora, num tunc ex hoc iure suitate transmittat? Arius Pinel. l. 1. part. 2. num. 39. C. de bon. lib. 9

QVÆSTIO XXIIII.

SVMMARIA.

1 *An hæreditas paterna, ex transmissione suitatis, transferatur ad quoscunque hæredes etiam extraneos.*

2 *Quid si defuncto sint fratres.*

1 CERTVM est ex relatis, quòd hæreditas paterna etiam à filio non agnita, transmittatur, quæro num ad quoscunque transeat, hæredes quoque extraneos? Respond. controuersa hæc est quæstio inter Azonem & Hugolinum antiquos glossatores, & per discipulos grauiter disputata, atque adeò, vt Bald. teste Iason. in d.l. si infanti, c. de iur. deliberand. dicat eam indigere decisione Cæsarea. Et quòd ad extraneos non transmittat, tenet gloss. in l. apud hostes, C. de suis & legit. & in l. si fratris d. l. si infanti l. cum in antiquioribus, verb. ad posteros. C. de iur. deliberand. eamque secuti sunt Martin. Sil. & multi antiquorum, nominatim verò Bal. & Fulgos. in d.l. si infanti, Salicet. vterque in dict. l. apud hostes, & alij quos allegat Fernand. Vasqu. de succes. progres. §. 8. num. 8.

Contraria verò opinio, quòd etiam ad extraneos transmittatur, probatur ex l. fin. §. sin autem perpetuum, C. de curat. furios. l. si fratris, c. de iur. delibe. l. apud hostes, c. de suis & legit. hanc tenet Iacob. Are. Petr. Cyn. Ruin. Bart. in l. ventre, ff. de acq. d. l. si infanti, Bald. in d. l. apud hostes, l. cum debitum, C. de iur. delib. hanc commu. testantur Ludouic. Roman. in d. l. ventre, Iason in d. l. si infanti n. 14. & ante eum Alex. in l. si filius, n. 3. ff. de vulgar. & pupilla. Dec. consf. 250. & 331. Ioan. Cephal. consf. 56. n. 4. lib. 1. communem item fatentur Fernan. Vasq. de succes. progres. §. 21. nu. 266. Ang. Perusin. in tractat. de suitate, n. 73. magis communem asserit Alex. consf. 20. vol. 1. magis communem & meliorem agnoscit Soc. consf. 8. circa fin. l. 4.

2 Sed quid si defuncto fuerint fratres, vel filii, de cuius successione agitur? Resp. etiam de hac non leuis est dissensio inter illos, qui magis communem propugnant. Quòd extraneus omni casu præferatur, volunt, Bar. Imol. Fulgos. Salic. Castrens. & communiter DD. in d. l. si infanti, vt testatur Fern. Vasq. d. §. 21. n. 268. vbi Alex. & Ias. eam comm. enunciant opinion. communem affirmant Aretin. & Rom. in d. l. ventre, verius putat Ang. Perus. in d. tract. de Suitate num. 79.

Quòd extraneus non præferatur, si defuncto fratres fuerint, vel filii, tenet gl. in l. si quis filium, §. 1. ff. de acq. hæred. Bart. in l. ventre. Bald. in l. qui se patris, C. de iur. deliber. comm. istam dicit Corn. in d. l. si infanti, commu. similiter testatur Barbat. consf. 60. qui ad eam plurimos ibid. allegar. veriorem pronunciat Fern. Vasq. in d. §. 21. per d. l. apud hostes, hanc communiorem, veriorem & æquiorem dicit Bursatus consf. 61. n. 21.

3 Sed in conflictu tanto, quid faciendum? amplectendam arbitror in puncto iuris priorem, & fugiendam existimo posteriorem opin. pugnat enim cum iuris principiis, & quidem sine expresso textu aut probabili ratione, & negat in hæredem transire omnia iura, quæ defunctus habuit, affirmátque potentius esse ius accrescendi, quàm transmissionis, vel institutionis, seu vltimam voluntatem, quæ tamen efficere potest, vt res non transmissibilis transmittatur, & ne transmissibile transferatur, vt dixi infra, quæst. 27. qua de causa non malè dictum autumo à Bald. & aliis magis communiter in l. hæc verba ff. de legat. s. vt testatur ibi num. 20. Socin. impedire transmissionem, est impedire volũtatem testatoris, quod lex non facit sine aperta testatoris voluntate. Non est autem mihi dubium, quin filius testator maluerit transferri in hæredem extraneũ, vel cum suo filio institutum, vel solum scriptum, si sciuit patris sui hæreditatem sibi delatam, quàm apud filios vel fratres remanere, secus reor ex naturali æquitate, quia valdè odiosa est illa institutio, qua quia neglecto suo sanguine ac absque graui causa, planè extraneum instituit scribitque hæredem, l. nõ est enim consentiendum, ff. de inofficiof. testam. ideóque restringendam ex æquitate concludo, quãtum fieri potest, salua testatoris manifesta voluntate. Odia namque iuxta Brocardicam, restringuẽda & fauores ampliandi sunt, quamobrem tacita pupillaris non excludit omnino matrem, vt in §. substitutio, quæst. 32. dictum est.

Iuxta modò narrata quæro difficilem & notabilem quæstionem, de qua Oldrad. consf. 93. latè agit. An stante consuetudine vt primogenitus succedat in regno, si primogenitus decedat ante regni adeptionem, an eius nepoti vel patruo deferatur sceptrum? Resp. ad nepotem alij transmitti volunt, alij contra ad patruum, referente Alex. in l. is potest, ff. de acquir. hæred. qui ex Baldi distinctione litem sic ditimit, aut nepos est natus ante patruum, aut post eum, primo casu non potest dici primogenitus: quare etiam ex consuetudine vel statuto de primogenito loquente, in eum non transmittetur regnũ: altero casu in nepotem transit, si nudè diceretur, primogenitus succedat in regno, secus si addit filius. Nam filij appellatione propriè non venit nepos, l. filij appell. & l. iusta, ff. de verbo. oblig. sed Castrens. opin. in d. l. is potest, quæ indistinctè loquitur, mihi magis placet, nam & in feudis agnatus semel exclusus, perpetuò censetur exclusus, donec aliquis de ista linea superest, c. 1. de success. fratr. atque ita tradit VVesembec. c. 6. n. 9. Mozzina de substant. feud. nu. 68. Sonsbec. part. 9. nu. 49. idque tam in nouo quàm in antiquo obtinet feudo. 3

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

1 *An transmittatur ex hoc capite portio filiarum masculis, per statutum vel renunciationem, acquirenda.*

2 *Num successio prætoria hinc transferatur.*

3 *Quid de iure reuocandi abstensionem.*

4 *An institutio conditionalis ex hoc capite transmittatur.*

5 *Nunquid idem obtineat in duabus quartis, quas potest filius detrahere sub conditione rogatus restituere hæreditatem.*

IN §. successio ab intestato, quæst. 3. & 50. dictum est, quod statuto induci possit, vt fœminæ, extantibus masculis, excludãtur à successione, item quòd accepta dote, paternæ hæreditati queant renunciare, quæro nunc an talis portio masculis acquirenda potentia suitatis transmittatur? Respond. quod sic, eámque commun. dicit Decius consil. 331. Iason, qui hanc quæstionem nominat altam in l. emancipata. C. qui admitti, latè hunc passum disputat in l. si arrogator, ff. de adopt. & conclusionis nostræ ratio est, 1

quia

quia ius statutarium, pars iuris ciuilis, filiis attribuit, quòd filiarum erat, vnde & ius transmissionis quod hisce competebat, illis dedisse creditur. & ius ciuile in l. in suis, ff. de liber. & posthum. in omnes suos hæredes, etiam fæminas statim voluit ipso iure sine facto dominium continuari, ita ius statuarium, exclusis fœminis, in masculos solos omnia patris iura tradoci statuit.

2 Sed quæro, num etiam successio prætorio iure delata hinc transmittatur? Respon. quod non, nam iure prætorio potestas patria vel suitas non consideratur, l. nam & ciuium, ff. de his, qui sunt sui vel alien. §. ius autem, Instit. de patria potest. istam opin. tenent Bartol. in l. fin. Aretin. in l. ventre, ff. de acquir. hæred. Alex. in l. emancipata, C. qui admitti, vbi recensei, consentientes, & dissentientes, & affirmatiuam magis in iure fundari & authoritate doctorum, restatur Anton. Gomez. variar. resolut. c. 9. num. 47. Sed benè transmittitur ex iure deliberandi, vt supra retulimus quæst. 4. & ex potentia sanguinis quem pretor agnoscit, & hanc opin. communiter tenent, Cyn. Bartol. Bald. & alii DD. in d. l. emancipata, eámque communem dicunt Alex. & Iason ibid. communem quoque testantur Fernand. Vasq. de succes. resolut. §. 14. num. 41. Anton. Gomez. variar. resolutio. c. 9. num. 45. cum quo eam puto veram & sequendam per l. t. §. hoc autem, ff. ad Trebell. quod tamen intellige de bonorum possessione edictali, quæ iuris est, non autem decretali, quæ facti, vt ait Ioann. Saison. in consuetud. Turon. titul. 25. artic. 3. neque in bonorum possessione contra tabulas, quia odiosa est, impugnat enim testamentum, vt tradunt Bald. Alexand. Dec. & recentiores in l. emancipata, C. qui admitti.

3 At quæro, num etiam ius reuocandi abstensionem, quod conceditur filio, vt dixi, §. omissio hæreditatis, quæst. 3. ex hoc suitatis iure transmittatur? Respond. in eod. §. omissio hæreditatis ostendi suú hæredem transmittere hæreditatem paternam, cum beneficio abstensionis, quia transmissio nihil aliud est quàm successionis prorogatio, eiusdem formæ & qualitatis l. si quis filium, ff. de acquir. hæred. l. si quia filium, ff. de acquir. hæred. l. simili, §. fin. C. de inofficios. testam. ex qua definitione concludendum puto, quòt etiam transmittatur cum beneficio reuocandi abstensionem, dato ab Imper. Iustin. l. fin. C. de repud. hæred. ita tenet gloss. & text. in l. si quis filiumf. ff. de acquir. hæred. gloss. in l. t. C. de his qui ante apert. & in l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber. & hanc tenent, Fulgos. & Roman. in d. l. ventre, Fernand. Vasq. de succes. progress. §. 9. n. 26. Contrariam opinionem secuti sunt plures vt Bartol. Ang. Imola in d. l. ventre Bartol. in l. ex militari, §. 1. ff. de testament. milit. Alexand. in l. si filius qui patri, ff. de vulg. & l. qui se patris, C. vnde liber. Corn. Alex. Iason. in d. l. fin. C. de repudiand. Bald. in l. vnic. C. de his, qui ante apert. tabul. eámque commun. testatur. Iason in d. l. fin. commun. conclusionem dicit Fern. Vas. de succes. progres. §. 9. num. 26. & §. 7. num. 15. recenset quosdam contrariam sequentes partem, magis communem fatentur Alexand. in d. l. qui se patris, Socinus consil. 116. numero duodecimo. ab hac non esse recedendum in consulendo & iudicando dicit Franciscus Curti. ad Alexand. in d. l. qui se patris. Prior opinio confirmatur etiam hoc argumento, quia vt supra dixi, suitati cõcessum est priuilegium vtrúmque, tam abstensionis,
4 quam reuocationis, quare vt illud transmittitur, ita quoque hoc transmittetur, similium enim eadem est ratio.

Quæro, num institutio conditionalis transmittatur ex iure suitatis? Respond. eadem est hæc quæstio cum illa, an conditio, si voluerit hæres esse, filium meum scribo hæredem, sit suspensiua, transmissionémque ex suitate tollens, vel an conditio, si voluerit hæres esse tollat suitatẽ? Quod per dictam conditionem, si voluerit, non impediatur trãsmissio, sentit gloss. ordin. & fin. in l. iam dubitari, ff. de instit. hæred. Dyn. Bald. Angel. & Alban. in l. Cornelius, ff. eod. gloss. cum Bartol. in l. is cui, ff. de action. & obligat. Corne. 42. consil. 225. Socin. consi. 116. & ratio est secundum il. os, ex l. verba hæc, ff. de conditio. & demonstrat. quoniam illa conditio solum necessitatem, non suitatem tollit.

Contrariam tenent opinionem Dec. consil. 339. num. 2. & cons. 416. in fi. Ruin. cons. 140. Paris. consil. 9. num. 26. Socin. iun. consil. 98. num. 7. in 2. volu. Anton. Gomez. variarum resolut. c. 9. num. 32. hanc communem dicit Corne. consil. 18. num. 4. in 4. magis communem testatur Decia. respons. 129. nu. 30. volu. 3. Ratio autem horum DD. est, quoniam sub tali conditione filius fit voluntarius, & veluti extraneus, d. l. iam dubitari, neque vlla dispositio sub cõditione concepta transmittitur, l. vnica, C. de his qui ant. apert. tab. quare deficiente conditione, deficit quoque institutio, vt dixit S. M. in §. institutio, quæst. 26. num. 6. & pro hac mea sententia est textus 5
valde notabilis in l. suus quoque, ff. de hæredit. institut.

Quæro præterea, an ex suitatis iure transeat facultas detrahendi duas quartas, quam scripsit habere filium, Grassus in §. Trebellianica, quæstio. 4. Respond. Quod sic: ita tenet Soarez. in l. quoniam, ampliat. 16. nu. 6. item gloss. Bart. Angel. & alij communiter DD. in l. quanquam, ff. ad leg. Falcid. Idem etiam tenent Capra consil. 89. Dec. consil. 203. Crauet. consil. 50. Cagnol. in l. Papinianus, §. meminisse, commu. asserit Port. cons. 9. commun. quoque fatetur Burs. cons. 19. nu. 36.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

1 *Iure sanguinis transmittitur hæreditas ascendẽtium, absque differentia sexus, ad omnes descendentes.*
2 *Num etiam ad ascendentes.*
3 *An etiam ad collaterales.*
4 *Numquid & hinc transmittatur ad emancipatum.*
5 *Vel liberos naturales tantum.*
6 *Quid in successione pretoria.*
7 *Quæ ex tribus speciebus transmissionis sit latissima: & breuis explicatio l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber.* 1

IVs transmissionis ex potentia sanguinis sequitur, quo citra omnem contradictionem descendentes in linea recta transmittunt hæreditatem, & quiduis illis relictum ab ascendentibus, nõ aditum neque acquisitum etiam clausis tabulis ad suos li- 2
beros, de quo text. est capitalis in l. vnica, C. de his qui ante apert. tabul. hæred. transmitt.

Sed validè DD. inter se concertant, num ex hoc capite hæreditas descendentis transmittatur, ad ascendentem non adita. Et affirmatiuam tenet gloss. cum nonnullis DD. in d. l. vnica, eámque commun. dicit Rom. in l. ventre prætcrito, ff. de acquir. hær.

quoniam eadem ratio in d. l. vnica posita, militat tam in parẽtibus, quàm in liberis, cũ in descendentibus, tùm in ascendentibus. Siquidem etiam perindignum est, fortuitas ob causas vel casus humanos, auos vel proauos, auias vel proauias, nepotum vel neptium successione defraudari, aliósque insperato legati aut hereditatis commodo gaudere: addo quòd, licet inuerso ordine, tamen non minus parentibus legitima iure naturæ debeatur, quàm liberis. Sanciunt tãdem in d. l. vnica Impp. circa fin. generaliter: Habeant verò, inquiunt illi, solatium tristitiæ suæ, quibus meritò est consulendum. Vel quod idem est, consulendum est meritò omnibus, qui super obitum contristantur suorum, vt habeant tristitiæ suæ solatium per banc transmissionis speciem. At magis contristantur parentes super mortem vegetorum liberorum, quàm liberi, cum auus aliquis morosus & elanguidus moritur, amórque magis descendit quàm ascendit: quare inducor, vt hãc opinionem veriorem atque æquiorem putem.

Contrariæ sententiæ sunt Iacob. Butr. Bart. Bald. cum aliis DD. in d. l. vnica, Interpretes in l. si infanti, C. de iur. delibe. vbi specialem dicunt esse casum, qui generalem nostrum infringat, vel falsum ostẽdat. Item DD. omnes, teste Alex. in d. l. si infanti, in d. l. ventre, ff. de acquir. hæred. & hanc commun. dicunt Fulg. & Corne. ibid. commun. item enunciant Guil. Bened. in c. Raynutius, in verb. mortui itaque, nu. 152. de testam. Alex. cons. 166. vol. 7. Io. Cephal. 288. nu. 12. lib. 2. magis commun. ait Socin. cons. 114. vol. 4. nisi ille ascendẽs superstes, esset etiam ascendens demortui.

3 Quæro, num filius non adita hæreditate matris, ex hoc cap. eam transmittat ad suos fratres? Resp. Quòd non: nam ex d. l. vnica, ad collaterales nulla fit transmissio, & in quæstione proposita ita tenet glo. in l. minori, C. ad Orfici. quam communiter sequũtur DD. teste Socin. in cons. 67. nu. 5. volum. 4. ita quoque sentit Imol. in d. l. ventre, commun. testatur Fulgos. in d. l. vnica, commun. quoque fatetur VVesembec. cons. 13. nu. 28.

4 Quæro etiam, an hinc transmittat hæreditatem filius emancipatus? Resp. quod sic: nam & is liberorum appellatione venit, vnde & bonor. possessionem ex c. vnde liberi, vbi gloss. & DD. frequenter: quod si verò quis repudiasset c. vnde liberi, ex hoc iure nihil transferret: nam d. l. vnica solum habet locum in illis, qui possunt venire & admitti, ex cap. vnde liberi, vt testatur Nonius in cons. 27. num. 23. idémque consuluit Socin. iun. à Nonio ibid. relatus cons. 14. nu. 10. lib. 3.

4 Quod de liberis dicimus, intellige, de liberis tùm legitimis, tùm naturalibus tantum, quia etiam hi vocantur ad successionem matris auique materni, vt S. M. retulit in §. successio ab intestato, quæst. 18. & seqq. atque istam opin. tenent Io. de Imol. Fran. Aret. in d. l. ventre, Salic. in l. apud hostes, C. de suis & legit. Item accipe tam de nondum natis, quàm in vita illius ascendentis, de cuius successione agitur, conceptis & natis, vt tenet Cyn. Bart. Albe. Bald. Ang. Corn. Salic. & alij communiter DD. in l. fin. ad Orfic. velut attestatur Anton. Gomez. in tracta. variar. resol. c. 9. nu. 43.

5 Quæro, an ex hoc capite trãsmittatur etiam successio prætoria? Respond. ad hanc quæstionem supra, q. proxima, num. 2.

6 Ita habuimus tres transmissionis species, de quibus vulgò DD. in l. emancipata, C. qui admitti. Ex quibus hæc postrema, quæ sanguinis est, ratione earum ad quos transmissio fit, angustissima, solum enim hinc ad descendentes & adscendentes, iuxta quosdam hæreditas transfertur: altera ex suitatis iure amplior, siquidem à suis heredibus vel illis qui in defuncti potestate sunt translatio fit hæreditatis paternæ ad omnes, etiam extraneos hæredes, prima vero transmissionis species, quàm iuris deliber. diximus, omnium latissima & amplissima, vtpote ex qua quæuis hæreditas siue paterna, siue adscendentium aut descendentium, siue alterius, transmittitur agnoscenda vel repudianda à quocunque tam extraneo, quàm suo hærede, ad quoscunque hæredes scriptos, vel ab intestato venientes absque vllo discrimine. Et si quis mecum constitutionem D. Iustiniani in l. cum in antiqu. penitius considerabit, inueniet, quod primum illud transmissionis caput velit, vt omnis hæres, sine vlla differentia, in hæredem transmittat hæreditatem quamcunque, nisi sciuerit hanc sibi delatam, & intra annum non agnouerit à die scientiæ, tunc enim repudiasse creditur: quod si vero quid supersit de illo anno, hoc hæredis commodo cedat, quo elapso & hic excludatur. Sed si nesciuit sibi hæreditatem delatam, & ante aditionem decessit? Resp. & audacter dico, quod restitutio in integrum hæredi ex persona defuncti sit concedenda ex l. Pannonius. ff. de acqu. hæred. quæ licet olim, vbi arbitrium hæreditatis agnoscendæ vel omittendæ non transmittebatur vt hodie, ex d. l. cum in antiquioribus, stricto iure nõ dabatur. Sed de restitutione mox dicam.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

1 *Ad patrem transmittitur hæreditas infanti filio suo delata, etiam non adita iure singulari.*

2 *Num etiam ad matrem.*

3 *Singulari etiam iure transit hæreditas monacho delata ad cœnobium.*

VT cessat transmissio, cum hæreditas est repudiata, ita quoque ex superioribus non trãsmittitur, si alio iure successio confertur, vt testatur Crauet. cons. 159. lib. 7. & de hoc est specialis casus in l. si infanti, C. de iur. delib. vbi glo. & DD. hoc, excepto Baldo, vt testatur Rom. consil. 85. n. 2. communiter omnes absque controuersia tenent, vnde Alex. ait, quod lex illa nouiter istud induxerit contra l. quoniam sororem, C. eod. & l. vnica. §. in nouissimo. C. de caduc. tollen. atque transmittitur non vt acquirenda, sed vt acquisita, ideóque pater opus non habet aditione, quemadmodum aliàs consueuit fieri, velut attestantur Ang. Castrens. Ales. & Ias. in d. l. si infanti, & hoc secundum Bar. iure peculij, Guilhel. Oniac. q. academ. 8. ait, quod patria autoritas suppleat scientiam & aditionem. Potest tamen pater, si velit, repudiare, iuxta glo. Alexa. & alios DD. ibid. Quod etiam seruus in dominium transmittat ex potestatis ratione absque agnitione, certũ dicit Ang. Perus. n. 75. in tractat. de suitate. 1

Sed an ad matrẽ quoq; trãsmittatur hinc hæreditas infanti delata, tãtæ quæstionis est, vt teste Bursa. cõs. 61. Cæsarea indigeat decisione, et Bald. in d. l. si infanti, & Rom. cons. 495. affirmatiuam tenent Bar. in d. l. vẽtre, & ante eum Cyn. in d. l. infanti, cũ quib. videtur facere in l. vnic. §. fi. C. de his qui ante apert. tab. Ludo. Rom. in d. cons. 495. Oniac. d. q. acad. 8. & Alber. refert, Iasone adducẽte in d. l. si infanti, q. Bononiæ, 2

noniæ, in valde magna hæreditate, hæc quæstio, fuerit anxiè ab aduocatis vtrinque antiquia dispotaia.

2 Negatiuam tenent plurimi, & Alex. testatur, in d.l.si infanti, quod nulles contrariam sequatur opinionem, & hanc communem dicuot Iason, io d.l.si infanti, Ioan. Cephal. consil.56. numer.4. Fernand. Vasq. de success. progress. §.8. ou.1. Bursat. d.cons.61. quam & veriorem opinor, nec disseotientem ab illo, quod dixi supra in quæst.11.num.2. l.enim si infanti, loquitur de hæreditate extranei, quæ trāsmittitur tanquam acquisita, quæstio verò illa continet hæreditatem descendentis, quæ transmittitur, ex l. vnica, C.de his qui ante aper.tab.transmitt.& auth. defuncto, C.ad S.C.Tertullia.vt acquirenda. Et horum confusio sine dubio est, quæ Dd. ferè omnes ad d.l.si infanti, l.vnica, & auth. defuncto, literam, non sensum, contra æquitatem adegit.

3 Hæreditas quoque monacho delata, peculiari iure transfertur, quia & singulari defertur: & est communis opinio, vt djai, in §.hæreditas, quæst.6. idem obtioet io quartis, quæ debetur patrono & arrogato, vt diai alibi.

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Legatum transmittitur.*
2 *An fideicommissum.*
3 *Non transmittitur fideicommissum & legatum, si ante testatorem legatarius vel fideicommissarius decesserit.*
4 *Neque conditionale transmittitur.*
5 *Etiamsi descendentes succederent.*
6 *Quod idem obtinet in legato ad diem incertum.*
7 *Transferuntur tamen, si testator hoc voluerit.*
8 *Vel voluisse præsumatur.*
9 *Ex testamenti tenore, vel etiam verbis eius.*
10 *Nempe si melior conditio fieret minus dilecti.*
11 *Quid si dixerit: euemente conditione legatum sit.*
12 *Quid si sub conditione, si sine liberis decesserint, in vicem substituerit.*

1 SIc fuit transmissio hereditatis directæ, sequitur transitio successionis particularis, & fideicommissorum. De legatis autem constat inter omnes, quòd dominium eorum transeat statim à morte testatoris, & quidem immediatè, vt Grassus dixit in §.legatum, quęst.70. quare etiam extra dubiū traosmittentor, textus est expressus in l.voica, §.1.C. de caduc.tolle. Communem dicit Socin. de legat.1.l.1. num.402.

2 Quæro, an etiam fideicommissum trāsmittatur? Resp. De particulari, quod legatis est adæquatum, non est dubium, quin transeat in hæredem legatarij post illum decedentis, qui illud reliquit. Quod & de vniuersali dico; nam licet dominium eius oon transeat in fideicommissarium ante restitutionem verbalem vel realem, vt probatum est in §. fideicommissom, quæst.42. tamen vt transmittatur dominium, transfertur fictè vt in legato seu particulari fideicommiss. text. est in l.apud Iulianū, §.verū, ff.ad Trebell.l. cum secundum, C.de fideicomm.& hanc opinionem indifferenter omnes tenent Dd. vt attestatur Paris.consi.91.n.34.vol.2.io l.fin.C. de verb.sign.commun.dicit And.Gail.lib. 2.obser.131. nu.1.Fern.Vasq.de success.progress.§.7.nume.19. & etiam ante aditam hæreditatem, l.si personam, C.de fideicom.Cyn.Bart.& Ripa cum aliis communiter Dd.in l.1.ff.de legat.1. ibique eam commu. testatur Alex.commun.item dicuot Marc.Anto. Bauer.in l. filio, ff.de legat.1. Vasq. de success.progress.§.7.n.49. Mazar.cons.51.nu.7.quamuis contra sentiat gl. in d. l.cum filio, l.à testatore.ff.de condi.& demon. cum qua faciunt multi, quos recēsent Fer.Vasq.& Andr. Gail.d.locis. commun. testatur Bursat. consil.71. & procedit quoque in fideicommisso, relicto in codicillis vel clausula codicillari: ita tenet Alex. in d. l. cum filio, cujus opinion.contra Bart.in l.1.ff.de iur. codicil.cōmu.testatur Soci.in d.l.cum filiofamilias.

Quod tamen intellige & limita, nisi legatarius vel fideicommissarius mortuus fuerit ante testatorem; tunc enim vnà cum persona legatum & fideicommissum exspirasset: ante mortem namque testatoris testamentum vel codicilli nihil virium habent: & legata fideicommissáque non valent, nisi testamentum ratum sit, l.si superatus, ff. de pignor. atque priusquam dies legatorum cedat, quod fit morte testatoris, nihil iuris habetur: vt est dictum in §.legatum, quæst.70. & de proposita quæstione textus est clarus io l. si post diem legati, l. vsusfructus, §.si dies legati cessit. ff.quand.dies legat.cedat. Estque cōmunis opinio, vt refert Gribald. in verb. fideicommiss.commuo.opin. 3

Deinde prædicta de legatorum & fideicommissorum transmissione, limita, nisi essent conditionalia, de quibus constat inter omnes, quod noo transmittantur ante conditionis eueotum, & certissimis probatur textibus iuris, d.l.si post diem legati, § sed si sub conditione, l.intercidit, ff.de cond. & dem.l. vnica, §.sin autem aliquid sub conditione, C.de caduc. toll. vbi idem tradunt communiter Dd. commun. dicit Alexand. in dict. leg. cum filiofamilias. communem item testantur Curti. iuni. consil.79. nu. 1.Paris.coos.5.nu.17.lib. 3.& cons.8. num. 5.lib. eod.Io.Cephal.cons.330.nu.54.lib.3.& cons.283.nu. 22.communem quoque fatentur Crauet.coos.466. nu.5. Decia.respons.88.num.10.vol. 2. communiter receptum ait Anton.Gomez.variar.resolut.c. 5.nu. 9. ratio est secundum Signor.in repet.l.si post mortem, C.de fideicom. quia testator non præsumitur voluisse prospicere hæredibus legatarij, qui magis succedunt ex dispositione legis, quàm hominis, l. qui liberis, §.hæc verba, ff.de vulgar. & pupilla. Sin verò completa conditione fideicommissarius vel legatarius discesserit, etiam ante restitutionē transfert, vt de communi hoc asserit Alex.l.1.ff. de legat. 1.Dec.consil. 490. & hæres eius hæredem morantem cogere potest, vt dixi infra. 4

Et hoc adeo verum est, vt tale fideicommissum vel legatum, ne ad descendentes trāsferatur: ita tenet glos.communiter approbata in d.l.vnica, Dec. cons.115. & cons.574. enuntiat frequēter placitum, vt testatur Soarea.commun. asserit Curt. sen. cons. 75.nu.4.& Curt.iun.cons.135. nu. 5. frequentissimo calculo magis receptum probat Mātic. de coniect. vlt.volunt.lib.11.tit.20.num.2. In contraria opinione est gloss.in l.is cui, ff.de oblig. & acti. & in l.si in personam, C.de fideicom. quā defendit Socin. sen. in l.hæredes mei, §.cum ita, ff.ad S.C.Trebellian.& approbat Andr.Gail.obseruat.131.lib.2. Sed hæc opinio ab omnibus ferè improbatur, vt testatur Mātic.in d.tit.nu.1. nisi tamen testator voluisse ex verbis vel mente coniiciatur, vt transiret, tunc etiam nondū eueniēte cōditione trāsmittitur tale legatū vel fideicommissum, commu. dicit Dec.cons.369. 5

Aduerte hic, quod non transmittatur legatum vel 6

fideicommissum in diem incertum relictum, qui in testamentis pro conditione est, l. dies incertus, ff. de cond. & demon. & probatur ista opinio ex l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. d. tit. gloss. in l. Seius Saturinus, ff. ad Trebellia. quæ communiter est approbata, vt testatur Francisc. Mantic. d. tit. n. 3. commun. testatur Ioa. Cephal. consil. 132. vt ante conditionem purificatam fideicommissum non transmittatur. quod tamen non obtinet in legato vel fideicommisso sub modo relictis, & in hoc magna differentia est inter modum & conditionem, vt demonstrauit in §. legatum, quæst. 58. socer meus Michael Grassus.

7 Fieri tamen potest, vt hæc conditionalia transmittantur, etiam ante conditionis euentum, si nimirum testator hoc voluerit, quia is potest facere transmissibile, quod aliàs non transmitteretur, iuxta l. in conditionibus, §. 1. ff. de condit. & dèmonstr. Bart. & Bald. in l. vnica, C. de his qui ante aper. tabu. atque in l. vnica, C. vt actio. ab hæred. & contra hæred. Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita, conclus. 6. ff. ad Trebel. Ruin. consil. 129. lib. 3. Paris. cons. 1. lib. 2. hanc commun. dicit Ioan. Cephal. consil. 350. nu. 57. & consil. 472. nu. 23. passim receptum testatur Francisc. Mantic. d. tit. num. 8.

8 Ad hoc autem, vt testator transmissibile faciat conditionalę legatum vel fideicommissum, sufficit etiam coniecturata eius voluntas, veluti tradunt modò nominati DD. item Aret. consil. 145. & cons. 164. Alex. consil. 88. num. 28. lib. 1. & consil. 134. libr. 3. Ias. in l. nemo potest, ff. de legat. 1. communem dicit Paris. consil. 5. num. 17. lib. 3. & consil. 50. num. 16. part. ead. communem testatur quoque Decian. respons. 88. num. 80.

9 Coniecturæ verò possunt esse variæ, tam ex testamenti tenore, quàm verbis testatoris, ante vel post testamentum conditum, cum hac tamē distinctione, vt si ex testamento minus præpotentes fuerint, probari possint per duos testes, cùm sint declaratoriæ, vt dicit Oldrad. consil. 297. num. 7. Corne. consil. 174. num. 13. volu. quod sequuntur omnes, vt testatur Alex. consi. 54. num. 3. lib. 3. At si aliunde cōiecturæ sumantur, septem testibus probandum putat, tanquam nouam dispositionem Aret. in l. hæredes palàm, ff. de testament. Dec. consil. 315. n. 7. quod iudicis arbitrio relinquendum existimat Francisc. Mant. in tract. de coniect. vlt. vol. tit. 20. lib. 11. n. 10.

10 Ex coniecturis autem illis præcipua est hæc, vt quæ complectatur reliquas ferè in se omnes, quando scilicet melior conditio minus dilecti, & peior magis dilecti fieret, sicut docet Ias. in consil. 52. col. fin. Paris. consil. 77. num. 19. lib. 2. commun. profitetur doctrinam & opinionem Mazar. consil. 51. num. 7. communem item dicit Gabriel. conclus. 2. nu. 22. lib. 4. de hæred. institut.

11 Quæro, an satis coniecturarum sit, si testator dixit: Si conditio extiterit, fundum Cornelianuo: lego? Respondit ad hanc quæstionem in §. legatum, quæst. 51. socer meus charissimus.

12 Sed quid filij instituti, & in vicem substituti, si decesserint sine liberis? Respondeo: Hanc affirmat & probat Fran. Mát. in d. t. 20. n. 12. ex l. si ex plurib. ff. de suis & legit. l. qui ex duabus, ff. de acquir. hære. eámque etiam in pupillari substitutione ex Ioan. Cephal. receptiorem esse confirmat, quoniam ibi coniunctum est ius accrescendi.

QVÆSTIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *An priuilegium transeat in hæredem.*
2 *Num priuilegium in dubio, sit existimandum personale.*
3 *Quid priuilegium personale.*
4 *Num nobilitas ab auo transeat in nepotem.*
5 *Priuilegium l. maritum. an transeat in hæredes.*
6 *Num in omnes liberos, etiam alterius matrimonij.*
7 *Quid de priuilegio, l. assiduis, C. qui potiores, &c.*
8 *Quid de l. fin. C. de repud. vel abstinend. hæred.*
9 *Quid iuris in priuilegio, l. scimus, C. de inofficios. test.*
10 *Quid sit priuilegium reale.*
11 *Quid mixtum.*
12 *An eò referendum S. C. Velleianum.*
13 *An etiam Macedonianum.*
14 *Numquid restitutionis beneficium in hæredem transeat.*
15 *Et si hoc est, num etiam aduersus hæreditatem à minore non aditam.*
16 *An opus sit restitutione, quando in testamento est apposita clausula codicillaris.*

VEnio nunc ad transmissionem iuris acquisiti, quod vt defunctus habuit, ita transit in hæredem eius statim, quamprimùm hæreditatem agnouit: & hanc transitionem magis nominabimus, quā transmissionem; nam per eam immediatè sine persona intermedia domini rerū hæreditariarum efficimur: per transmissionem verò mediatè, vt dixi supra, quæst. 18. num. 3. Iura verò, quæ sic transeunt, cùm plurima sint, & non nisi magno volumine cōprehendi possint, de præcipuis saltem quæstiones aliquot proponemus.

Quæro igitur, num priuilegium transeat in hæredem, quod defunctus habuit? Respond. Absque distinctione hæc quæstio resolui nequit: vnde dico, priuilegium est simplex, vel mistum, illud iterū est personale, vel reale, l. priuilegia, ff. de reg. iur. vbi glos. & communiter DD. hanc amplectuntur diuisionem. Et regulare est, quod personalia non transeant, communem testatur Cephal. cons. 321. num. 35. lib. 3. realia verò transferantur. Et hoc communiter tenent Dd. in §. quod principi, Instit. de iur. natural. gent. & ciuil. vt testatur Socin. in regul. diuers. iur. verb. priuilegium. Communis quoque est Dd. sententia in l. omnibus, ff. de regu. iur. & in l. maritum, ff. solut. matrim. atque c. priuilegium, de reg. iu. in 6. communem dicit Alex. in l. quia tale, ff. solu. matri. 1

Quæro, num priuilegium in dubio præsumatur personale, vel reale? Respon. Intricata hæc est quæstio, & variè à Dd. tractata in d. l. quia tale. Dyn. in d. c. priuilegium, ait, personale esse, si persona immediata fuit causa eius, secus, si læsio, minor ætas, vel sexus fragilitas, aut alia causa, non persona, intercessit. Priuilegium reale est, gloss. in l. sordidorum, C. de execut. mun. lib. 10. cum qua transit Ioan. Andr. in d. c. priuilegium. Bald. in d. l. quia tale, volunt, quòd in dubio sit existimandum personale. gl. verò in l. forma, §. quanquam, ff. de censit. reale statuit. Sed Bart. & ante eum Cyn, cum Petr. in l. fin. ff. de constitut. princip. item in d. l. quia tale, sic distinguit. Priuilegium aut datum est à lege, vel principe. A lege si datur, propter naturalem in persona defectum, reale censetur, absque illo defectu personale creditur. A principe si impetratur, in dubio intelligitur personale, & hoc obtinet, si non cœpit competere, & inducit defensionem vel exceptionē peremptoriam, vt si impetraui, ne à creditoribus meis possem conueniri, trāsit ad hæredes, aut inducit defensionem vel exceptionem temporalem seu dilatoriam, tunc non transit: quod si solum cessionem 2

inducit,

inducit, tum eatenus transit ad hæredem, quatenus
ad defunctum peruenit, hoc est, quatenus esset fa-
cta executio priuilegij, viuente persona, cui conces-
sum est. Atque hisce Bart. diuisionibus & subdiui-
sionibus, putat Alex. in d.l. quia tale, standum esse.
Verum vt simplicior, ita melior mihi Dyni vide-
tur distinctio, licet Bartoli sit receptior.

3 Quæro quid priuilegium personale? Respond.
Quod datur personæ expresso eius nomine ꝓprio.
Ita tradit Abbas in cap. quoniam, de offic. de le-
gat. cap. si gratiosè, de rescript. in 6.

4 Hoc de genere est dignitas doctoralis, quæ non
transmittitur in filios: item splendor equitis aura-
ti, honor comitum Palatinorum, atque aliæ non-
nullæ eminentiæ ac dignitates. sed hic obiter quæ-
ro, num nobilitas data, transmittatur ab auo in ne-
potem, si pater nobilitatem polluit, eaque se indi-
gnum fecit? Respond. Quod non transeat, quia
hic intermedia inspicitur persona, non extrema, l.
socio, ff. pro socio, l. penult. ff. de except. rei iudic. l.
si mulier, ff. amotar. rerum: ita tenet Crauett. consil.
163. liberis siquidem concessa videtur si talis maneat
pater ex quo nascuntur nobiles.

5 Maritus habet priuilegium, ne condemnetur in
amplius, quam facere potest, l. maritum, ff. solut.
matri. quæro, num hoc priuilegium transeat in hæ-
redes? Respondeo: Quod non, quia tale priuilegiũ
personale est, d.l. quia tale, quod soli marito, eius-
que filiis concessum est, l. etiam filios, ff. solut ma-
trim. atque est hæc communis opinio ibid. DD.
quod ad extraneum non transeat.

6 Extenditur hoc priuilegium ad omnes liberos,
etiam ex alio matrimonio, à gl. in d.l. etiam, quam
sequuntur Dyn. Raph. & Cyn. quos ibi refert Bald.
Salic. in l. assiduis, C. qui potiores in pignor. Bona-
curs. in pract. sua aurea.

Verùm illa gloss. communiter reprobatur, vt
habet gloss. margin. & Alex. in d. l. etiam. Et con-
trarium tenent Bart. Bald. Angel. & Moderni, teste
Alexand. dict. loco, qui omnes, excepto Bartol. ne-
gant extendi ad nepotes, licet sint eiusdem ma-
trimonij.

7 Quæro, núm priuilegium prælationis, quod ha-
bet mulier ratione dotis, ex d.l. assiduis, transeat in
hæredem? Respondi ad hanc quæstionem in articul.
collatio, quæst. 16. num. 5.

8 Huc referre volunt Doctores beneficium abstē-
sionem reuocandi, sed personale non est, vt solo fi-
lio competat, vt dixi supra, quæstio. 29.

9 Quæro num beneficium seu priuilegium, l. sci-
mus, C. de inoffic. testam. quo legitima filij prohi-
betur vllo onere grauari, transeat ad hæredes? Resp.
videtur quod non quia merè personale putatur pri-
uilegium quod solum liberis, & aliis, quos recenset
socer meus, in §. legitima, quæstio. 39. competit, sed
reale ac transmissibile etiam ad extraneos est, An-
cho. consil. 323. nu. 3. Angel. consi. 242. & l. quanquã,
ac vbi gl. & Cyn. C. ad l. Falcid.

10 Quæro, quid est priuilegium reale? Resp. Quod
datur rebus, vnde cum ipsis ad quoscunque, trans-
mittitur successores, etiam particulares, l. 1. §. per-
mittitur, ff. de aqua quotid. & æstiu. l. ætatem, §. re-
bus, ff. de censit. l. via, & §. quæcũque, ff. de seruit. vr
ban. & hanc communem dixi supra nume. 1.

11 Quæro, quid est priuilegium mixtum? Respond.
Quod datur personæ vel loco propter causam ali-
quam, nempe læsionem, imbecillitatem, vel aliam
aliquam. Et hoc durat durante illa causa, licet per-
sona non amplius, quemadmodum docet Dyn.
in d.c. priuilegium, de regul. iur. in 6.

Huius generis est exceptio Velleiani, vnde & hæ-
redibus datur mortua muliere, text. est expressus in 12
l. hæredes, C. ad Velleian. vbi DD. communiter i-
dem docent.

Huc spectat quoque S.C. Macedonian. priuilegiũ, 13
quo filiifamilias non obligantur ad reddendum mu
tuum, quod acceperunt, patre non consentiente;
cui exceptio competit non solum filiofamilias &
patri, sed etiam hæredibus eorum: textus est mani-
festus & clarus in l. item, §. quanquam, ff. ad S.C. Ma-
cedon. vbi gloss. & & communiter DD.

Item beneficiũ, restitutionis in integrum, quod
idcircò transmittitur, l. 1. C. si aduersus dot. idem te- 14
net gloss. ff. ibid. Bald. Aret. Salicet. Castrens. atque
alij eamque gloss. communiter receptam testatur
Anchor. quæst. libr. 1. quæst. 57. Nec obstat, quoad
transmissionem, quia ab aliis nonnunquam perso-
nale dicitur: nam merè personale non est, vt probat
textus in l. non solum, ff. de restitut. in integr.

Ex hoc iam constat, quoniam tam minor, quam 15
maior (secundum communem DD. opinionem,
in l. Pannonius, quæ aliis incipit Pantonius, ff. de ac-
quir. hæred. & Alex. qui in l. si infanti, C. de iur. de-
lib. commun. cum Iasone probat & testatur) aduer-
sus impedimentum hęreditatis adeũdæ restituitur,
quod etiam minoris, vel maioris, sic impediti hæ-
res, restitui possit contra hæreditatem ex infantia,
furore, absentia, vel alia iusta causa non aditam: tex
tus est clarus in d. l. non solum, l. 1. per totum, C. de
action. hæred. l. cogi. §. idem Mecianus, ff. ad Tre-
bellia. l. minor autem, §. fin. ff. de minor. l. 2. C. de tē-
por. in integr. restit. petend. Et de maiore minus
DD. dubitant, quod ille ex d.l. Pannonius, ad hæ-
redem transmittat beneficium restitutionis in inte-
grum, aduersus hæreditatem non aditam, sed de
minore: ac præcipuè ita altercantur DD. vt Cæsareã
requirat decisionem Lud. Rom. cons. 58. Qui ne-
gant multi sunt, & inter eos præcipuè Anch. consi.
362. Aretin. consi 160. & alij DD. in d.l. si infanti. v-
bi dicitur, quod hæreditas infanti delata, intelligi-
tur, quasi nunquam delata esset: item mouentur,
quia hæreditas potest adiri ab infante perpetuò, nõ
competit ideò restitutio, nec videtur post mortem
læsus esse, quare ex nulla causa etiam hæres eius
restitutionem petere potest. Hasce rationes nomi-
nat Ioan. Dilect. Durand. de art. testan. tit. 11. caut.
1. validissimas, & Fern. Vasq. de succes. progres. §. 8.
n. 15. arduam quæstionem ait, nũ minor, qui ante a-
ditã hæreditatem verè dicatur læsus? Sed qui affir-
mant plures sunt, quos videre est in d. l. Pannonius
& est communis opinio iuxta Iason. in d.l. si infanti,
Alexand. ibid. Socin. consil. 1. volum. 2. Roman. con-
si. 58. commun. quoque fatetur Fernan. Vasq. d. § 8.
numer. 11. commun. dicit. Ioan. Durand. d. titul. caut.
1. crebriorem scribentium sententiam notatur Mã-
dos. ad Roma. cons. 58. magis communem asserit A-
lexand. cons. 20. nu. 4. lib. 7. Et hanc veriorem puto,
nec obstare arbitror dissentientium rationes. Cen-
setur namque minor, qui non adiuit in vita læsus
in articulo mortis, quo amplius adire non potuit,
non secus atque si aliud ipsi fuisset obstaculo im-
pedimentum, velut hoc expresse probat textus in
d.l. Pannonius aliis Paotonius. communiorē istam
opinionem limitat Bursatus consi. 61. hoc modo in-
fante, vt restitutionis beneficium non transmit-
tatur, si non alia causa, puta absentiæ vel similis
præter mortem naturalem adsit, & hoc tanquam
de communi testatur numer. 8. Deinde si tutori

possit imputati culpa, quòd non adiuerit, numer. 5. Tertiò, si non est alia persona, cui ab intestato magis debetur, quàm hæredi infantis, nu. 12. quem omnino vide.

16 Non est antem opus restitutione ex persona defuncti, quando in testamento apposita est clausula codicillatis. Potest enim tunc hæreditas peti ex testamento, vt fideicommissum, secundum Alexand. in l. filio s. ff. de legat. 1. eamque commun. attestatur Durand. d. titul. 11. cautel. 1.

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIA.

1 *An seruitutes transeant.*
2 *Num ius patronatus.*
3 *An in emptorem transmittatur.*
4 *Nunquid ius patronatus libertorum transferatur in fideicommissarium.*
5 *Quid in sepulcris.*
6 *An emphyteusis transeat in hæredem.*
7 *Num etiam feudum.*
8 *Nunquid omnia transmissibilia in fiscum ex delicto defuncti transferantur.*

1 QVæro, an seruitutes in hæredem à defuncto transeant? Respon. Seruitutes aut sunt reales, vel personales: illæ rebus perpetuò adhærent, & cũ ipsis transeunt ad quascunque res ipsæ vadunt, l. seruitutes, ff. de seruitut. l. iura prædiorum, ff. Quemadmodum seruit. amittuntur, hæ verò cum morte personæ extinguuntur, cui datæ sunt, nec in hæredem transeunt, textus est expressus in l. si habitatio, ff. de vsu & habitation. l. sicut, §. fin. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, l. vsus aquæ, ff. de vsu. & habitation. vbi gloss. & Dd. sine controuersia omnes, quòd adeo verum est, vt licet partea vel testator expresse agãt, vt ad hæredes seruitutes personales trãseãt, tamẽ vltra primos hæredes nõ extendatur, l. Antiquitas, Cod. de vsufruct. vbi gloss. & communiter Doctores, vt testatur Antonius Gomezius variarũ resolut. cap. 15. nume. 20.

2 Ex dictis infertur, quoniam ius patronatus reale quiddam est, quod non solum transeat in hæredẽ, secundum gloss. in c. considerandum, 16. quæstio. 7. gloss. ordinar. in verb. hæreditas, in Clem. de iu. patron. vbi Abbas in c. r, eam comm. putat opin. & Aretin. in c. significauit, de testib. Feder. cons. 111. n. 5. comm. item dicit Dec. cons. 149. n. 1. quod procedit docente Iasone, in l. 1. nu. 71. ff. de leg. 1. etiamsi fundator, seu donator non fecerit mentionem vllius hæredis sui vel extranei. Institutus verò in re certa, non prius admittitur ad iua patronatus ecclesiasticum, quamuis fuerit filius, quàm non sit alius hæres vniuersalis, & est cõmunis opinio iuxta Benedict. in c. Raynutius de testam.

3 Sed etiam transit in emptorem hæreditatis, ita tenet Felin. & omnes in c. ex litteris, de præscript. Roch. Curt. in tracta. de iur. patronat. in verb. ipse vel is, q. 22. hanc veriorem putat Ludou. Rom. in l. si patroni, ff. ad Treb. commun. testatur Lamberr. 2. par. 1. lib. q. 5. artic. 15. nu. 2. quanquam multi sint qui contrarium sentiant, quos partim Didac. Coua. variar. resolut. lib. 2. c. 18. n. 8. Ego quoque ex glos. in c. generali, verb. fundat. de elect. libr. 6. & ratione supra posita, ad particularem successorem transire arbitror, vidique in patria obseruari sæpius, vt vendito vico, etiam patronatus ius, quod vẽditor habuit in ecclesia illius vici in emptorem transiuerit.

Nunquid idẽ in iure patronatus libertorũ valeat, 4 vt in hæredem fideicommissariũ quemuis transeat, quæritur? Respond. quod non, nam personale illud est, atque ita tenet gloss. cum Dd. communiter, in d. l. si patroni, & in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

Quæro, an sepulchra in fideicommissarium, vel 5 extraneum hæredem transeant? Respond. Quod nõ in fideicommissarium, vt dixi in §. fideicommissum quæstio. 53. sed bene transeunt in hæredem directũ, l. familiaria, §. sequenr. ff. de religios. & sumpt. funer. Castr. Alex. & Iason in l. precibus. C. de impuber. & aliis subst. hanc commun. dicit Alexan. in d. l. si patroni, num. 16.

Quæro, num emphyteusis in hæredem transeat? 6 Respond. emphyteusis est ecclesiastica, vel alia, hæc concessa pro se & hæredibus, transmittitur etiam in extraneum, illa vero non sine varia distinctione, vt dictum in §. fideicommissum, quæst. 51.

Vbi in præcedenti quæst. 50. etiam respondit ad 7 illud: Num feudum transeat.

Quæro, in confiscatione bonorum, quæ transeant 8 ad fiscum? Respond. quæ transeunt in hæredem extraneum, quæ vero ad hunc non transmittuntur, neque ad fiscum transferuntur l. iura libertorum, ff. de iur. patron. Bart. ibid. text. etiam est in l. eorum, ff. ad l. Iuliam maiestat. l. 1. C. de bon. libert. l. eum qui, ff. de interdict. & relegat. hinc emphyteus. ecclesiastica non transit ad fiscum confiscatis bonis, secũdum glo. & Dd. in l. etiam, ff. solut. matrim. magis communem, attestatur Alexand. in consil. 23. lib. 1. neque emphyteusis priuata ad fiscum perueniet, data sub hac conditione, ne in extraneum transiret, vt concludit Bartol. & alij communiter in l. finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infect. quemadmodum refert Alexand. in d. consil. 23. minus bona alienari prohibita iuxta commun. quam ponit Mandel. cõsil. 7. nu. 17. neque feudum ob delictum vasalli confiscatur, licet alia publicentur bona, c. si vasallus, si de feudo fuerit controuers. inter dom. & agnat. in c. Imperialis, §. istud quoque de prohibit. feud. aliena. per Frederic. c. 1. an ille qui interfecit fratrem domini sui, & DD. communiter in d. §. si de vectigalibus.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

1 *In hæredem transeunt obligationes defuncti.*
2 *Tenetur ratificare defuncti nomine gestum.*
3 *Quid si conditionaliter sit stipulatum.*
4 *Sed si defunctus esset obligatus ex stipulatione, nullam quæ habet causam, sed solum iuramentum.*
5 *An teneatur hæres seruare iuramentum defuncti, si contractus alia ratione potest rescindi.*
6 *Num hæres possit declarare voluntatem defuncti.*
7 *An cogatur iurare super facto defuncti.*
8 *Nunquid liberi possint venire contra iuramentum matris, qua renunciauit successioni paternæ.*
9 *Filij an possint rescindere alienationem feudi à patre factam.*
10 *Num hæres compellatur soluere æs alienum ex feudo à defuncto contractum.*
11 *Nunquid vsufructuarius, vel proprietarius debita defuncti exoluet.*
12 *Si hæredes discordant in solutione, quomodo ad concordiam*

cordiamore ducendi.

13 *Num seruitus promissa à defuncto, possit inter hæredes diuidi.*

14 *An quilibet hæres possit petere in solidum seruitutem promissam.*

15 *Obligatio rem tradi, num quod transeat in quemuis hæredem in solidum.*

16 *An idem obtineat in pœnis.*

1 QVæro, num in hæredem transeant obligationes? Respond. quod sic. text. est in l. qui in alterius, l. hæredem, l. hæreditas. Et hoc de obligationibus ex contractibus constat inter omnes, de aliis, quæ ex maleficiis oriuntur, infra dicemus, & est titul. in C. de hæred. actionib.

2 Nec solum contractus defuncti seruabit hæres; vt dictum est in §. hæreditas, quæst. 12. quia personam defuncti repræsentat, Nouel. 48. in princip. sed etiam factum eius tenetur ratificare, ita tenet Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 48. Ioan. de Amicis consil. 3. nu. 20. Matth. de Afflict. decis. 285. n. 11. Ruin. cons. 25. num. 11. lib. 2.

3 Certum est ex l. vnica §. sin autem, C. de caduc. tollend. quòd nihil conditionale ex voluntate vltima transeat in hæredem, quæro itaque an idem obtineat in contractibus? Respondeo quin passiue in hæredem transeat stipulatio conditionalis, nemini credo dubitum, quod etiam actiuè transmittatur stipulatio conditionalis, probat textus in §. ex conditionali, Institut. de verborum obligationibus, leg. quæ legata, ff. de regulis iuris. quia in contractibus conditio retrahitur, quo ad commoda & incommoda, vt ait Barto. in l. si is, qui n. 48. ff. de vsucap. sed Ant. Gomez. qui hanc communiter seruari dicit à DD. in l. si quis, filius consul factus, ff. de verb. oblig. & in l. necessario, §. quod si pendente, ff. de rei vendic. elegantiorem affert rationem in tracta. variar. resolut. cap. 11. numer. 36. quia in contractibus interuenit factum stipulantis qui non solum sibi, sed etiam suis hæredibus prospicere præsumitur, l. si pactum, ff. de probat.

4 Quæro, sed si defunctus promisisset stipulanti ex nulla causa? Respond. quod in hæredem nihil transeat obligationis, vtpote cum nulla fuerit in defuncto, iuris æquitate, textus est expressus in l. 2. §. circa, ff. de doli mal. excepti. vbi gloss. Bart. Alber. Angel. & communiter DD. teste Anton. Gomez. in d. tracta. c. 11. nu. 3. qui aliis rationibus & textib. hanc communem opinionem doctè confirmat. Sed contrariam iuris regulis magis ad finem & veriorem existimat opin. eius additionator c. 9. lit. D. Emanuel Soarez. ac suæ sententiæ defensorem adducit. Paul. Leonium in rubr. n. 184. ff. de verb. oblig. Verum à communi ego non discedo, in legibus enim non tantum quid dicatur, sed cur dicatur considerandum, & maximè in iure æquitas spectãda est, l. in omnibus quidem, ff. de reg. iur.

5 Sed quid si iuramento confirmasset defunctus suam promissionem? Resp. tunc hæres tenetur præstare ea quæ defunctus iurato promisit. Nam licet ex iuramento defuncti hæres non obligetur quoad reatum, tamẽ obstringitur, quoad obseruationem, per textum in auth. quod obtinet, C. de probationib. & l. si posteaquam, §. fin. ff. de iureiur. cap. cum contingat. c. veniens, eod. ita tenent DD. in c. veritatis, eod. Bart. in l. qui superstitis, ff. de acq. hæred. Bald. Castrens. Curt. & alij in auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vend. Gemian. c. 2. de pact. Abb. in d. c. cum contingat, vbi etiam Anton. & Ioan. de ligna. Anchor. in c. fin. vers. sed hic quæritur, de foro competent. Dec. cons. 693. n. 16. Ruin. cons. 35. n. 20. lib. 5. Christoph. Portius, §. extraneis, Inst. de hæred. qualit. hanc de comm. probat Alex. cons. 7. n. 7. lib. 6. communiter eadem seruatur à DD. in c. quãuis. de pactis, vt asserit Dec. respons. 39. n. 169. vol. 2. commun. fatetur VVesenbec. cons. 23. nu. 55. quoad reatum verò, vt innui, non transit, quia iuramẽtum personale est secundum modò dictos DD. & Alex. cons. 146. l. 7. Paris. cons. 54. n. 93. lib. 1. cons. 90. n. 17. Osasc. decis. Pedem. 40. num. 15. & commu. vt habet Gab. conclus. lib. 2. tit. de iureiur. conclus. 6. vbi tradit nonnullas limitationes, quando iuratum esset contra bonos mores, & aliàs.

Sed quid si hæres posset alia aliqua ratione con- 6
tractum defuncti rescindere, forsan, quia iuratum est contra prohibitionem iuris, vt in l. pactum dotali, C. de collat. num teneatur seruare iuramentum quæritur. Respon. quod non, l. generaliter, ff. de reb. credit. neque petenda est per hæredem absolutio à tali iuram. vt tradit Corn. cons. 27. vol. 4. Dec. consil. 203.

Quæro an hæres possit declarare volũtatem de- 7
functi? Resp. Declaratio illa fit vel extra iudicium, vel in iudicio: priore casu potest declarare voluntatem defuncti, tam in contractibus, quàm vltimis voluntatibus, ita tenet Bartol. in l. gerit, ff. de acquirend. hæred. & in l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verborum obligat. Bald. in l. Idem Pomponius, §. final. ff. de rei vendic. Cephal. consil. 56. numer. 36. Socin. in l. cum quæritur, ff. de rebus dubiis, Bursar. consil. 28. num. 11. de communi hoc testatur. Posteriore autem casu hæres defuncti voluntatem declarare nequit, ita tenet Bald. in l. de die, ff. qui satisdare cogan. Ias. in d. l. inter stipulantem, hanc Baldi sententiam commun. dicit, vt testatur Gab. conclus. 3. n. 74. vbi allegat plures pro & contra communem, quæ procedit, si in præiudicium alicuius tendit, secus si alij non nocet, vt vult Bartol. Angel. in l. si quis à filio, §. si plures, ff. de legat. 1. Imol. cum aliis communiter DD. in d. l. inter stipulantem, Castrens. consil. 148. volum. 1. Abbas in consil. 80. vol. 2.

Quæro an hæres cogatur iurare super facto de- 8
functi? Resp. quòd non, nam iniquum est aliquem de alieno facto iurare, l. Marcellus, §. qui rerum, ff. rerum amotar. eamque commun. ait VVesenbec. cõs. 13. n. 30. & multis explicat Toming. f. 582. & 589.

Sed quæro, an liberi possint venire contra iura- 9
mentum matris, quo renunciauit hæreditati paternæ? Respondeo, quòd sic, nam & mater, iure ciuili, ipsa contra suam renunciationem iuratam venire poterat, vt latè dictum est de hac re in §. successi. ab intestato, quæstione 10. & seq. quod ius licet per cõsuetudinem Germaniæ inter principes & nobiles, ac de iure Canonico sit sublatum, nisi enormissime filia sit læsa, Mynsing 5. obser. 59. 60. Gail. lib. 2. obseruat. 39. nu. 21. tamen liberis per illa nihil præiudicij generatur, quia successio auita nepotibus debetur, non ex prouisione patris, sed legis & edicti, auferri ideo nequit, l. adrogator, ff. de adopt. l. 14. ff. de noua. vide Tiraq. de iure primo. q. 40. n. 113.

Quæro, an hæredes possint rescindere alienatio- 10
nem feudi à defuncto factã? Resp. difficilis & disputabilis est hic artic. eumq; dissoluit in §. hæreditas, qu. 12. vbi etiam alias ad hunc articul. conuenientes quæstion. tractauit Michael Grassius, socer meus.

Sed quæro, Num hæres teneatur soluere æs alie- 11
num ex feudo, quod defunctus contraxit? Respond. hanc quæstionẽ solui in artic. Omissio hæred.

quæst.11. n. 8. quò te remitto ad pleniorem intellectum, sed vti hic etiam aliquid reddam, dico quod magis cōmunis est opinio Dd. quod in feudo merè hæreditario, dato pro se & quibuscunque hæredibus, Idem ius sit, quod in alia hæreditate, vt est dictum in §. hæreditas, quæstion. duodecima, numero vigesimo primo, magis item communis est opinio, vt notatur ibid. quod nec in feudo ex prouideotia cōcesso pro se & liberia suis, neque mixto dato pro se & suis hæredibus, venire possit contra factum defuncti, siue hæreditas sit soluendo, siue non, nisi confectum fuerit inuentarium, de quo postea art. sequenti dicetur quàm verum sit: verum quoad solutionem, quo minus in istis, qui succedit vt hæres, ex commoditatibus feudi satisfacere debeat, affirmare non ausim, idque propter authoritatem præstantium Iurisconsultorum, ex quibus Roland. à Valle cons. 44. vol. 1. & Arius Pinel. l. 1. part. 3. C. de bon. quæ liber. testantur magis communiter receptam, & in feudo mixto magis commuo. Fatetur Bursat. consil. 9. num. 28. quod hæres creditoribus teneatur, etiamsi allodialia nulla forent. Diuersitatis autem ratio videtur, quia per alienationem omni iure, quod posteris per inuesti-
1 turam acquisitum erat, in feudo alienato, contra suum consensum & voluntatem priuantur successores, per solutionem vero tantum, quo ad commoditates grauantur. Quod si autem repudiata hæreditate allodiali, non filius, sed agnatus successerit in feudum ex pacto & prouidentia, aliud statuerem per c. 1. an agnat. vel filius, e. x. de alienatione feud. patern. vbi Isernia & DD. communiter. Filius autē tenetur, quia vna quodammodo cum patre persona, & ad eū aliquid de debito peruenisse presumitur.

12 Quæro, si alicui concessus sit vsusfructus, alteri proprietas, vter debita teneatur soluere? Respond. quicunque fuerit hæres, ipse soluet, nam obligationes personales transeunt in successorem vniuersalem, non particularem l. penult. C. de action. & obligat. l. adhuc, §. si operas, ff. de vsufruct. & communiter vtrobique DD. veluti testatur Anton. Gomez. variar. resol. de seruitutib. numer. 8. quod si autem proprietarius ex hæreditate non sit soluendo, tunc vsusfructus vendatur, donec creditoribus fuerit satisfactum, quia legata non debentur iuxta commun. priusquam æs alienum sit solutum, si vero vsusfructus constitutus est per contractum, aut actu inter viuos, nec fundus vnde vsusfructus est concessus, hypothecatus, sola proprietas venditur, si hæres soluendo non est. Et hanc commun. profitetur Anton. Gomez. d. numer. 8.

13 Quid si hæredes discordant in solutione, quomodo ad concordiam reducendi sunt? Respondeo: creditor, qui non petit pretium seu rei æstimationem, sed ipsam rem, potest petere à iudice, vt ipsos ad concordiam cogat, nam quoties aliqui dissentiūot in præiudicium tertij, possunt officio iudicis ad concordiam reduci text. est in l. huiusmodi, §. final. ff. de legat. 1. ita tenet Bartol. Angel. Roman. Imol. Socin. & alij DD. communiter in l. 2. §. ex his, ff. de verbor. obligat. vbi Alexand. eam dicit commun. idem commun. testatur ibidem, vt cohæres possit cogere cohæredes dissentientes, vt discordia, non officia iudicis, sed sorte dirimatur, vel licet hæredi soluere rem, & per iudicium familiæ herciscund. repetere à cohæredibus suis pro rata pretium. Bartol. Castrens. & alij communiter in d. l. 2. §. ex his.

14 Quæro an seruitus promissa à defuncto, possit inter hæredes diuidi? Respond. subtilis hic est articulus, teste Anton. Gomez. d. c. 10. numer. 16. sed quod à singulis in solidum debeatur si realis est, & singuli io solidum possint hæredes poscere, textus ait in d. §. ex his, & ibid. cō. Dd. & in l. hæredes, §. an ea, ff. famil. hercisc. l. viæ, itineris, ff. de seruit. l. si. ff. de serui. rusti. secus tamen si ab vno hæredū nō seruitus peteretur, sed æstimatio seu interesse, tunc pro rata saltem tenebitur, l. stipulationes non diuiduntur versicu. Celsus, ff. de verborum oblig. & ibi communiter DD. vt testatur Anton. Gomez. d. loco, quia, ea quæ in partes diuidi non possunt, à singulis in solidum debentur, in l. ea. ff. de regul. iur. interesse vero diuidi potest.

De indiuiduis quoque est obligatio rem tradi, sicut aliæ obligationes factorum, vt tradit Bartol. 15
Angel. Imol. Cuman. in l. 4. §. Cato, ff. de verborum obligat. Salic. in l. pro hæreditariis, C. de hæred. actioo. Angel. Imol. Rapha. Cuman. Castrens. & alij sequentes Bart. in d. l. stipulationes, quocirca hæres quilibet præcisè cogi potest rem tradere, si habeat eius facultatem, quia & antecessor eorum tenebatur, ita tenet glos. in l. certi condictio, ff. si certum petat. quam dicit communiter approbatam Socin. consi. 252. num. 7. volum. 2. eam seruat quoque Bart. quem communiter reliqui omnes sequuntur in d. l. stipulationes.

In pœnis tamen contrarium est receptum, vt te- 16
statur Portius cons. 50. nu. 2. nam in illis non tenentur singuli in solidum, vt notat Bartol. in d. §. Cato. quem sequuntur Alex. Claud. atque alij frequenter teste eod. Portio in d. consi. 50.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
2 *Vnde vsuras illicitas debet restituere.*
3 *Nec rem vitiosè à defuncto possessam potest præscribere.*

QVæro, an hæres præter obligationes præstan- 1
daa teneatur etiam exonerare animam seu conscientiam defuncti? Respō. quod sic, tex. est in c. fin. de sepult. & in c. litteris, de raptu. quod intellige, si apparuerunt in defuncto signa contritionis, & hanc comm. dicit Panormitan. in c. à nobis. de senten. excommunic. & procedunt ista etiam in hærede hæredis, vt tenet Alex. & Iason. in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. possess. atque in actionibus personalibus, contra opi. Bar. in l. sequuntur §. viam. ff. de vsucap. quia hæc magis communiter reprobatur, vt demonstrat Decius in consil. 266. 267. 272. 303.

Quare tenetur ad damnum à defuncto datum, li- 2
cet nihil ad ipsum peruenerit, de iure Canon. hanc commū. profitetur Panormit. in d. c. Parochiano de sepult. & restituet vsuras illicitas, vt dixi in questione sequenti.

Nec rem à defuncto possessam vitiosè hæres po- 3
test de iure Canonum præscribere, quia hoc iure absque bona fide nulla præscriptio valet, etiamsi sit perpetua, hoc est, 30. vel. 40. annorum. c. Vigilanti. c. si diligenti c. veniens de præscript. c. possessor. de reg. iur. in 6. vbi eā in addit. ad Dynū communē testatur Boerius. nec prodest bona fides superueniēs, per iura allegata. De iure vero ciuili in præscriptione perpetua, hoc est quæ longioris temporis, quàm

quam 20. annorum est, nec bona fides, nec titulus putatur necessarius, per textum in l. sicut, Cod. de præsc. 30. vel. 40. annor. l. omnes, C. eod. adeo, vt mala fides superueniens de iure ciuili nihil noceat, vt patet ex l. vni. C. de vsucap. transform. quem ibi firmant Cyn. Bald. Angel. & communiter DD. Bartol. in l. naturaliter, ff. de vsucap. Areti. Porcell. in princ. Instit. eod. atque alij DD. quos commemorat Boerius ad Dyn. in d. c. possessor. Hinc manifestum est, quod de iure ciuili hæres, si velit vti accessione temporum defuncti, qui fide mala vel iniusto titulo inchoauit præscriptionem, non gaudeat vsucapione temporali, seu illa, quæ est 20. annorum, quia hæres est successor vitiorum l. cum hæres. ff. de diuers. & tempor. præscript. & vna cum defuncto persona, in princ. Nouellæ 48. ac si vtitur accessione autoris sui, debet vti sua cum causa & vitiis l. Pompõ. §. cum quis, ff. de acq. posses. c. cum quis de reg. iur. in 6. & hanc opin. tenent vtrobique gloss. & DD. communiter vt testatur Francis. Balb. de præscript. part. 2. princ. 3. q. 12. sed solum perpetua fruetur, quæ nec titulum nec bonam fidem requirit, qua etiam fur & raptor secundum l. 1. §. ad hæc C. de annal. except. & comm. opin. Disputant hic DD. an hæ leges ciuiles per ius Canonicum sint correctæ, adeo vt nullo nisi immemoriali tempore hæres, vel etiam defunctus, sine titulo & bona fide præscribere possit. Negatiuam quidem seruat Hostiens. quem sequitur Bar. in l. seq. §. si viam, ff. de vsurp. quẽ secutus est Corn. cons. 176. vol. 2. & cons. 3. vol. 1. quam non solum veriorem, sed & communem testatur Marian. Socin. cons. 203. Felin. sustentabilem dicit, c. fin. de præscrip. contrariam tamen latè defendit Ang. in d. §. si viam & comm. affirmat in l. 1. C. de iud. comm. item dicunt Fel. d. c. fi. Balb. de præscr. 2. par. 3. princip. q. 13. Boer. in add. Dyn. d. c. possessor, ab hac non putat recedendum Bal. d. loco. & in Camera obseruari notant Mynsing. cent. 4. obseru. 6. Gail. 2. obseru. 18. nu. 7. Nunquid autem hæres denuo ex sua persona præscriptionem inchoare possit, magis concertant interpretes. Dynus, antesignanus alterius gregis in d. c. possessor, vult quod mala fides defuncti non noceat hæredi cupienti inchoare præscriptionem ex persona sua, sicut singularis successor potest, per d. l. Pomponius, & hoc de æquitate Canonica. Sed certum est ex dict. l. cum hæres in princ. ff. de diuers. & tempor. præscript. & omni dubio caret, non attento, quod Marian. de Senis in rubric. de causa posses. & propriet. in 3. tract. 4. artic. vers. 6. in diuersum abeat, quòd iure ciuili de nouo hæres non possit incipere præscriptionem. Cum Dyno faciunt plurimi, quos refert partim eius additionator Boerius, vnde Angel. in l. si ego, §. partus, ff. de publ. acti. dicit, quod Dyni opinio procedat in terris ecclesiæ. Sed contra Dyn. verius puto, quod nec iure canonico, & sic in terris ecclesiæ, abiecta mala fide defuncti, hæres ex sua persona possit inchoare præscriptionem, cum etiam conscientiam defuncti hæres exonerare teneatur, ita tenent Cyn. Alber. & Bald. in l. vitia, C. de acquir. posses. Angel. in l. eum qui, ff. de publician. eamque communem asserunt multi, vt Iason in d. l. Pomponius, Ludouic. Roman. consi. 13. Balb. de præsc. d. quæst. 12. Ioan. Cephal. cons. 102. Pyrrh. Angelberm. in consuetud. Aureli. titul. de præscript. c. q. VVesenbec. cons. 8. veram & communem aiunt Alexand. consi. 84. volum. 1. Decian. respons. 2. nu. 50. volum. 1. communiorem fatentur Felin. c. si diligenti, de præscrip. Boer. in d. c. possessor ad Dyn. magis communem affirmant Alexand. consi. 4. n. 81. lib. 3. Decius consil. 232. n. 4. consil. 303. nu. 6. Curtius iunior cons. 177. Socin. cons. 64. num. 7. volum. 2.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIA.

1 *An ex maleficio defuncti hæres teneatur.*
2 *Num ex furto.*
3 *Nunquid hæres possit purgare innocentiam defuncti.*
4 *An absque sententia declaratoria pœna defuncti in hæredem transeat.*
5 *Num possit capi hæres stante statuto vt debitor propria authoritate capiatur, vel contra eum procedat executio.*
6 *Quid si confecerit inuentarium.*

QVAERO præterea an ex delicto defuncti etiam hæres teneatur? Respondeo: multiplex 1
est hæc quæstio & varia pro iurium diuersitate. De iure autem ciuili regulariter ex maleficio alterius hæredum nemo tenetur, quia delicta morte delinquentiũ vna cũ pœna extinguuntur. l. defuncto. ff. de pub. iud. §. pen. vers. est enim certissima iuris regula, Institut. de perpetu. & temporalib. action. glos. Bart. & alij DD. in l. si quis iniquum §. quo autem, ff. de quod quisque iur. Angel. & communiter, DD. in §. publica autem, Instit. de public. iudic. Igneus in l. 1. ff. ad S.C. Syllanian. Marsil. consi. 1. n. 36. volum. 1. Gigas. de crimin. læsæ maiestat. lib. 1. titul. qualiter procedatur, quæst. 20. Cacher. decis. Pedemont. 149. & 152. Placa. in epitome delict. hãc dicit receptissimã li. 1. c. 38. nu. 2. Quod tamen limitatur multis modis, primo, nisi crimen fuerit læsæ maiestatis l. final. C. ad l. Iuliam maiestat. commun. ait Ferret. consi. 31. n. 8. quod nonnulli extendunt ad crimen hæreseos, præsertim qui dicunt referente Claro, in § hæreseos, quod hæretici sint igne comburendi, nec ipsis fides seruanda, contra verba Saluatoris. sinite crescere vsque ad messem Matth. 13. alia crimina istis addit Ant. Gomez. in tractat. variar. resolut. libr. 3. cap. 1. nume. 80. si tamen pœna intra quinquenniũ exigatur secundum commun. teste eod. Gomez. Deinde nisi lis fuerit contestata in priuatis delictis si ciuiliter inde agatur textus est in l. pupillum, l. sicuti, ff. de reg. iur. l. Caius, ff. ad S.C. Syllanian. l. 1. ff. de priuat. delict. l. sciendum, ff. de action. & oblig. ita tenet Bartol. & alij DD. in l. ex iudiciorum, ff. de accusation. commun. testatur Marc. Ant. Eugen. consil. 21. n. 15. commun. asserit Bonacos. in comm. opin. lib. 2. vers. pœna, Anton. Gomez. variar. resolut. de delic. c. 1. n. 84. Didac. Couar. variar. resolut. li. 3. c. 3. n. 7. crebriorem fatetur Osasc. decis. Pedemont. 149. n. 7. quamuis ipse dissentiat, quod procedit etiam si à reo factum est, quo minus lis contestaretur. tex. in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cautio, vbi idem tenent Bal. Roman. Alexand. & alij DD. hanc commun. ait Iason in l. si insulam, ff. de verborum obligat. licet ipse cum nonnullis aliis aliud statuat. Tertio nisi confessus fuerit vel conuictus, hãc tenet Bar. in l. 1. C. ex delict. defunct. & ibi Butrig. cum Alexand. Bosson. in tit. quomodo procedatur in crim. not. 21. Foller. in pract. crim. 1. part. 3. part. num. 79. commun. dicunt Boss. in titu. de pœnis, nu. 34. Bursat. consi. 77. n. 21. magis communem Cacheran. decis. Pedemont. 149. num. 9.

Multo magis igitur tenebitur ex delicto defuncti hæres, si sententia contra eum lata est, d. l. ex iudiciorum, vbi Bart. & Alber. & alij DD. cõmuniter

vt testatur Anton. Gomez.lib.3.c.1.num.82.variar. resolut.communem restantur Clarus in pract.quæst. 94.Peregrin.de iure fisci, lib.4. tit.5. nu.38. cõmuniorem agnoscit Bursat.d.consil.77.nu.21. Quarto, lite etiam non contestata,vel confessione non facta, nisi quid ea delicto ad hæredem peruenit, vel locupletior inde sit factus, textus est in l.hæredem, ff.de calumniat.in l.seruo,§.cum pretor,ff.ad Trebell.iure vero canonico heres tenetur ea delicto defuncti, etiamsi a.l ipsum nil peruenerit,tex.est in c.fin.in fi. de sepulchris,c.in literis,de rap.vbi Abbas & Ans. hanc communem dicunt. Communem item testãturDec.in l.pupillum,l.in hæredes,ff.de reg.iur.Didac.Couarr.variar.resolut.lib.3.c.3. num.7 Cachera decis.Pedemont.152.nu.2.Villalob.communem opinio.verb.hæres,Phanucius de Phanuc.in tract.de inuent.part.7.nu.69. Et si sint plures hæredes,quilibet tenetur in solidum, cõmunem ait Clar.pract. quæst.51.Si tamen actiones non fuerint pœnales ex parte actoris,sed solũ ratione hæredis, per dd. DD. & Bart.in l.1.ff.de priuat.delict. text. est in §.his autem verbis,Instit.de l.Aquil.Mayne.in l.sicuti,ff.de reg. iur.Flo.in l.inde Neratius,§.hanc actionem,ff. eod.Quinto,nisi esset pœna delicti in contractu cõmissi,text.est in l.si hominem, §.datur, ff.depositi,l. ex contractibus,l.ex depositi,ff.de actio.& oblig.l. ex ea parte,ff.de verb.oblig.quamuis nihil ad hæredem peruenerit,aut lis contestata non sit,modo dolus purgetur ex eo contractu: vel quando pro pœna delinquentis causatur exceptio , tunc transit ad hæredem lite etiam non contestata,l.3.§. quod autem, ff.quod quisque iuris , quam tenet ibi gloss. & Moderni,teste Fernando Vasqu.illustr. quæst.96.num. 23.commun.asserit Ant.Gomez.variar.resol.c.1.nu. 85.lib.3.Item cum ex ipsa lege delicto imponitur,d. §.quod autem,commun.ait Bursat.consil. 77. num. 21.Si vero priuata criminaliter intentata essent delicta,aut aliàs publica crimina,tunc pœna etiam pecuniaria non transit in hæredem, nisi in hisce casibus:Primo,quando sententia contra delinquentem lata,transiuit in rem iudicatam, d.l. ex iudiciorum, vbi gloss.& Doctores communiter,quamuis aliqui sint.vt videre est apud Ant. Gomez.d.c.1.nume.82. Bursat.d.consil. 77. Idem est : Si reus solenniter in iudicio confessus sit crimen , neque ante obitum reuocarit, vel erat probatio legitima facta, vt probat Gomez.per Bald.in l.vnica,C.ex delictis defunctor.Fernand.Vas.in quæst.96.num.19. per Speculat.in tit.de accusat.§.1.versic.quid solutio,Bart.in l. 1. ff. de pœn. delict. vel si reus post litem contestatam,aut deprehensus in crimine mortem sibi consciuerit,text.est in l.defunctus,C.si reus vel accusa. mort.fuer.l.fin.§.1.ff.qui mort.sibi consciu.l.defuncto , ff. public. iudic. istam sententiam crebriorem probat Cacheran.decis.Pedemon.149.num.9.communiorem existimat Bursat.d.consil. 77.numer.21. Et hoc procedit etiam , si sententia tantum lata super personam,non includit consequenter confiscationem bonorum , sed expressit de bonis separatim,ita firmat Fernand. Vasq. dict. quæst. 96. num. 17. per dict.l. fin. C. si reus vel accusat.in l.si is qui, C.si pendente appellat. mora interuen. glo.in d.l.ex iudiciorum.

2 Sed quid de actione furtiua,an illa transeat in hæredem? Respondeo : Quod sic , vt res ablata restituatur , vel si fuerit consumpta,eius æstimatio præstetur,licet ad hæredem nihil peruenerit,neque locupletior inde sit factus, aut lis nondum contestata, l.si pro fure,§.1.ff.de condict.furt. gloss. Aret.& alij Doctores, in §. fin. Institut. de obligat. quæ ex delict.hanc de communi testatur Anto. Gomez.d.c.1. num.85.item Fernand.Vasq.d.quæst. 96.numer.24. Vnde & hæres vsuras illicitas , quia res quasi furto ablatæ sunt, reddere compellitur , & hoc communi omnium consensu receptum enuntiat Didac. Couarr.variar.resolut.c.2.lib.3.num.7.

3 Quid si sententia lata nondum est, & accusatus post litem contestatam decesserit,num possit hæres pro suo interesse & defuncti honore petere,vt procedatur ad sententiam? Resp. Negatiuam tenet Salic.in d.l.1.C.si reus vel accusat. affirmatiua tamen firmior & receptior est,per l.filio, §.sententia, ff.de adimend.lega.Bald.in l.vnica,C.ne ex delict.defun. Cyrill.in criminal.rubric.28.§.2.Ant. Gomez.in d. c.1.num.83. Fernand. Vasqu. dict.quæst. 96. numero 15.

4 Sed an absque sententia declaratoria super delicto in dictis casibus pœna transeat in hæredem?Respond. Quod non opus sit declaratione,communis est opinio secundum Bosson.in tit. de pœnis, num. 34. contrariam vero tenent Ias. & Decian. in l.3.§. quod autem.ff. quod quisque iur. Curt. sen. consil. 60.Ioseph.Lud.conclus.3. ratio est,quia semper secundum aliquos,etiam quando statutum vel lex imponit pœnam,declaratoria requiritur,per text.in c. cum secundum,de hæret.ita probat Dyn.consil.50. nu. 10.lib.1. ac istam communem testantur Portius consil.149.num.11.decis.Bonon. 37.nu. 4. Bonacos. commun.opin.verb.pœna , Mynsing. centur.1.obseruat.43.magis receptam opinio.testatur Menoch. de arbitr.indic.casu 220.num.6.quæ declaratio, nisi fiat intra quinquennium à morte,præscripta est cõtra fiscum omnis exactio,vt probat Anto. Gomez. variar.resolut.lib.3.c.1.num.86.

5 Stante statuto , vt debitor propria capiatur authoritate,vel contra eum procedat executio, quæro,an etiam hoc obtineat in debitoris hærede? Ad hanc quæstionem respondit S.M. in §. hæreditas, quæst.12.nu.3.

6 Hoc tamen non procedit in conficiente inuentarium : nam hoc eum liberat ab omnibus hæreditatis oneribus,& efficit idem,quod postea canones repetiuerunt, ne vltra vires hæreditarias hæres teneatur , quamobrem de illo sequenti dicam articulo.

ARTI-



ARTICVLVS

Inuentarium.

Dictum est supra, hæredem repræsentare personam defuncti, & ad omnia teneri, ad quæ ipse tenebatur, etiam vltra vires hæreditarias, nisi fecerit inuentarium, quod cum hæredibus vtilissimum, atque Iuris studiosis scitu necessarium sit, aliquot de illo proponemus quæstiones.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

Quid inuentarium.



QVAERO, inuentarium quid sit? Respond. Ex glossa in l. tutor, ff. de administ. tutor. definit Franciscus Porcellinus in tractat. de inuentario, quod sit illud, in quo reperta atque inuenta in hæreditate, describuntur. Sed generalior est hæc definitio, quam vt soli nostro conueniat inuentario, neque ita generalis, vt omnibus quadret aliis inuentariis, quorum Montic. de inuentar. memb. 1. numer. 5. ex Speculatore quinque refert genera: nam nec orphanotrophi, prælati, fisci, neque curatoris inuentario semper accommodari potest. DD. communiter illud per partes seu solennitates explicant: nos definimus sic: Inuentarium est omnium bonorum, quæ defunctus mortis suæ tempore habuit, cruce signata, descriptio ab ipso hærede subscripta, & eo præsente per tabellarium, coram testibus, ac illis, quorum interest, cæpta intra 30. dies à die scientiæ computatos, ac perfecta intra 60. sequentes, nisi bona fuerint in variis & remotis locis.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Quo iure sit introductum inuentarium, vel vnde desumpta modò dicta definitio.*
2 *An statuto possit tolli.*
3 *Num possit inuentarij confectio à testatore prohiberi.*

1 QVAERO, inuentarium quo iure sit introductum? Respond. Iure ciuili seu duabus constitutionibus Iustiniani, quarum altera est l. fina. C. de iur. delib. altera in Nouell. 1. cap. 2.

2 Et quoniam ciuilis ratio ciuilia iura corrumpere potest, §. fin. Instit. de legit. agnat. tutel. inuentariū statuto facilè tollitur, ita tenet Francisc. Porcellin. c. 1. nume. 14. in tractat. de inuentar. & Montic. in tractat. de inuentar. memb. 1. nume. 30. quia recursus ad ius commune vel naturale est facilis: gl. tamen & DD. in c. fin. extra de consuetud. volunt, vt illud statutum introductum sit sciente ac permittente eo, sine quo statutum fieri non potest. Nec iure Saxonum quis tenetur conficere inuentarium, nec vltra vires hæreditarias conuenitur, vt probat Henning. Goden. consil. 15. num. 18. ex gl. artic. 6. ac 22. li. II. *Landrecht.*

3 Sed an per testatorem prohiberi possit, ne fiat inuentarium? Respond. Communis est opinio, asserente Vasq. parte 3. §. 10. de suc. procreati. quod prohiberi possit, verum hîc obseruandi sunt casus duo, nam testator prohibet in præiudicium honoratorum, aut creditorum.

In fraudem creditorum quod nequeat prohibere testator, de eo non est dubium, à quorum namque obligatione sese testator ipse expedire nō potest, nisi soluerit quod debet, ab illis neque hæredem valet eximere & tutum facere. Et istam comm. ait opin. Ioann. Annibal. in l. nemo potest, nume. 406. ff. de leg. 1. communem quoque dicunt Clarus in §. testamentum, quæst. 66. VVesenbec. consi. 86. num. 2.

In altero casu iterum distingue, honorati illi aut sunt hæredes, vel legatarij atque fideicommissarij, hosce quin testator onerare possit, præter Aretin. Baldus & Guidon. Psp. qui dubitant vel negant pauci sunt: hinc affirmantium opinionem comm. dicit Didac. Couarruuias c. 1. num. 17. lib. 2. de testamen. de qua re vide supra in §. testamentum, q. 7. n. 4. nam comm. est opin. in §. fideicommiss. q. 6. n. 1. quod qui honorantur, etiam grauari possint.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium quare fuerit introductum.*
2 *Hæres potest renunciare inuentario, atque quandocunque libuerit omittere.*

1 QVæro, inuentarium cur fuit introductum? Respond. breuiter. Ne hæres vltra vires hæreditarias teneretur, vel vt sine omni damno securus esset, textus est in leg. scimus. in princip. & in §. fin autem hoc aliquis, C. de iur. deliber. & hanc verissimam, ex quatuor causis final. quas recenset, Monticulus testatur in tract. de inuentar. memb. 4. num. 6. Ex hoc fine, quæ sequantur, docebimus in inuentarij effectibus, hanc communem dicit Dec. In l. debitori nu. 20. C. de pact. comm. dicit Decian. in consi. seu respons. 17. n. 30. Paris. consi. 33. n. 91. li. 3.

2 Ideoque ipse hæres solus illi renunciare, neque à quoquam vel legatariorum vel creditorum, vt conficiat cogi potest, d. l. scimus, §. sin verò ab sunt Nouel. 1. Istam sententiam tamen nonnulli, quo ad fideicommissarium, qui cogere possit rogatum restituere, conuellunt, quos recenset & refellit Mont. in tract. de inuentar. memb. 5. nu. 2.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

1 *Quis possit facere inuentarium.*
2 *An qui certus est hæreditatem esse soluendo, vel non*

soluendo.
3 *Nunquid opus sit de hoc protestari.*
4 *An legatarius.*
5 *Num fideicommissarius.*
6 *Num rogatus restituere teneatur facere inuentarium fideicommissario.*
7 *Num fiscus.*
8 *An ecclesia.*
9 *Vel monasterium.*
10 *An executor testamentarius.*
11 *Inuentarium an possit fieri per procuratorem.*
12 *Nunquid confectum ab vno hærede prosit alijs cohæredibus.*
13 *Inuentarium hæredis an prosit fideicommissario.*

1 QVæro, quis possit facere inuentarium? Respond. qui est hæres, siue ex testamento, siue ab intestato, textus est in l.fin. §. cum igitur hæreditas, iuncto §. sin autem dubius, C. de iur. deliber. Inde Dd. referente Montic. in tract. de Inuent. mẽb. 1. nu. 9. talem educunt regulam, qui succedit vt hæres, is tenetur facere inuentarium, quam ego conuerto: qui non succedit vt hæres, is non tenetur facere inuentarium, intellige quale inuentarium supra definiuimus quæstione 1. atque ex hoc Bald. d. § sin autem dubius, cui alij communiter subscribũt, quodque receptum testatur Mont. in tract. de inuent. mem. 7. numer. 19. ac in d. leg. scimus. num. 41. concludit, quòd inuentarium non possit fieri à defuncto.

2 Sed an hæres, qui certus est hæreditatem soluendo, vel non soluendo esse, possit hæreditatem adiẽs inuentarium cõficere? Resp. Ricard. Malumb. Cyn. & Ang. in d. l. final. §. sin autem dubius est, volunt. quòd inuentarium non prosit illi, qui certissima spe adit hæreditatem. Hanc tamen opin. Bald. Salic. Castrens. atque alij communiter reprobant, vt testatur Montic. in d. l. fin. num. 21. sed tu tene, aut adiuit vt velit facere inuentarium, aut vt nolit conficere: priore casu procedat commun. posteriore Cyni valeat opinio, & hanc distinctionem confirmant, in d. §. cum igitur, verb. vt non postea eam repudiet, eámque veriorem putat Cephal. consil. 327. nu. 5.

3 Hinc factum arbitror vt nonnulli existimarint, opus esse protestatione, quorum dux est Ang. in l. fin. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quàm per l. Falcid. quem sequuntur Bald. de Perus. in tractatu de aditione cum inuentario, Guid. Papæ in tractat. de inuentar. in princip. atque vt protestatio fiat, non est inutile ad remouendas difficultates, multísque obseruatur in locis.

4 Contrariam defendunt Salicet. Castrens. Alex. Corn. atque alij in d. l. fin. C. de iur. deliber. Bursat. consf. 96. nu. 4. quæ quoque de iure verior est, nullibi enim expressum reperitur, quæ etiam teste Mõticul. in tract. de inuent. mem. 7. nu. 8. communiter dicitur recepta.

Explorati iuris est, quod legatarius in re sua grauari non possit, cum legatum sit donatio quædam, atque sic caussa lucratiua, & quòd solum ille, qui succedit iure hæreditario, teneatur ad id, quod defunctus præstare cogebatur, legatarius verò titulo singulari, non vniuersali succedat, quare etiam extra controuersiam apud Dd. est, quòd legatarius nõ obligetur inuentarium conficere, neque pœnã patiatur, quæ omittenti illud proposita est.

5 Sed nunquid fideicommissarius vniuersalis, inuentarium conficere debeat, quæstionis est, is enim iure vniuersali atque hæreditario, defuncto succedit? Resp. text. in d. l. fi. C. de iur. delib. §. cum igitur, vult, quod quicunque succedit iure vniuersali, vel quod idem est, quicunque fuerit hæres ex testamẽto, vel ab intestato, vt conficiat inuentarium, si nolit de suo quid impendere, nunc autem certum est quòd hic fideicommissarius, vnde & nomen accepit succedat iure vniuersali, atque in omnia defuncti onera, quare etiam vltra vires hæreditarias tenebitur, si non confecerit inuentarium, quod quoque est de sententia Dd. & præsertim Alexandri atque Ias. in l. 1. §. si is, qui, ff. ad senatus consult. Trebell. & hanc communiorem opin. meram quæ sapiat veritatem, inquit Mont. in tract. de inuentar. memb. 5. nu. 41. quod procedit, si ipsi restituta est hæreditas, secus non tenetur: quia ante restitut. non est hæres, ita tenet Rol. à Valla consf. 72. nu. 18. vol. 2. com. ait Rom. consf. 84. comm. quoque asserit Rol. in tract. de inuent. part. 3. q. 2.

Quæro an etiam rogatus restituere teneatur facere inuentarium fideicommissario? Respõd. de hac quæstione tantum inter se confligunt Dd. vt Mont. in tract. de inuent. memb. 5. num. 2. in conflictu illo contremiscat spiritus. Nec inficias ire possum difficilem esse quæstionem, si oculos intendo ad alteram, quam infra tractabimus, quæq; ex hac dependet: Num videlicet hæres non conficiens inuentarium, amittat Trebellianicam. Quod hæres cogatur fideicommissario vniuersali inuentarium facere, tenet Oldr. consf. 134. Curt. senior consf. 29. Dd. in l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. atque alij quos recenset Mont. d. loco, quia hæres tenetur fideicommissario reddere rationem de administratione rerum hæreditariarum. d. l. cum tale. Itẽ quoniam illi cauere debet de satisfaciendo, quando tẽpus veniet, secundum Dd. in l. cum Archimedoram, C. vt in posses. leg. caus. esse. Hasce rationes ex Alex. & Raph. commen. in l. in ratione §. quod vulgo, ff. ad leg. Falc. Montic. impugnat eò quòd propositio: qui debet rationes reddere, ille inuentarium conficere necesse habet, non sit vniuersaliter vera, neq; iure cautum, vt conficiat, quod postremum videtur mihi contemplanti c. 2. §. si verò non fecerit, atque in illo verb. fideicommissarios, Nouel 1. à vero valde alienum, dicta tamen intellige de hærede, qui sponte adiuit, secus si coactus, nam qui ita adit inuentarium facere non tenetur, secundum Ang. in l. 1 §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. Cacher. decis. Pedem. 181. num. 17. Sed de hisce infra pluribus loquemur. 6

Quæro an fiscus teneatur facere inuentarium? 7
Resp. quòd non teneatur vltra vires, licet non confecerit, docet Bart. in l. 1. §. an bona ff. de iure fisci Bald. in l. etiam in d. leg fin. C. de iur. delib. Ang. & Rom. in rub. ff. de acq. hær. Guid. Papæ in tract. de inuent. n. 13. & in suis dec. q. 333. com. dicit Ias. in d. leg. scimus in princ. C. de iur. delib. quam opin. Mont. bene restringit, si succedit alio quam hæreditario iure, puta si bona vacantia occupauit, vel delinquẽtis res confiscauit aliud obseruatur quando concedit in locum defuncti vt hæres, per § fin. c. 4. Nou. 1. atque hanc comm. dicit Fern. Vasq. de success. creat. §. 16. nu. 11. & ante eum Ripa in leg. ex facto, ff. ad Trebell. comm. dixit vt testatur Clar. in practic. crim. q. 78. n. 29.

Quæro, num ecclesia teneatur vltra vires si non 8
confecerit inuentarium? Resp. in diuersum hic abeunt Dd. affirmatiuam, quod teneatur conficere inuentarium, aut de suo soluere, si defecerint vires hæreditariæ, tenet gl. 1. in verb. patiatis, de testam.

quam

quam ibid. sequuntur Ant. But. Imol. & Barb. Salic. in Auth. sed cum testator C. ad l. Falc. quam Ias. in d. leg. scimus, C. de iur. deliberan. §. final. dicit communem.

Negatiuam, quod scilicet non necesse habeat ecclesia conficere inuentarium, propugnant Bart. in l. 1. num. 49. C. de sacrosf. ecclesf. Bald. & Ang. in d. l. scimus, §. fin. Aret. in rub. Abbas & Card. in d. c. 1. de testam. Ioan. de Ana. in c. fin. de raptor. quam communem affirmat Felin. in c. de quarta, de præscript. Sed priorem opinionem existimo de iure veriorem, per verba finalia, in d. c. 4. Nouell. præsertim si fuerint, contra quos habeat ecclesia regressum, si ob illorum negligentiam damnum passa est, vt in simili dictum fuit supra. Imò potest in integrum restitui, per Clement. de in integrum restitut.

9 Quid de monasterio sentiendum? Quòd non teneatur conficere inuentariũ, neq; vltra vires quicquam præstare hæreditarias, seruat communis Dd. schola, vt testatur Fernand. Vasqu. de success. creat. §. 16. num. 17. quia succedit monacho, non iure hæreditario, sed singulari, ex auth. videlicet. ingressi, & auth. si mulier, C. de sacrosf. eccl. quam rationem communiter tenent Canonistæ; secundum Socin. in consil. 183. lib. 2. Curt. iun. consil. 48. n. 8. Ideoque ea præualeat in foro canonico, vt vult Corne. consf. 272. lib. 3. Sed legistæ illam impugnant communiter, ac negant immediatè, iure scilicet singulari monasterium succedere, sed mediatè per ipsum monachum, veluti testatur Bertran. consil. 73. lib. 6. communémque probat ex multis Clar. in §. testam. q. 30. num. 1. eámque tutò credit iudicem sequi in foro Cæsaris, alteram secundum Corne. d. consil. 272. in foro canonico.

10 Quæro, executor testamentarius num teneatur conficere inuentarium? Resp. Doctores communiter in auth. sed cum testator, C. ad l. Falcid. executorem, quia est nudus minister, excipiunt; vt & patrem arrogatorem, atque illum, cui libertatis causa bona addicuntur, quia non iure hæreditario succedunt, vt testatur Montic. in tract. de inuentar. mem. 5. nu. 13. 15. & 16. Sed de executore infra, artic. de executoribus, quæst. 8.

11 Sæpius iam diximus, inuentarium debere fieri ab hærede, quæro igitur, an mediatè per procuratorem confici queat. Respond. Odofr. & Bald. in d. §. cum igitur, volunt, quod possit. Quod tamen Castrens. atque alij communiter improbant, cum quibus facit text. in d. §. sin autem dubius, qui iubet ab ipso hærede fieri, nisi res fuerint in aliis locis, in d. l. scimus, §. sin autem in locis, & hoc frequentius receptum est.

12 Quid si plures fuerint hæredes, num singuli inuentarium facient? Resp. text. in d. l. scimus, §. cum igitur, sic sonat: cùm igitur ad quendam, siue ex testamento, siue ab intestato sit delata, siue ex asse, siue ex parte. Vnde concludo cum Dd. præcipuè cum Cyn. ac Iaso. ibid. quod singuli teneantur facere inuentarium, neque vnius aliis prodesset, nisi ipsi vnà interfuissent atque subscripsissent, quamobrem etiam singuli tenebuntur pro sua parte. Nam certum est atque communis opin. in l. 1. C. de except. & l. 1. ff. si cert. pet. quod onera hæreditaria inter cohæredes diuidantur.

13 Quæro, inuentarium hæredis an prosit fideicommissario? Resp. Affirmatiuam tenet Bart. in d. l. scimus, §. fin. & in l. in ratione, §. quod vulgo, ff. ad leg. Falc. Specul. in tit. de instrum. edit. §. fin. verb. quod si hæres, Angel. in d. l. 1. §. stipulatio. Si nimirum cessum est ab hærede, quia quæ hæres habet ex sua prouisione, in fideicommissarium non transeunt, nisi cessa, l. si hæres pecuniam, ff. ad Trebellia. Imola tamẽ, ac plærique Dd. vt testatur Coras. in tract. de inuent. num. 26. putant, etiam sine cessione prodesse. Cuius rationem ponit Bald. in d. l. scimus. §. & si præfatam, ac in l. filium, C. familiæ hercisc. quia inuentarium est ius excipiendi, ne teneatur vltra vires hæreditarias, & in iure excipiendi non quæritur cessio, l. rescriptum, §. fin. ff. de pact. vbi per procuratorem procuratoris acquiritur exceptio domino sine cessione, & hanc veriorem dicit Alex. in l. in ratione, §. quod vulgò, ff. ad l. Falcid.

Quod verò omnino cedi nequeat inuentarium, scribit Io. Fab. in §. extraneis, instit. de hæred. qual. & diff. cùm sit ius priuilegiatum, quod non transmittitur, l. ex plurib. ff. de admin. tut. l. si patroni, l. qui ita institutus, §. si legatus, ff. ad S. C. Trebell. Hãc Fabri opinio. nominat Montic. in tract. de inuent. memb. 5. num. 66. ceruicosam, ac monet, ne admittatur, quod quoque æquitatis videtur suadere ratio: ne scilicet sumptus inuentarij toties conficiendi, hæreditatem minuant, cùm aliàs, vbi cõfectio plus impensarum requireret, quàm vtilitatis adferret, omnino omitti potest, teste Bart. in l. Mediterraneæ, C. de anno. & tribu. Pyrrhus Angelb. consued Aur. tit. de success. cap. 18.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Quando debeat fieri inuentarium, vel tempus inuentarij, ex quo die currat.*

2 *Quid si intra 30. dies non fuerit cœptum, num valeat, si intra 60. sequentes sit confectum.*

3 *An tempus illud currat minori.*

4 *Num possit per iudicem abbreuiari vel prorogari.*

5 *An tempus inuentarij sit continuum.*

CErtum est ex §. sin autem dubius, in l. scimus, 1
C. de iur. deliber. quòd inuentarium debeat confici intra 90. dies, vel quod idem est, intra 3. menses, si bona sint præsentia, aut si absentia, intra 12. menses siue annum, hinc quæro, tempus illud quando incipiat currere? Resp. de hac re sunt diuersæ opiniones diuersa constituentes initia. Quidam Dd. finem vitæ istius, de cuius successione agitur, principium inuentarij conscribendi faciunt, alij diem ex quo quis sciuerit sibi delatam hæreditatem, plurimi momentum ex quo hæreditas est adita. A morte testatoris inuentarij putat inchoari tempus Fern. Vasqu. de success. par. 1. 3. §. 18. num. 45. ex d. leg. scimus, §. sin autem à locis, quam sententiam existimo veram, & secundum literam intelligo de anni tempore, quod datur ad describẽda hæreditatis bona in variis dissita locis, ac si quis ob ignorantiam, vel iustam absentiam, læsus fuerit, etiam maior, restituendum arbitror ex generali clausula, quod secus est vbi temporis initium à die scientiæ vel ab adita hæreditate statuitur.

A die scientiæ initium ducunt gloss. in authen. Sed cum testator, C. ad l. Falcid. Ricar. Malumbr. & Salic. in d. l. scimus, §. sin autem dubius. Speculator & Ioan. Andr. in tit. de instrument. edit. § fin. cámque Monticul. in tract. de inuent. memb. 1. nu. 21. verissimam affirmat.

Ab adita hæreditate exordium dicti temporis ponunt gloss. a. Iacob. de Aretin. Cyn. Corne. atque

alij in d.l.scimus, hanc communem & æquissimã dicit Rom.cons.84.comm.ait Dcei. consil.643.cõm. affirmat Bello.consil.86. commu. testatur Ioan.Dilect. Durand. titu.11.caut.8.communem quoque enunciant Roland.in tract.de inuentar.part.3.quæst. 6.Guid.Papæ decisio. Gratianop.quæst.571 n.5.magis communem asserit Alex.in d.l.scimus, communiorem vocaot Bursat.cons.96.n.2.Maodos. ad Rõ. cons.84. verb, aditæ, magis communem confitetur Montic. in tractat. de iouentar.mẽbro 10.nu.a.

Proximè dictas opiniones conciliare conatur Bart.io d.l.scimus, vt prioc opinio, quæ vult quod tempus inuentarij currat à die scientiæ, locum habeat, si hæres malitiose differat aditionem in perniciem ereditorum, Cyoi vero tum, cum non dolose hæres motat hæreditatem adire. Batt. scquuotur alij communiter DD. ac inter illos Mauscr. in practic. sua titu. 32.num.49. eamque distioctionem testatur bonam Vital.de Cambao. io tractai.clausular.claus.nil nouari, nume.9. commun. ait Bursatus consil.96.num.2.A modernis receptam fatetur Roland.à Valle.cons.72. ou.34.libr.2.commun. itidem dicit Villalob.commun.opin.verb.tempus,communiter receptã agnoscit Montic.in d.tract.mẽb.1.n.21.

Hæc opinionum varictas ex varia dict. §. sin autem dubius, interpretatione otiginem duxit. Salic. reiicit priora, Cyuus verò verba posteriora, quæ hic negligit, ille separatim suscipit, ac vinculo (tameo) sublato vterque diuersas cõstituit propositiones, nõ, propositionis vnius paries. Bar.a. cupiens immensa post se cclinquere volumina, spatium non habuit textum penitius introspiciendi, sed ex generalı regula, oemlnem debere alteri obesse, tanquam cum Alexandri gladio, nodum istum Gordonium dissecuit. Sed audaciam hanc Bart. relinquentes videbimus quas conciliat opiniones. Si Saliceti valeret sententia, sequeretur, quod inuentarium posset fieri ante aditionem, vbi autem tum maoerent illa verba Imperatoris: sed adeat vel se immisceat: quæ primum dict.§.sin autem dubius, constituunt membrum. Quomodo accipienda essent hæc? sio vero postquam adieriot, vel sese immiscuerint præsentes vel absentes, inuentarium facere distuletint. Cur quæso ante aditionem inuentarium, quod fieri solet ne adiens teneatur vlera vires, conficeretuc, num vr tutius adiri possit hæreditas, vel repudiari? At per inuentarij beneficium ante tutus eit. Et repudianti qui sumptus inuentarij restituet, vel quis succedet? sequcretur itid.per inucntarij confectionem hæreditatem non censeri aditam: sed cur post confectum inuentatium, ae tempus eius, etiam sine vllo alio facto, potest à creditoribus conueniri? §. donec inuentatium conscribitur. Si Cyni obtineret opinio simpliciter, manifesta ficret textui iniuria. Coniungendas igitur puto duas istas opiniones, vt & quis inuentarium faciat, intra 3. menses à die scientiæ, & adeat intra 3. meoses à die scientiæ, ac sic tempus cutrat semper, sine distinctione Bartoli, à die aditionis, vt voluir Cyous, semperque currat à die scientiæ, vt probauit Salicet. Quoad inuentarij temporis initiũ textus est expressus in d. §. sin autẽ dubius. Aditionis principium cootextus illius, & §. præcedentis ostendet, cuius mens hæc est. Qui certissima spe, (quocunque velit iotra 30. annos tempore) hæreditatem agnoscit, is tenetur, vt defũctus, vltra vires hæreditatis, neque inuẽtarium facere potest: simili modo, qui noo titubante animo crediderit recusandum intra 3. menses, à dic, quo sciuit sibi hæreditatem delatam, apertissimè ei renunciat, nec inuentarium faciendo, nec tempus deliberandi petendo, alienus est ab hæreditate.

Quid si noo dicit, respuendam mihi credo hæreditatem, sed dubiio num admittenda sit oec ne? Resp. Imperator, is audacter adeat vel sese immisceat, omni tamen modo inuentariũ intra 90. dies, à die quo ipsi fuit cognitum hæreditatem esse delatã. hic audis, ꝙ Imp. velit, vt adeat & inuẽtarium faciat. Posterius, ꝙ sine priori esse nequit, currit à die sciẽtiæ, ergo & prius, scilicet aditio cum beneficio inuentarij, vel vt inuentarium prosit (nam alias extra omoe dubium hæreditas adiri potest directa via vsque ad 30. annos) ab eodem incipiet principio, ꝙ manifestum est ex §. sin vero postquam adierint.

Sed cur iusti in d.§. sin autem dubius ad postecius 2
membrum atque solum inuentarium cefert illud tempus temporisque initiũ? Resp. vt concoucrsum istum artic. & quæstionem quã postea aliquos sciebat moturos, solueret, ostenderetque inuentarij finẽ ac initiũ quod vtrũq; diuersum ab aditionis rempore, quod à die scieotiæ statim currit ac desinit, inuẽtarij vero inde vsque ad 89. contiouatuc dies, hoc tamen modo, vt intra dies 30. primos inchoetur, & intra 60. dies subseqoentes finiatuc: secus inueotarium non valer, & baoc opinionem seruant gl. in auth. sed cum testator, C. ad l. Falc. Vbert. de Bobio. & Ang. in d.l.scimus. Si vero postquam, & ead. l. §. si vero non fecerit, Mart. Sili. Ioau. Andr. ad Spac. tit. de instrum. editi. §. fin. circa fin. Ang de Petus. n.16. in tract. de inuentar.

Contrariam teneot Cyn. Bar. Fulg. Castc. in d. §. sin autem dubius. atque hoc per l.1. in sui. ff. de ventre inspic. & c. cupientes. de elect. in 6. Bart. sequitur omnes, vt testatur Corn. in d.§. sin autem, & Castal. io d.l.scimus, §. cum igitut, ait eam omnes tenece, tanquam magis æquam ex ratione, quia illis videtur leuis solennitas, si non inchoetuc, iotra 30. dies, ideoque ab ea in iudicando & consulendo nõ censet cecedendum Ceph.cons.327.n. 23.li.3. & magis æquam dicunt F.Porcell.c.3.n.13.io tract. de inuent.forma Guid.Papæ.io decis.parlam.q.571.cõm. asserit Mont.in tract.de inuent.memb.7.n.3.

Quam communem, vt magis æquam teste Porcellino in d.loco, procedere seruandamque in foro, nec facilè iudici ab illa recedendum esse, libẽter cõcedo, tamen veritate d.sed e.l.fin.C.de iut.deli. iospecta aliud concludendum arbitror, & quidẽ cõtraciũ, nã licet solennitas illa nõ videatur adeo magna intra 30. dies inchoare inuentarium, tameo quia inuentarium secundum præscriptã ab Imperatoce formam atq; obseruationẽ solidandum, & eũ omni subtilitate (quod verbum complectitur etiam leues solennitates) conficiendum est, contra formam atque inuentarij figuram fieri puto, si omittatur etiam minima solennitas, nec eootra æquitatem quicquam peecabitur, si cum Cæsare Iustio. postuletur, vr intra 30. dies initium, quod non difficile est, fiat inuentario confieiendo, qua de causa bene gl. in d.§. sin autem locis, verb. coosummationem, quæ communiter, teste Moot. de iouent. mem. 7.n.35. est recepta, quadruplicat illos 30. dies, si bona fueciot dispersa, ad iochoandum ioueotarium.

Quæro ao tẽpus inuentarij cooscribendi currat 3
mioori, contra quem nulla currit præscriptio alia Resp. quod sic, ita tenet Bar. c. 4. §. Pupillis. Nouel. Alex.cons.124.l.4.Dec.cons.445.n.56.Guid. q.141. 142.& 571.Dec.Gratiã.Ang.Perus.in tract. de inuẽt. n.4.& hoc vulgo cecęptũ ait Maza.con. 101.n.6.sed tẽpore exclusus potest restitui in integrũ l. auxiliũ ff.

de minor & ibid. gl. quam communiter sequuotur Dd. quod exteodit Alex. l. nam & postea, §. si mioo. ff. de iureiuraod. ad opem replicatioois.

4 An tempus datum ad inuentarij confectionem per iudicem possit abbreuiari vel prorogari quæro? Resp. quòd oon, qaia boc tempus datur à lege extra iudicium, neque oecesse est vt iudex adcat à confecturo inuentarium, quemadmodum nonnulli existimaruor, & illam opioioncm teoent Odof. Bart. Bald. Ias. in d. §. sin autem dubius, l. scimus, C. de iur. delib. atque hæc est recepta nouiorum opinio. atqoe Cor. io d. §. sio autem dubius, adeò striogit boc tempus, vt si 90. die conficeretur inuentariũ, nõ valeat, quia lex vult vt intra 30. dies inchoet, atque intta alios 60. dies consummetur, quam opio. de iur. quoque est verior.

5 Constat ex l. Ad testium, §. posse. ff. de testam. ac l. minorem, C. de traosact. testamentum posse fieri noctu, quæro num etiam inuentarium tempore nocturno vel die feriato scribi possit? Resp. quod sic: sunt enim dies illi vtiles, sed continui, quoniam iouentarium non potest fieri citra iudicis tribunal, vt deinceps dicemus, leg. fin. per gloss. Bald. & alios in Rubr. ff. de diuers. & temporalibus præscript. deinde, hoc est commune omnium præscriptiooum regulariter, lege 1. ff. eodem, vt tempora earum siot contioua.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *Vbi inuentarium fieri debeat.*
2 *An coram iudice vel pro tribunali.*

1 QVæro, inoentarium in quo loco debeat confici? Respond. in loco vbi res sitæ sunt, vel plorima pars earum, & hoc suadet naturalis ratio, quia difficile est, interdum etiam impossibile, bona, quæ in iouentarium debent referri, in vnum comportare locum, & istam opinion. tenet Specul. in titul. de instrum. edit. §. final. vers. item exigitur. Angel. io d. l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per Falcid. ac cum illis transeunt Dd. in d. §. sin autem locis, d. leg. scimus, C. de iur. deliber. & recentiores vt Aogel. de Perus. io tract. de inuent. Francisc. Porcellin. de iouentar. c. 3. nu. 15. Montic. de inuentar. memb. 7. ou. 32. atque alij plurimi.

2 Quæro, an apud tribunal, seu coram indice fieri debeat inuentarium? Respond. disputabilis est hæc quæstio, atque argumeotis ratiooum magis tractatur, quàm iuris textibus. Hos qui requirunt, iudicis præsentiam non putant oecessariam, quorũ de grege est Francisc. Porcellin. in tract. de iouentar. ca. 2. num. 9. Monticul. de inueot. memb. 7. nu. 12. hanc opioionem veriorem, Alexand. verò in d. leg. scimus commuoem dicit.

Contrariam tenet Martinus de Fano per leg. de creationibus, C. de episcopal. audient. quem refert Specularor io titul. de iostrument. edit. §. fin. gloss. Cyo. Bart. atque alij in l. tutor, qui repertoriũ, Bald. in l. fin. C. de adopt. & io coosil. 26. air idem nulliter fieri iouentarium, sine præsentia iudicis quod fit. Ang. in dicto §. hæc stipolatio, Pyrrhus Angelberm. in consuetud. Aorelian. tit. de successioo. cap. 18. qui omnes ad hoc allegant l. oulli §. cum C. de episcop. aud. vbi episcopus, si tenet locum hæredis, coram iudice teoetur facere iouentarium. Hanc ex Aog. communem refert Francisc. Porcel. d. cap. 2. num. 9. quod communiter seruetur asserit Angel. de Perus. in tractat. de inuentr. num. 12. atque eam præualuisse testatur Montic. d. membro 7. oum. 12. vt iam vbique & in omni iouẽtario iudicis authoritas adhibeatur. Scio tamen multis in locis & hæredem & iudicem hac molestia atque labore subleuari.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIA.

1 *Quot testes intererunt confectioni inuentarij.*
2 *Quales erunt testes.*
3 *An mulier possit esse testis.*
4 *An testes debeant intueri faciem hæredis, tabellarij, atque aliorum.*
5 *An semper iidem adhibendi sint testes.*

1 QVæro, quot testes iotererunt confectioni inuentarij? Respondeo: communis est opinio, quod vbi numerus testium oon est expressus, duo sufficiunt, iuxta dictum Saluatoris, in ore duorum vel trium consistit omne verbum, ac l. vbi numerus, ff. de testibus, atque hîc oumerus expressus oon est, duos ergo sufficere nemini debet esse dubiũ. Hanc opiniooem teneot Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus, quàm per Falcid. Castrens. Alex. atque alij in d. l. scimus, §. sin autem dubius, Bald. in coosil. 143. vol. 3. Dec. consil. 633. & Abbas in coos. 72. Crauet. coosil. 348. num. 31. Francis. Porcellio. de inuent. c. 2. num. 7. Aogel. Perusin. de inuentar. ou. 14. Guid. Papæ. de inuentar. num. 23. & hæc recepta est opinio contra glossam io d. §. sio aotem dubius quæ 3. requirit testes. Procedit autem ista communis sententia, cum creditores atque legatarij quoqoe adsuot, qui si absuerint, in illorum locum adhibendi suot alij tres testes, ita vt sint mioimum quinq;, per textum, ca. 2. §. si verò absunt aliqui. Nouell. 1. quẽ communiter ita explicant ioterpretes, atque sic intelligunt præter modò nooiinatos Dd. Vital. de Camban. in tractat. clausula. claus. innouari pendente inuentarij confectione ou. 19. Monticul. in tractat. de inuentario, memb. 7. o. 29.

3 Quales eruot testes? Respond. cogooscent hæredem: text. est capitalis in d. §. sio autem dubius, Ang. ibid. Francisc. Porcellin. io tract. de inueot. cap. 2. n. 7. gloss. tamen Bart. Bald. atque alij in d. §. sin autem dubius, etiam alios admittunt. Quòd autem Bald. cum aliis velit, vt sint locupletes, possidẽtes immobilia, atque optimæ opinioois, merito à Coroeo improbatur, nam illas qualitates requirit d. §. si vero absunt, c. 2. Nouel. 1. in illis, qui loco creditorum atqoe legatariorum absentium adsunt.

2 An mulier possit adhiberi testis? Respon. quod sic arg. l. 1. §. 1. ff. de testib. non enim prohibetur legibus, nec à quoquam ex Doctoribus, si non fallit memoria, excluditur: licet communis sententia aliud obseruet in testameoto, illud extra iudicium conficitur, testamentum olim in comitiis calatis vel procinctu fiebat, io quibus fœminæ stare fas nõ erat, quódque hodie immutatum seruatur, ob testamentorum solenoitates, atque mulieris inconstantiam. Omnibus enim modis cauendum, ne quo modo fraus in testamento committatur, §. sed his omnibus, Instit. de testam. ordinao. eadem quoque ratione, quia fœmina ooo est exempta & liberata ab inuentarij confectiooe, cum Bart. & reliquis cõmuniter doctoribus ad eius pœnam, si non fecerit, adstringo, non attento illo, quod Alex. in l. iuris, C.

qui admitti placet. Omnibus nanque hominibus Imperat. constitutionem Noucl. 1. sanciuit, nec militem excipit.

4 Sed quæro, nunquid testes debeāt semper intueri faciem hæredis? Respond. hoc sancitum non reperio, sed glossa in §. item verborum Instit. de inutilib. stipulat. ac ibid. Faber. Portius, Angel. tradit, quòd in nullo actu, inter viuos maximè, requiratur præsentia ac corporalis visio testium, & hoc receptum testatur Montic. in d. l. scimus n. 47.

5 Quæritur, an iidem semper adhibendi sint testes? Respond. quod ita, nisi aliud interueniat impedimentum, atque ita tenet Bart. & Ang. post gl. in d. §. si vero absunt.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *An inuentarium debeat conscribi per tabularium.*
2 *Num creditores debeant probare plures esse vel fuisse res in hereditate.*

1 2 QVæro, per quem debeat conscribi inuentarium? Respon. textus in d. §. sin autem dubius, l. scimus, C. de iure deliber. non exprimit, sed in medio relinquit, facultatémque dat heredi, vt ipsemet, vel per tabellarium cōsignet, modo tabularius præsens sit. Receptum tamen est, vt per Notarium fiat & scribatur, quia iste deputatus est, vt per eum acta ac monumenta publica scribantur, secundum Bald. & Salicet. in l. 1. C. de sportul. præsertim cum etiam alias teneatur sua subscriptione inuentarium confirmare, ac qui subscribit censetur totā facere scripturam l. si quis ex argentariis, § 1. ff. de edend.

Ideoque ob autoritatem publicam retorquetur onus probandi in eos, qui inuentario contrauenīunt, d. l. scimus, §. licentia. Imol. & Rom. in rubric. ff. de noui oper. nuntiat. Quod Bald. & Salic. in l. si quis decurio C. ad l. Cornel. de fals. Dd. in l. si constante ff. solut. matrim. extendunt etiamsi ex illo agatur. Et alias, qui dicit bona non sufficere, transfert onus probandi in aduersarium, per text. in d. l. scimus §. licentia. Et hanc communem refert Curt. senior. consil. 27. commun. quoque asserit Ruin. cōsil. 39. vol. 1.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Creditores & legatarij num sint nominatim ad inuentary confectionem citandi.*
2 *Num vnica sufficiat citatio.*
3 *Quid si vnus ex creditoribus vel legatarius sit pupillus.*
4 *Quid si non habeat tutorem.*
5 *Quid si non fuerint omnes citati in inuentarium vitietur.*
6 *An citatis neque comparentibus præiudicatur.*
7 *Citatio iudicis Laici num clericos teneat.*

1 INdubitatum est, quod legatarij atque creditores ad inuentarij confectionem debeant vocari, quæro itaque num generalis sufficiat citatio? Respond. creditores & legatarij aut certi sunt, aut incerti: hoc casu sufficit generale proclama, leg. si eo tempore, C. de remis. pignor. l. hoc autem. §. 1. ff. quibus ex causis in possess. eatur. atque hoc communiter teneri dicit Marant. in tract. de ord. Iudic. chart. 375. num. 98. nisi de facili possint cognosci, vt tenet Ancharan. & Geminian. in c. fin. De elect. in 6. & ante illos Bald. & Angel. in auth. si quis in aliquo, C. de edend. Alexand. consil. 5. volum. 2. Decian. consil. 59. n. 28. volum. 2. qui alios plures recenset.

Si certi fuerint, nominatim sunt citandi, l. scire oportet, §. oportet, ff. de excus. tutor. l. 4. §. Abesse, ff. de damno infect. ac hoc specialiter tradunt Bartol. & Bald. in d. l. scimus, §. cum igitur C. de iur. delib. Angel. in leg. 1. §. hæc stipulatio col. 4. ff. si cui plus quam per Falcid. Guid. Papæ. c. 2. n. 5. Coras. n. 17. in tractatibus de inuentar. hanc communem dicit Roland. à Valle consil. 72. n. 23. vol. 2.

Sed nunquid vna sufficiat citatio? Resp. quod vnica satis sit, ita tenent Iason atque alij communiter Dd. in d. l. scimus, §. etsi præfatam. vt testatur Monticul. in tract. de inuent. memb. 7. num. 17. 2

Quid si creditor sit pupillus? Respond. tutor eius citandus, ita tenet gloss. l. 2. C. si ex pluribus tutor. Crauet. consil. 225. Roland. tract. de inuent. part. 3. q. 25. quemadmodum & aliarum personarum, quæ propter ætatem, sexum, imbecillitatem, aut aliud impedimentum interesse non possunt, procuratores inquilini ac defensores citantur arg. c. 2. §. si vero absunt. Nouell. 1.

Quod si tutorem non habuerit, tunc citandi sunt 4 cognati & agnati, ad eum defendendum, l. e. hæc autem, §. 1. ff. quibus ex caussis in possess. eatur Rolād. in tractat. de inuent. part. 3. q. 24. Ioan. Coras. de inuentar. num. 17.

Quod si non omnes quorum interest, fuerint ci- 5 tati, an propterea vitietur inuentarium? Respon. quoad citatos valere ait Bart. in d. §. sin autem dubius, quem alij communiter sequūtur & hanc com. dicit Monticul. ibid.

Contrariam vero defendit Angel. in d. §. hæc stipulatio, Roman. Sicul. & Alciat. in l. 1. §. sed si mihi, ff. de verborum obligāt. quam quoque in puncto iuris veriorem autumo. Connectit enim Imperat. in d. §. sin autem dubius, & eodem verbo complectitur cum tabulario etiam illos quorum interest.

Quæro, an citatis neque comparentibus præiudi- 6 cium fiat in iure suo? Respond. quod non, d. §. si vero absunt c. 2. Nouell. 1. quia citantur solum ob id, ne deinceps conqueri possint, dolosè inuentarium esse factum, & hanc tenent opin. Bald. Salic. & Castrens. in l. consentaneum, & auth. qui semel, C. quomodo & quand. iud.

Quæro, an citatio iudicis Laici clericos teneat 7 hac in parte? Respond. Angel. in d. §. hæc stipulatio, non obscurè indicat, quod teneantur, quod quoque verum puto. Textus namque in c. 4. §. fin. Nouell. etiam sacerdotes complectitur, neque lis exercetur, sed solum vocantur sua causa ad actum extraiudicialem, vnde magis monitio, quam citatio dici meretur.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An venerabilis crucis omißio vitiet inuentarium.*
2 *Num cœptum dicatur inuentarium vbi signum per heredis manum sint prepositum.*

NOtum est ex sæpe d. §. sin autem dubius, l. scimus, C. de iure deliberand. quod hæres inuentari cōficiendo manu sua venerabile signū præponere 1

nere debeat, quæro ideo, an eius omissio vitiet inuentarium? Respon. Hic passus apud DD. lubricus est. Quod non vitietur, tenent Odofred. & Vgo per l.1.§.penult.ff.de ventre inspici. in d.l.scimus, §.& si præfatam, Cyn.Bart. Castrens. atque alij in d.§. sin autem dubius. Quia illis videtur crucis appositio leuis solennitas. Et hanc omnes tenere ait Decius consil.633.communem dicit Roland. à Valle consi. 73.nu.4.volum.2.comm. asserit, Francisc. Porcellin. in tract.de inuētario,c.2.n.6. comm.itē firmat Montic.in tract.de inuēt.memb.7.nu.37.comm. quoque enunciat Vital.de Camban.in tract.clausul.in d.clausula,numer.9.magis communem affirmat Fernand. Vasq. de success.creat.§.9.num.12. & ab hac non putat recedendum in iudicando ac consulendo, quemadmodum & ante illum monuit Ioann. Cephal. consil.327.num.27.lib.3.

Sed contrariam seruant Oldrad. & Hostien.in c. Raynaldus. de testament. Salic. & Fulgos. in d.§. sin autem dubius. Angel. & Imol. in l.1. §. hæc stipulatio,ff. si cui plus quam per Falcid. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. de instrument. edit. §. porro. Quia paria sunt inuentarium nō esse factum, & minus legitimè factum, vt tenet Plot.in l.si quando,C. vnde vi. Paul. Parisius consil.75.lib. 2. Socin. consi. 46.volum.1.& istam commun.dicit opin. Feruand. Vasq.de success.creat.d.§.9.nu.12.Per hanc viā multos,qui putant se posse inuentarium conficere, excludi testatur Vitalis de Camban. in tractat. clausul. nil innouari,num. 18. Hanc tutiorem & de consuetudine seruari probat Angel.de Perus. de inuentar. Et hæc vt verior est, ita receptior esse debet,seu magis seruanda, cum dolosum sæpè hæredis verberet animum,ac à fraude deterreat.

2 Sed an ex hoc, quia signum hæredis manu venerabile appositum, inuentarium censeatur inchoatum? Respond. Bald. & Castrens. in d.§.sin autem dubius negant inuētarium videri cæptum, si testes, tabellio cum aliis quorum interest, sint vocati, ac in illorum præsentia signum crucis appositum, nisi & quædam bona in hæreditate scripta fuerint inuenta, ex quibus inuentarium accepit nomen. Sed æquior mihi videtur contraria opinio, credo & illis, qui iudicant 30. priores de 3. mensibus dies, datos esse absolutè ac solum inchoationi,& forsitan etiam luctui,quemadmodum iure Saxonico ante 30. diem à morte testatoris,hæres bona hæreditatis sitibundus rerum non acquirat vel diuidat, quod & passim alibi locorum apud pios seruatur hæredes.

QVÆSTIO XL.

SVMMARIA.

1 *Quæ bona sint in inuentarium referenda.*
2 *An etiam debita defuncti vel ipsi commodata.*
3 *Num fructus 4.*
5 *An æstimatio rerum adscribenda.*
6 *An in conspectum singula res sint proferenda.*
7 *Quomodo releuetur à doli suspicione hæres, si quasdam res non inscripsit, vel alienas apposuit per ignorantiam.*

1 QVæro, quæ bona inuentario debeant inseri? Respond. omnis quæ defunctus mortis tempore habuit, iuxta expressa textus verba in d.§. sin autem dubius, l.scimus.C.de iur.deliberā. summatim, quæcunque inueniuntur, siue mobilia vel immobilia, quæ gloss. solum intelligit de corporalibus cōmuniter reprobata, siue corporalia vel incorporalia, siue etiam nomina & actiones fuerint. Et hæc est communis DD. sententia in d. §. sin autem dubius. ac in l.si de eo §. forte,ff.de acq.hæred.à qua discrepare vidi neminem: atque generalis vox, res, hoc euincit cuius appellatione comprehenduntur & causæ & iura.iuxta tex.in l.rei appellatione.ff.de ver.sig. & etiā ea, quæ sunt extra patrimoniū nostrum, l.rei appellat ff.eod. vt & hoc latè demōstrant DD. in l. 1.ff.si certum petat. quo significatu quoque non bona intelligimus l. bono.ff. eod. & ibi Accurs.& Alciat,cū quibus facit Bar. in l.Princeps,ff.eod.ti.bene dict. in c. Rainutius ver. cætera bona. De testamēt. Tiraquel. in l. si vnquam, Cod. de reuocan. donat. & textus. est sufficiens in l.si legatus, §.primo ff. ad Trebellian.

2 Minus tamen hoc continet vocabulum bona, quam res, quia rei appellatione continentur etiam debita defuncti dict. l.rei appellatio, vnde Francisc. Porcell.c.3.n.3.Ang.Perus.n. 19.Mont.memb.6.nu. 1.in tract.de inuentario,atque alij communiter Dd. illa in inuentarium referri volunt, bona verò, quæ quoquo modo tenentur, d.l.bonor. Verum vt ex §. in computatione, manifestum euadit, verbum habet, in d.§. sin autem dubius, generalissimæ rei significationi quid aufert, atque ad bonorum vim restringit, quæ nō dicūtur de iis, quæ quis non habet, d.l.bonorū,ac debita defuncti nō habentur, neq; in bonis illius sunt.sed potius in creditorib. quamobrem cum communi etiam res commodatas, depositas, atque alias dico inserendas, debita verò defuncti vt inscribantur, contra communem non censeo necesse esse.

3 Hic eleganter quæritur, an fructus post mortem defuncti perceptos inuentario inserere debeat? Respondeo: Disputabilis est hæc quæstio. Guid. Papæ in tractat. de forma inuentar. numer. 17. credit, per l. Item veniunt, §. non solum, ff. de petit. hæredit. quod creditores hæredem conuenire possint, vsque ad valorē fructuum perceptorum,& hanc opinionē dicit præualuisse Montic. in tract. de inuent. mēb. 6.n.10.quæ opinio confirmatur in §. Et si præfatam d.l. scimus, & inuentarium seruat hæredem extra damnum, non tribuit illi lucrum contra ius commune, ex quo secundum communem opinionem quā retulimus in art.præcedent.q.31. hæres creditoribus tenetur satisfacere totum debitum.

4 Qua ratione legatariis fructus perceptos prodesse nego, si percepti sunt ex alis quàm re legata, vel illis legata sit pars bonorum, de quo diximus §. legatum, quæstion. 70. Ideoque inuentario non inscribendi.

5 Quæro an æstimatio rerum sit inscribenda? Respond. quod rerum pretium atque valor scribi debeat, tenet Bal. in l.fin. C.de magistrat.conueniend. Fulgos.in auth. si omnes, C.de transact. Salic. in d. §.sin autem dubius,Roland.à Valle.consil.73.num. 50. volum. 2. quod omnes ibid. Corneus reprobat, & contrarium consuetudine seruari in practica. testatur Cagnol. in l.si quis maior.n.210.C.de trāsact.

6 Quæro, an res inuentario inserendæ, in conspectum testium debeant proferri? Respond.gloss. c.2. §.sancimus, verb. tempora. Nouell. 1. affirmat, & eam sequuntur Bar.& Iason in dict.§.sin autem dubius, & quod hoc rigor iuris velit testatur Montic. in tractat.de inuentar.memb. 6.n.2. idemque in d. l. scimus, nu. 46. fatetur hoc seruari in practica, vt suppellex domestica, & pecuniæ domi repositæ,

monilia ac vniones exhibeantur. Sed magis placet opinio Bartoli, vt testes omnes videant res defuncti, quantum fieri potest. Et hæc non solum verior, sed & æquior videtur. In circumspiciendo enim sæpe aliquid obiicitur, quod aliàs lateret: ac duo oculi plus cernunt, quàm vnus. Nec me deterret Cagnol. qui in d. l. si quis maior., hanc negat in practica teneri.

7 Quid si hæres quasdam res inconsulto, ac sine fraude omiserit, vel alienas, aut etiam suas ignoranter posuerit, quo pacto doli suspicionem, aut scientiam, quę semper contra occultantem, ac in rebus suis præsumitur, euitabit? Respondeo: Protestabitur in principio inuentarij, vt vult Angel. Perusi. in tractat. de inuentar. num. 21. vel etiam in fine, vt Francisc. Porcellin. c. 3. nu. 4. Montic. membr. 6. nu. 52. in tractat. de inuentar. Quod si quæ posuerit non ponenda, vel omiserit ponenda, pro non appositis, & non apposita pro appositis censenda protestatur, vt docet Paul. de Castr. in d. l. scimus, §. cum igitur. Et hanc communem dicit DD. sententiam, Rolan. à Vall. consil. 72. num. 27. vol. 2. ac hoc de more seruari testatur Angel. de Perus. d. nu. 21.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIVM.

Quam pœnam patiatur hæres, qui rem vnam vel plures celauit, aut surripuit.

PEt prædicta, quam pœnam patiatur hæres, qui rem vnam vel plures celauit aut surripuit? Respond. De hac quæstione sunt sex principales opiniones, & ferè omnes cõmunes, ac multi sibi ipsis contrarij sunt DD. quorum aliquos recenset Crauett. consil. 17. prima & antiquissima sententia est, quòd solum priuetur hæres Falcidia in re occultata. Et eam tenet gl. in l. Paulus, ff. ad l. Falcid. & Cyn. quem ibi allegat Bartol. cum aliis, qui tamen idem refert hoc ad ius antiquum, quod hodie dicit abrogatum per ius Codicis, vt quoque vult Alex. in d. l. scimus, §. licentia, C. de iur. deliber.

Secunda opinio est cotũ, qui volunt, quod solum patiatur pœnam dupli rei occultatæ: quam sententiam amplectitur Oldrad. Corne. & plærique alij, vt testatur Monticulus in d. l. scimus, numero centesimoseptuagesimosexto. & hanc communem dicit Iacob. Port. qui ad hoc multos coaceruat DD. consilio quinquagesimo, numero tertio, sexto, septimo. communem quoque asserit Alban. ad Bart. in d. l. Paulus, communem firmat Roland. in tracta. de inuentar. pas. 4. quæst. 8. magis communem ex DD. à se nuperè allegatis existimat Fachineus lib. 4. cap. 37. in controuer. iur.

Tertia opinio est illorum, qui dicunt, hæredem perdere Falcid. non solum in re occultata, seu surrepta, sed in omnibus rebus. Et hanc defendit Bart. in d. l. Paulus, qui ad hoc citat gloss. in l. final. §. illo. C. de iur. deliber. sequens Iacobum de Belniso, illam communem dicunt Alexand. & Iason in d. §. licentia, communem quoque ait Corneus consilio 303. eámque monet tenendam: ita tenent communiter DD. in auth. similiter, C. ad leg. Falci. veluti testatur Cacheran. decis. Pedemont. 147. numer. vndecimo. communem etiam enuntiat Iacob. Philipp. Port. consi. 50. Imol. in l. Marcellus, §. quod autẽ, ff. ad S. C. Trebellia. ait, quod communis sit sententia, vt vnà cum Falcidia quoque Trebellianicam amittat.

Quarta opinio est istorum, qui inquiunt, hæredem occultantem rem hæreditariam, perdere Falcidiam in re celata, & teneri vltra vires hereditarias tantum in duplo illo, quod pœnæ loco soluit. Hanc sequuntur, vt Alexandes refert in dict. §. licentia, Cyn. Fulgos. Castrens. Salycet. ibid. eámque communem fatetur Puteus in dict. l. Paulus, ad Bartolum.

Quinta opinio est, vt hæres dolosè conficiens inuentarium, vel occultans res hæreditarias, priuetur inuentarij beneficio, obstringatúrque creditoribus atque legatariis vltra vires hæreditarias, in qua sententia videtur esse Bart. in d. l. Paulus, Bald. in consil. 219. num. 3. volum. 1. Quibus tamen ex communi DD. opinione contradicit Iason in dict. §. licentia.

Sextam opinionem, quæ habet, quod hæres priuetur beneficio inuentarij, & mulctetur insuper duplo rei ablatæ, probant Rom. consil. 276. Panormit. consil. 73. num. 8. volum. 2. Grat. consil. 25. numer. 3. communem dicit Marian. Socin. iun. consil. 108. nu. 43. vol. 3. communem affirmat Guid. Papæ cõsil. 42. num. 4. magis communem testatur Iacob. Philipp. Portius consil. 50.

Sed quid in conflictu tot opinionum faciẽdum? Respond. breuiter, quod hæres, qui fraudulenter rem aliquam hæreditariã occultat aut surripit, mulctetur non solum pœna dupli, sed etiam amittat beneficium inuentarij, quod est, ne vltra vires hæreditarias teneatur: verum cum illo, quod subiungemus discrimine.

De pœna dupli est expressus textus, & adhuc incorrectus, in d. §. licentia, de priuatione beneficij inuentarij, dubium videtur. Quoniam nec in d. §. 2. ca. 2. Nouell. 1. neque in aliis iuris textibus ad literam inuenitur. Sensus tamen inest, quem tribus explicabimus Syllogismis.

Primus est à contrario sensu. Quod argumenti genus in iure validissimum putatur, cum nullus expressus contradicat textus, l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius.

Contrariorum eadem est consequentia, sic: Sui iuris est, qui nullius potestati subiicitur: ideo, qui non est sui iuris, alterius in potestate viuit, in prin. Instit. de his qui sui vel alien. M.

Qui præscriptam sic ab Imperat. obseruationem inuentarij faciendi solidauerit, habeat hæreditatem sine periculo, & legis Falcidiæ aduersus legatarios vtatur beneficio, in d. §. & si præfatam, l. scimus, C de iur. deliber. A.

Ergo, qui præscriptam inuentarij obseruationem, non solidauerit, habeat hæreditatem cum periculo, nec aduersus legatarios vtatur beneficio legis Falcidiæ, sed compleat tàm hos, quàm illos. C.

Quod autem dolosè, seu ex malignitate non omnes res inuentario inserens, præscriptam à Iustiniano formam inuentarij faciendi non solidauerit, seu obseruauerit, satis patet ex §. sin autem dubius, d. l. scimus, & in d. §. 2. Nouell. 1. P. A.

Secundus Syllogismus est à comparatis, & quidem à minori: quæ probandi species non est exiguæ potestatis, l. cum quis possit. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.

Pœnam, quam meretur minoris solennitatis, vel requisiti omissio, eam multo magis merebitur maioris requisiti intermissio. P.

At qui cum beneficio legis & inuentarij adiit, neque intra statutum tempus inuentarium plenè A.

abiol-

absoluit quod minus est, quàm dolose rẽ aliquam hæreditariam occultare vel surripere, priuatur beneficio inuentarij, secundum communem DD. sententiam in d. §. sin autem dubius.

c. Ergò etiam & multò fortius amittet ille beneficium inuentarij, qui maximam omittit solennitatem, ob quam inuentarij tempus ita arctatur.

Maius autem requisitum, ac magis necessarium esse, vt res omnes ac singulæ annotentur, quàm vt tempus obseruetur præfixum, hinc constat: 1. Temporis terminus inuentus est, ne legatarij & creditores diutius remorentur ad consequenda debita: cõsignatio verò omnium bonorum, ne creditores ac legatarij decipiantur, in princ. c. 2. Nouell. 1. vbi omnes DD. in hoc consentiunt, & in auth. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. Alban. ad Bartol. d. l. Paulus. Maius autem est aliquem defraudare, quàm remorari. Sed si dicetur: Tempus ideò decurtatum esse, ne hæres interea temporis, si longius esset, bona hæreditaria surripere vel dilapidare possit, res eodem redit. Nam si suspicio ex neglectu temporis præsumpta, facit, vt hæres in solidũ teneatur, multo magis id ipsa efficiet defraudatio. 2. Maius est ob id, quia occultatio est in legem commissio, d. §. sin autem. Inuentarium vero non scribere, omissio: ac grauius peccatum est committere, quàm omittere, iuxta glo. communiter approbatam, vt testatur Alban. d. l. Paulus, in l. si mora, ff. solut. matrim. 3. Reliquæ solennitates, si omnes omittantur, & tantum de hac confiteantur legatarij & creditores, nõ fuisse plus in hæreditate, vel alias de isto constet, tunc hæres non tenetur vltra vires. Vnde manifestum euadit, ob hanc solam alias omnes esse inuentas, & sic maximum inuentarij requisitum haberi legitimam bonorum consignationem: quod & ipsi inuentario nomen tribuit, vt rectè ac verè inuenirentur res hæreditariæ. Qua ratione Doctores communiter cõcludunt: Et si hæres inuentarium non fecerit, quod in foro animæ non teneatur vltra vires, de quo dixi infra.

p. Tertius Syllogismus est desumptus ex ipso textu & d. §. si verò non fecerit, cap. 2. Nouell. 1.

Qui ex malignitate transcenderit legem, nec ad illam figuram inuentarium fecerit, complebit legatarios, & de proprio damnificabitur creditori-
A. bus: quod nil aliud est, quàm priuari beneficio inuentarij.

Sed qui omittit rem aliquam malitiose, ex malignitate transcendit legem, nec figuram, in dicto §. sin autem dubius, inuentarij obseruat. Nam paria sunt, non factum, & minus idoneè factum esse.
c. Hanc Iason dicit notabilem, in l. nullam, ff. de auctor. tutor.

Ergo quoque amittet beneficium inuentarij. Possent alia plura adduci argumenta, quæ relinquimus partim ex dictis excogitanda, partim ex Alba. ad Bart. in d. l. Paulus, legenda.

Atque mea sententia, duplex hæc pœna introducta est, ne dolosa hæc rerum occultatio vllo tempore maneat impunita. Nam nisi dupli pœna locũ haberet, impunis esset hæres, quando hæreditas soluendo existeret, nec legatarij essent vlli, sed soli creditores, quo casu peti potest pœna dupli. Sin vero fuerint legatarij, atque creditores, neque hæreditas soluend, o præstabilius est ipsis omne illud petere, quod sibi debetur, vel relictum est: alterutram vero vbi elegerint, alteram nõ possunt poscere pœnam. Nemo enim ex eodem delicto duplici afficiendus est pœna. Et hanc adscripsi opinionem ex mente Fulgosij, consilio vigesimoquarto, quem quoque ita refert Portius consil. 50.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *An diuersis diebus & mensibus possit scribi inuentarium.*

2 *Quamdiu duret tempus inuentarij.*

QVæro, an eodem die, vel continuo tempore possit fieri inuentarium? Respond. Quod sic: nam textus in d. §. sin autem dubius, principium inchoando, & terminum finiendo inuentario constituit: ac ita tenet Odofred. ibid. quem sequuntur iuniores, ac præcipuè ibid. Montic. numero quadragesimooctauo. Guid. Papæ in tract. de inuentar. numero 25. 1

Tempus autem finiendi est annus, si bona sunt dispersa, vel tres menses, vbi sunt præsentia, post quod tempus, si fiat inuentarium, nil prodest, d. §. sin autem dubius, & §. sin vero postquam, d. leg. scimus, C. de iur. delibera. atque ita arctant hoc tempus Doctores, vt secundum Corneum ibid. inuentarium nonagesimo die cœptum ac cõfectum, non valeat. 2

QVÆSTIO XIIII.

SVMMARIA.

1 *Hæres tenetur inuentario propria manu subscribere, si literas nouit pingere, secus alium adhibebit notarium, qui pro se subscribat.*

2 *An sufficiat generalis subscriptio.*

VT initium inuentario, sua manu apponẽs venerabile signum, hæres facit, ita quoque illud eadem ipse finiet manu, si nouit scribere, aut alium adhibebit notarium, qui pro se hoc faciat, si scribere nescit. Et hoc dicitur in d. l. scimus, §. sin autem dubius, C. de iur. deliber. iuncta gloss. ibid. quæ etiam formulam ex ipso textu desumptam, subscriptionis ponit, quam necessariam non arbitratur Monticul. ibid. numero quinquagesimoquinto, ac istam opinionem gloss. sequuntur ibidem Doctores communiter omnes, eamque communem dicit Roland. in tractat. de inuent. parte tertia, quæstione quadragesima nona. atque adeo necessariam putat subscriptionem, eiúsque formulam in text. Guid. Pap. in tractat. de form. inuentarij, vt, si alterutra omittatur, inuentarium nullum sit. Quod etiam in puncto iuris verum existimat, & à Doctoribus receptum fatetur, Monticul. in d. §. sin autem dubius, nume. 53. 1

Odofred. autem & Bald. ibid. arbitrantur, quod non opus sit Notario alio, sed quod hæres per procuratorem possit subscribere. Hoc tamen Castren. & alij improbant, & mea sententia rectè. Pro forma namque requiritur subscriptio hæredis, vt receptior habet opinio.

Sed an generalis subscriptio sufficiat? Respondeo, quod sic: quia de speciali nihil cautũ reperio, communem dicit Dec. capite quoniam contra, de probat. magis communem testatur Alexan. consilio centesimoquadragesimoseptimo, volumine secundo. Aliud vero in Notario statuendum, qui subscribit ad authorizandum illud, quia tunc requiritur specialis subscriptio, secundum Castrens. consilio ducentesimonono, volumine ... quem sequuntur communiter alij. 2

QVÆSTIO XV.

SVMMARIVM.

Qui sint effectus inuentarij.

RESTAT, vt de inuentarij effectibus, quemadmodum polliciti sumus, supra quæst.3 aliquid dicamus: quorum Montic.in suo tractat, vt ipse fatetur, memb.9.num.174. non sine maximo cruciatu mentisque agitatione, septuaginta collegit, alij plures colligerent si inuentarium ita, vt Panaceam, omnibus adhiberent casibus, qui de hærede dicuntur, vel dici non possunt. Sed nos ex fine eius tantū duos ponemus principales: Imperator enim hoc beneficium, vt iure deliberandi plenius, ita vtilius introduxit, vnde inuentarium tribuit omnia commoda iuris deliberandi, deinde seruat heredem sine damno, & periculo, ne scilicet quid detrimenti sentiat in substantia sua, in d.l.scimus, §.& hec quidem, ac per totam, C.de iur. deliberandi.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *An hæres conficiens inuentarium possit conueniri, licet ipse conuenire alios queat.*
2 *An sententiam contra eum exequatur iudex.*
3 *An possideat bona hæreditaria.*

1 DIximus supra in artic.ius deliberandi.q.5.quod deliberandi tempore hæres non possit conueniri, an hoc etiam obtineat in hærede dum conficit inuentarium, quæritur? Resp. quod sic textus est expressus in §.donec.d.l.scimus, & istum seruāt, illæsum DD. communiter omnes, nisi rei vindicatione hæres conueniretur secundum receptiorem sententiam, teste Montic. in d.l.scimus, §. donec, quia non tanquam hæres, sed vt extraneus possessor conueniri dicitur, quod tamen Cyn. non admittit, cum paucis alis, nec admittendum arbitror contrà clarissima legis verba, nisi periculum esset in mora, quod autem ipse debitores hæreditarios possit conuenire, tenet Crauetta consil.593.num.18. Tiraquel. in tractat. le mort saisit. in 12. declarat. num. 132.& communiter DD. in d. §. donec, vt testatur Boer.in decis.53.num.4.

2 Et licet secundum Bartolum atque alios DD. in d.§.donec, vt testatur Nicol. Boer.in decis.53. num. 7.interea temporis potest cogi caussam reassumere vel repudiare processum defuncti.ad quod datur illi mensis ad liberandum, num velit assumere, tamen sententiam contra eum exequi non licet, ita tenet Soarez in l. post rem iudicatam.ff.de re iudic.extension.1.n.5.quia molestari non potest, nec tenetur vltra vires hæreditatis, quæ quamdiu non est confectum inuentarium, incertæ sunt.

3 Num ne igitur hæres, dum conficit inuentarium, possidet bona hæreditaria? Respond. quod sic, arg. d.§.donec, & per Fulgos.in §. sequenti de qua re dixi supra, artic.ius deliberandi, quæst.5.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quid sit sine damno & periculo habere hæreditatem.*
2 *Nisi coram testatore aliud expromiserit.*
3 *Aut scienter soluerit legata.*
4 *An Falcidia detrahatur ex testamento militis.*

ALter effectus beneficij inuentarij est vt hæres sit sine damno periculo, quod glossa interpretatur, ne vltra vires hæreditarias teneatur creditoribus. Nam iure communi, quicunque adierat hæreditatem, obligatus erat hæreditariis creditoribus, in tantum: quantum ipse defunctus debebat, in cuius locum hæres concesserat. text. est in §. 7. contra ipsum tamen quem sequitur gloss.in d.l.scimus, §.& si præfatam, C. de iur delib. & gloss. in d.l.scimus, §. in computatione, quam sequuntur omnes DD. ibid. teste Paul. Paris. consil.69.nu.161. lib.3.idemque hanc communem dicit consil.63. nu. 25.lib.2.communè quoque ait Roland. à Valle consil.73.n.2.vol.2. 1

Legata vero nec vsque ad quantitatem rerum hæreditariarum præstābit, sed Falcidiæ aduersus legatarios vtitur beneficio, d.§.& si præfatam, quia inuētarium non sufert lucra iuris communis, secundum commun. DD. sententiam: nisi ante promisit coram testatore se velle legatariis satisfacere, ita tenet Bartolus in l. Nemo potest, ff. de legat.1. hunc communiter omnes sequuntur iuxtam Cottam, & Cro. ibid. velut testatur Iulius Clar. in §. Testamentum quæst.95.nu.2. Quod tamen ipsi non placet, atque aliam hæredis mentem fuisse existimat, quam vt se etiā vltra vires hæreditarias tam temerè obligaret. Quod ego admitto, & verum puto in pœna non rectè confecti inuentarij, id est, Ne teneatur vltra vires hæreditarias, quemadmodum Clari verba sonant, sed quod per illam sponsionem hæres renūciauerit Falcidiæ & legata cogatur præstare, vsque ad vires hæreditarias, nulla detracta quarta quæ in hæredis fauorem introducta est, & cui renunciare ipsi permissum, nec per vnicam renuntiationem gemino, & quidem diuerso iuri tam facilè quis repudium mittit. 2

Neque iuuabitur hæres ratione legatariorum, si post inuentarium confectum quibusdam scienter soluit legata integra, quia Falcidiæ renuntiasse, & sic donandi potius animo soluisse creditur. Et istam communem dicit opinionem in tractat. de inuentar.part. 4. quæstio.7. Quod tamen limita secundū dictum §. & si præfatam, vel potius D.Roland. ibidem, & part.eadem, quæst.5. 3

Certi iuris est, Falcidiam in militis testamento locum non habere, sed legata vsque ad vires præstā. l. miles, ff. ad legem Falcidiam. Sed an hæres à milite institutus, & conficiens inuentarium, detrahere possit Falcidiam, quæstionis est. Et videtur quod possit, quia in §. fin. cap. 4.Nouell.ait Imperator, hanc suam constitutionem pertinere ad omnes omnino personas, & hoc frequentius receptum est. Sed mihi illud non fit verisimile. Nam illa constitutio nouella, vt & lex scimus, loquitur de hærede, non de defuncto, cuius ius non deminuitur. 4

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Actiones hæredis non confunduntur, & hoc an iure fiat.2.*
3 *Quid si fuerit debitum naturale?*
4 *Vel ex delicto.*
5 *An possit debitum suum detrahere in vna re.*

6 Fi-

6 *Fideiussor succedit reo principali, & eius hæreditatem adiit cum beneficio inuentarij, postea apparet, hæreditatem non esse soluendo; an fideiussor dicetur liberatus.*

1 NOsti, quod is, qui in alterius locum succedat, iure eius vti debeat, maximè hæres, qui personam defuncti repræsentat, omniáque onera, cõmoda, ac incommoda eius suscipit, vnde confundũtur debita ac credita, quia etiam nemo sui ipsius potest esse creditor vel debitor, l. Stichum. §. aditio, ff. de solutionibus. Sed an hoc quoque obtineat in eo, qui inuentarium confecerit, quæro? respondeóque: Quod non, textus est in dicto §. in computatione, iuncta gloss. & com. ibid. DD. interpretatione, quia aliàs damnum atque periculum sentiret in sua ipsius substantia, per aditionem & inuentarium, quod ipsius rem vult esse saluam.

2 Sed quæro, an actiones istæ confundantur ipso iure, vel saltem quoad effectum? Respondeo. Quod neutro modo confundãtur, tenuit gloss. & Bald. in §. in computatione. Sed verior est opinio gloss. ibid. & in l. debitori, C. de pact. quæ etiam, teste Montic. in d. §. in computatione, magis communiter tenetur, quod ipso iure quidem confusæ sint actiones, sed non quoad effectum: ac ratio est, quia aditione quauis hæres succedit in defuncti locum, vt autem non per omnia teneatur adiens cum beneficio inuentarij, quemadmodum ille, qui simpliciter adit, specialiter hoc Imperat. cauit.

3 Actiones dicuntur non confundi; sed si hæres haberet obligationem naturalem, quæ nullam producit actionem, sed solum compensationem, an detrahere possit, quod sibi hoc modo debetur, quæro? Resp. Alex. & Imol. in l. debitor. ff. ad S.C. Treb. tenent, quod sic, quæ sentẽtia mihi videtur vera, quia actionis verbo etiam exceptio continetur, l. agere, ff. de except. præscript. & præiudic.

4 At si hæres defuncti esset creditor ex delicto? Respond. tunc nihil deduceret, quia cum persona pœna extinguitur, nec in hæredem transit, l. 2. in fin. ff. de hæred. vel action. vend. l. pœnales, ff. ad l. Falcid. quod etiam obtinet, secundum Bartol. & alios cõmuniter DD. vt testatur Montic. in d. §. in computatione, in pœnalibus mixtis, quæ ad hæredem trãseunt, vt est dupla promissa nominis euictionis. Bar. tamen repugnat gloss. ac Cyn. in d. §. in computatione. Hasce opiniones distinguendo volunt recõciliare Bald. Ange. Salic. Castren. ibid. & dicũt Cyni opinionem, quam quoque tenet Dyn. habere locũ, si res fuit euicta, antequam hæreditas adiretur: Bartol. verò obtineat sententiis, si post aditam hæreditatem euicta fuerit, quia hoc in casu non fuerit hæreditati acquisita, vt in altero.

5 Sed an hæres debitum suum possit detrahere in vna re? Respond. Bald. & Alex. in l. debitori, C. de pact. & Angel. Aret. in §. extraneis, Instit. de hæred. qual. & differ. Ruin. consil. 39. & consil. 57. lib. 2. affirmant, vnde hanc cautelam tradunt, vt hæres faciat creditores ac legatarios, vel etiam, vt decernatur curator hæreditati, veluti iacenti, atque ita iussu iudicis rem aliquam præcipiat. Verùm contraria sententia videtur verior, quia similem per omnia cum aliis creditoribus debet habere fortunam, in d. §. in computatione.

6 Quæro, si fideiussor successit reo principali, & hæreditatem eius adiit cum beneficio inuentarij, postea apparet, hæreditatem non esse soluendo, an fideiussor dicetur esse liberatus? Respondeo, quod non: quia hic concurrunt duo compatibilia, vt quis sit hæres, & tamen actiones non confundantur, secus in l. generaliter, ff. de fideiussorib. & hoc contingeret in damnum creditoris, quod fieri non debet, l. debitor, ff. de separationibus, beneficiúmque vni concessum extenderetur ad iniuriam alterius, cõtra l. impuberi, ff. de administrat. tutor. Et istam opinionem tenent Dyn. qui eam primus mouit, Cyn. Rayn. Castrens. & Alexand. in d. §. in computatione, Bartol. in l. si debitor, ff. de separat. bon. in l. generaliter, ff. de fideiussor. l. Stichum. §. aditio, ff. de solution. Bald. in l. si vxor, ff. de bonis autor. iudic. poss. Sali. Decius, atque communiter DD. in l. debitori, C. de pactis.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Hæres deducit expensas.*
2 *Expensæ quomodo probentur.*

QVæro, an hæres quoque deducat expensas à 1
se factas? Respond. Quod sic, si sunt impensæ funeris, testamenti, inuentarij, vel aliarum rerum necessariarum, quia sunt veluti æs alienum, & profecta ex substantia hæredis, in qua hæres nihil sentiet detrimenti: de hoc est textus capitalis in d. l. scimus, §. in computatione, C. de iur. deliberandi, quem quoque ita assuoit gloss. & vnanimi recipiũt consensu ibidem Doctores omnes. Hoc tamen fallit, si hæreditas esset soluendo, nam tunc legata non minuerentur, & creditores debita sua consequerentur integra, secundum Bartolum & omnes Doctores, vt testatur Montic. in tractat. de inuentar. memb. 9. nume. 10. Item, si expendit litigando cum alio, qui se dicit hæredem, vt testatur ibidem Alexand. Angel. tamen vult, vt detrahat, si vicerit: quia æquiparantur sumptibus in testamenti insinuatione factis.

Iuxta Baldum in d. §. in computatione, qui dicit, 2
se expendisse, probare debet, vnde quæro, expensæ quomodo probentur? Respond. Expensæ illæ aut sunt magnæ, & præter modum, aut paruæ seu modicæ. Has debere probari sacramento, illas testibus vel per instrumenta, inquit Bartolus post gloss. in dict. §. in computatione, quem ibidem sequuntur alij Doctores, teste Alexandro; similiter gloss. & Doctores in l. diuus, ff. si cui plus, quã per leg. Falcid. ac omnes Doctores in l. penult. C. de donationibus. Nec sacramento semper opus est, vbi paruæ sunt, & vel ex operis qualitate, aut rei necessaria natura manifestæ, vel persona fide digna secundum Baldum in dicto §. in computatione.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Hæres an possit agi res vendere.*
2 *Et an teneatur de euictione, si vendidit, vel in solutum dedit res hæreditarias.*
3 *Num inuitus aliud pro alio soluere queat.*
4 *An possit soluere primis venientibus, non exspectatis aliis.*
5 *Quomodo consulatur creditoribus superuenientibus, patrimonio per priores exhausto.*

1 INter necessarias expensas refert Bartolus quoque, quod expenditur in proxenetas, in subhastationes, atque alia, vt vendatur res hæreditariæ, quo creditoribus atque legatariis satisfiat, inde quæro, an necesse habeat hæres hæreditaria bona vendere? Respond. Iacob. Aret. & Cyn. in §. & si præfatam, d. l. scimus, C. de iur. deliber. volunt, quòd hæres omnino compelli possit res hæreditarias vendere, aut aliunde pecuniam reperire. Contrarium verò asserit Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid. & contendit, quòd nullo modo hæres teneatur vendere: & huc inclinare communem opinionem, testatur Montic. de inuentar. memb. 9. num. 27. Sed verior mihi & communior videtur opinio Bartoli, Bald. & Alexand. in d. §. & si præfatã, qui distinguunt, vt vendere teneatur, si hoc sine suo damno potest, nec periculum euictionis ipsi metuendum, secus si absque hæredis damno venditio fieri nequit; quia inuentarij beneficium vult hæredem conseruare indemnem, non autem prohibere ne faciat, quod alteri prodest, sibi non obest, contra l. creditorem, ff. de euictio. Et hoc de mente omnium dicit Bursat. consil. 9. num 29.

Propterea Baldus consulit in d. §. si præfatam, vt hæres dicat creditoribus, si velit effugere omne periculum, vendite vos, & ego consentio protestans, quod nulo teneri de euictione.

2 Ex quo patet, secundum communem Doctorum sententiam, cùm hæres à creditoribus & legatariis vltra vires hęreditarias non possit molestari, quod ipsis non teneatur de euictione, neque etiam emptori, si ipsorum nomine hæres vendidit, quo debitaque legata exsoluantur, vt tenet Bartolus cum aliis in d. §. & si præfatam, Montic. membr. 9. nu. 28. de inuentar. Ac hoc in casu ipsi creditores atque legatarij euictionis aleam subeunt, vel etiam ipse emptor, qui sciuit rem alterius, vel alij esse obligatam. Ludouic. de Gozad. consil. 24. num. 7. communem dicit Castrensis. itaque Corneus atque alij, vt emptor tutus sit à legatariis, & creditoribus, instrumento apponi iubent, quod hæres vendiderit cum beneficio inuentarij, pro satisfaciendo legatariis ac creditoribus, caueatque, ne hæres pretium in sua vertat commoda. Et ego moneo, vt stipuletur de re ab alio euicta præstanda.

3 Liquet quoque ex dictis, quòd hæres creditoribus & legatariis nõ semper aliud pro pecunia, ipsis inuitis soluere possit, quod conatur Monticul. in tractat. de inuentar. membro 9. numero octauo, ex communi Doctorum schola demonstrare, sed tùm demum, cùm nulla pecunia est in hæreditate, neque res defuncti inueniant emptorem, aut sine damno hæredis vendi ab ipso nequeunt, & ita tradunt post Baldum, Francisc. Porcell. in tractat. de inuentar. num. 20. communem dicunt Roland. de inuen. par. 4. quæst. 23. Bursat. consil. 9. num. 28.

4 Infertur etiam hic, quod hæres possit soluere creditoribus ac legatariis primò venientibus, nec opus habeat reliquos citare, per textum in dicto §. & si præfatam, quia non hæres, sed illi debent esse diligentes, l. final. C. de petit. hæred. l. final. C. de bonis author. iudic. possid. ac interest nostra non vexati litibus & sumptibus, l. minoribus, ff. de minorib. Et hoc est de mente glossæ, Baldi, & Cornei in d. §. & si præfatam, quem sequuntur moderni, ac inter illos præcipuè Guido Papæ in tractat. de form. inuentarij, numer. 18. qui in multis curiis ait seruari hunc morem, vt bona hæreditaria iudicialiter deponantur, & creditores atque alij, quorum interest, vocetur, vt scilicet sic vno processu absoluatur difficultas, néve hæres multum vexetur. Supradicta tamen intellige, si hæres putauerit legatarios & creditores, ac nesciuerit alios, potiores, aliàs de dolo tenetur, l. dolo, ff. ad leg. Falcidiam, quam allegat ibidem gloss. Bartol. Bald. Francisc. Tigr. Castrens. post Nicol. de Mantarell.

Quid si post emensum patrimonium alij superueniant creditores non completi? Respondeo: Ipsis non licet inquietare hæredem, vel eum, qui ab hærede res comparauit, sed contra legatarios hypothecis vel indebiti condictione, hæc quæ acceperunt, recuperare possunt: ita est textus in d. §. & si præfatam, quem firmè tenet glossa. & communiter ibidem Doctores, nisi simul fuerint diligentes, & apud hæredem institerint, tũc secundum magis cõmunem, vt testatur Alexand. ibidem, aduersus hæredem haberent regressum: secus si alius fuit diligens, alius negligens, l. pupillus, ff. si cui plus, quàm per Falcid. gloss. & Bart. ibid. 5

Sed si, legatariis excussis, creditoribus quibusdam satisfactum non est? Respondeo: vt contra legatarios agerent hypothecaria, quando res ipsis præstita est, quæ creditoribus fuit hypothecata, vel condictione indebiti, quando res hypothecata nõ amplius extat, aut res non hypothecata legatariis soluta est, ita etiam contra suos concreditores hypothecaria agunt, si potiores fuerint in re soluta & extante: condictione verò ex lege, quando non habent hypothecam, vel quia pecunia fuit soluta, vel quia res fuit consumpta, per textum in d. §. & si præfatam, ibidem gloss. Bart. Bald. Angel. Corne. atque alios. 6

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Confecto inuentario an possit hæres venire contra factum defuncti.*

2 *Inuentarium non est Panacea vel herba Theotonica, aut betonica.*

QVæro, an confecto inuentario hæres possit venire contra factum defuncti? Respondeo: controuersus est hic articulus, & in vtramque partem sunt grauissimi iudicij viri: affirmatiuam, quòd hæres possit confecto inuentario venire contra factum defuncti, tenent præter dictos in §. hæreditas, quæstione final. Alexand. consilio trigesimo secundo, numero quinto, libro tertio. Iason. consilio quinquagesimosexto, columna quinta, volumine tertio. Ruin. consilio trigesimooctauo, numero decimoquinto, consilio quadragesimoseptimo, num. 9. volum. 1. Dec. consil. 185. Paris. consil. 100. num. 8. lib. 4. Ant. Rubeus consil. 84. num. 7. Thom. Grammat. decis. num. 10. commu. dicit Iason. in l. cum ex causa. ff. de re iudic. hanc cõmmuniter teneri à feudistis inquit Curt. in tra. feud. par. 4. n. 148. quoniam secundum illos inuentarium efficit ne hæres periclitetur in bonis propriis, quod fieret, si cogeretur ratam habere venditionem, vel dispositionem in suis bonis à defuncto factam, & Bartol. ac Castrens. in l. 2. C. si quid in frau. Cyn. in l. 1. C. eodem, Bald. & Salic. in l. 1. C. de inoffi. dona. generaliter cõcludunt quod hæres possit venire contra factum defuncti, quãdo lex ipsi specialiter aliquid defert: eãq; com. dicit Dec. respon. 55. n. 100. volum. 3. quam regulam cõmunẽ ego intelligo & limito, si lex ita ei defert, 1

vt habe-

vt habere quis possit, etiam repudiata hæreditate allodiali, vnde secundum plorimorum DD. opin. & receptam Germaniæ consuetudin. filius semper de fructibus feudi tenetur soluere debita patris, si non sunt alia bona.

Contrarium vero quod non possit contrauenire hæres facto defuncti, si hæreditas est soluendo, quia inuentarium tantum prodest, ne hæres teneatur vltra vires hæreditarias, seruant DD. in dict. l. scimus, §. in computatione, C. de iur. deliber. vt testatur Crauetta consi. 225. num. 12. idem quoque tenet Alexand. consil. 30. numer. 7. lib. 6. Castrens. 379. lib. 2. Roman. consil. 18. in fin. Fulgos. consil. 67. colum. 2. Decius & Cagnol. in l. ea qua persona, ff. de regul. iuris. Matth. de Afflictis lib. 3. constitut. rub. 5. numer. 9. Socin. nepos consil. 108. numer. 42. libr. 2. Grat. consil. 9. nume. 18. lib. 1. Boer. decis. 23. num. 20. qui hanc rationem addit: ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare, dicta lege ex qua persona, ff. de regulis iuris. Hanc communem dicit Additionator ad Deciũ l. debitori, Cod. de pactis, quæ sententia mihi in puncto iuris verior videtur.

2 Et hoc non solum procedit in hærede extraneo, sed etiam in filio & tam in feudo mixto, quàm simpliciter hæreditario, aut non hæreditario, de quo supra §. hæreditas, quæst. fin. numer. 21. 22. 23. 24. 25. 26 27. Nam inuentarium non est, secundum Pinell. in l. 1. part. 3. numer. 81. herba Theotonica, secundum Bursatum consil. 9. num. 31. herba betonica, vt prosit ad omnia.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *An non conficiens teneatur vltra vires hæreditarias.*
2 *An de iure etiam Canonico.*
3 *Quid in foro conscientiæ.*

1 QVero, si conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, an nõ conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias? Respondeo, quòd creditoribus in totum teneatur, certum est per textum, in dicta lege scimus, §. cum igitur. C. de iur. deliberand. l. dotis. ff. soluto matrimonio, l. more. ff. de acquirend. vel omitt. hæred. l. quia poterat, ff. ad S.C. Trebellianum, quia hæres succedit in locum defuncti. Hanc communem testatur Rolád in tractatu de inuẽtario 10. part. vltim. quæstion. 35. communem ait Turzan. opin. commun. 95. communem vbique & bonam dicit Francisc. Porcel. in tractatu de inuentario. cap. primo, numer. 2. Idem hodie communis DD. sententia statuit in legatariis ea cap. 2. §. Si vero non fecerit Nouell. qui complendi sunt, licet paræ substantiæ moriẽtis mensuram transcendat legatorum datio, & per rationem, vt heredibus auferatur materia delinquendi, & occasio res hæreditarias celandi, de qua re vide Alexandrum, consil. 70. libro quarto, Ruinum consi. 37. libro primo, sed bene hanc Baldus si suo ipse staret argumẽto, infringit opinionem, quia hæres succedit in ius, quod defunctus habuit: At hîc vltra hæreditatis suæ, seu bonorum suorum vires, imo nondum ad vires, l. Diuus Pius ff. de reg. iuris, non tenetur, ergo nec hæres. Neque, meo iudicio recte concludunt DD. ea dicta ratione & §. Si vero non fecerit. Quicunque non fecerit inuentarium secundum figuram hanc vel qui potest in suspicione doli esse, quod ille teneatur vltra vires etiã legatariis. Loquitur enim ille textus seu §. vt ex toto capite 2. patet de illo, qui cepit facere inuentarium, vel vult conficere, non de eo, qui nihil simile conatus est: & ratio illa etiam iure ff. orum, suspicioque non minor fuit, quam hodie. In correctoriis itaque ex rationis identitate non debet fieri extensio, secundum magis communem, de qua testatur Alexand. in auth. Præterea, numer. 8. Cod. vnde vir & vx. nec sic concludendum est. Qui malitiosè, puto surripiendo aut celando, vel qui non secundum præscriptam figuram fecit inuentarium, si fecit ille tenetur complere legatarios, ideoque & ille, qui nullum omnino voluit facere inuẽtarium, vltra hæreditatis vires illos complebit. Minus illa valebit obiectio, ex d. §. & si præfata l. fin C. de iur. deliberandi. Qui conficit inuentarium, ille aduersus legatarios, ergo qui non conficit, ille aduersus legatario non vtitur Falcidia. Quæ ratio etsi procederet, nondum tamen euicissent, quod illis erat propositum, quia aliud est non detrahere aliquid de legatis, & illa de suo complere, nec illa coostarent verba, in §. fin autem hoc aliquis fecerit. d. l. fin. vbi Imperator dicit, qui petiit tempus deliberandi (nulla malitia vel dolo) & hæreditatem adierit, aut non repudiauerit, omnibus in solidum debitis hæreditariis (quæ post nominat onera) teneatur. Si quis autẽ temerario proposito (malitia, puto vel dolo) deliberationem petierit, inuentarium autem minimè cõscripserit, & vel hæreditatem adierit, vel minimè eam repudiauerit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio, minimè vtatur. Quod si Imp. hæc addidit (vt verba illius sonant) petenti temerario proposito tempus deliberandi, neque conficienti inuentarium, de alio, simpliciter & spe certissima, aut qui præeunte deliberatione, nullo temerario proposito petita, hæreditatem adit, dici non possunt. Et hæc, quæ contra communem dixi, cuiuis oculos à DD. grege abducenti, & textum textusq; contextum penitus consideranti, patebunt. Præcipuè vero attendatur e. 2. verba initialia d. Nouel. 1. ex quibus repellitur communis ratio (quod non cõficiens inuentarium præsumatur surripuisse res hæreditarias, veluti fatetur Ioan. Saison. in consuetud. Turon. ti. 2. cap. 6. hinc Fernãd. Vasquius de success. procreat. §. 8. nume. 15. argumentatur, quod lex non præsumat eum, qui inuentarium non fecit, aliquid surripuisse. Manifestum quoque ea illis erit, quod solum ij non possint introducere Falcidiam, qui surripuerunt, vel malignati sunt circa inuentarij confectionem. Manet itaque hæc conclusio secundum iura antiqua firma, quod simpliciter adiens neque inuentarium inchoans creditoribus in solidum teneatur iure ciuili, legatariis autem quantum hæreditatis vires patiuntur, salua sibi Falcidia, de hoc aliquid dixi in articulo ius deliber. quæst. 5.

Sed an hæres non confecto inuentario secundum dictam communem, etiam in foro Canonico teneatur creditoribus & legatariis, ad integra legata atque debita quæro? Baldus negatiuè respondet in rubric. ff. de acquir. vel omit. hæred. & acerrimè contendit quod in foro ecclesiastico & terris ecclesiæ, hæres non teneatur vltra vires hæreditarias, licet inuentariũ non fecerit. Contrarium tenet Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquã per Falcid. Imol. in d. rubr. ff. de acq. hæred. & ibi. eandem opin. Angeli veriorem dicit Alexand. Baldi vero communiter improbatam firmat Fernand. Vasquius. 2

nere debeat, quæro ideo, an eius omissio vitiet inuentarium? Respon. Hic passus apud DD. lubricus est. Quod non vitietur, tenent Odofred. & Vgo per l.1.§.penult.ff.de ventre inspici. in d.l.scimus, §.& si præfatam, Cyn.Bart. Castrens. atque alij in d.§. sin autem dubius. Quia illis videtur crucis appositio leuis solennitas. Et hanc omnes tenere ait Decius consil.633. communem dicit Roland. à Valle consi. 73.nu.4.volum.2.comm. asserit, Francisc.Porcellin. in tract.de inuẽtario,c.2.n.6. comm.itẽ firmat Montic.in tract.de inuẽt.memb.7.nu.37.comm. quoque enunciat Vital.de Camban.in tract.clausul.in d.clausula,numer.9.magis communem affirmat Fernand. Vasq.de success.creat.§.9.num.12. & ab hac non putat recedendum in iudicando ac consulendo, quemadmodum & ante illum monuit Ioann. Cephal. consil.327.num.27.lib.3.

Sed contrariam seruant Oldrad. & Hostien.in c. Raynaldus. de testament. Salic. & Fulgos. in d.§. sin autem dubius. Angel. & Imol. in l.1. §. hæc stipulatio,ff. si cui plus quam per Falcid. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. de instrument. edit. §. porro. Quia paria sunt inuentarium nõ esse factum, & minus legitimè factum, vt tenet Plot.in l.si quando, C. vnde vi. Paul. Parisius consil.75.lib. 2. Socin. consi. 46.volum.1.& istam commun.dicit opin. Fernand. Vasq.de success.creat.d.§.9.nu.12. Per hanc viã multos, qui putant se posse inuentarium conficere, excludi testatur Vitalis de Camban. in tractat. clausul. nil innouari, num. 18. Hanc tutiorem & de consuetudine seruari probat Angel.de Perus. de inuentar. Et hæc vt verior est, ita receptior esse debet, seu magis seruanda, cum dolosum sæpè hæredis verberet animum, ac à fraude deterreat.

2 Sed an ex hoc, quia signum hæredis manu venerabile appositum, inuentarium censeatur inchoatum? Respond. Baldus & Castrens. in d.§. sin autem dubius negant inuẽtarium videri cæptum, si testes, tabellio cum aliis quorum interest, sint vocati, ac in illorum præsentia signum crucis appositum, nisi & quædam bona in hæreditate scripta fuerint inuenta, ex quibus inuentarium accepit nomen. Sed æquior mihi videtur contraria opinio, credo & illis, qui iudicant 30. priores de 3. mensibus dies, datos esse absolutè ac solum inchoationi, & forsitan etiam luctui, quemadmodum iure Saxonico ante 30. diem à morte testatoris, hæres bona hæreditaria sitibundus rerum non acquirat vel diuidat, quod & passim alibi locorum apud pios seruatur hæredes.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Quæ bona sint in inuentarium referenda.*
2 *An etiam debita defuncti vel ipsi commodata.*
3 *Num fructus 4.*
5 *An æstimatio rerum adscribenda.*
6 *An in conspectum singulares sint proferendæ.*
7 *Quomodo releuetur à doli suspicione hæres, si quasdam res non inscripsit, vel alienas apposuit per ignorantiam.*

1 QVæro, quæ bona inuentario debeant inferi? Respond. omnia quæ defunctus mortis tempore habuit, iuxta expressa textus verba in d.§. sin autem dubius, l.scimus. C.de iur.deliberã. summatim, quæcunque inueniuntur, siue mobilia vel immobilia, quæ gloss. solum intelligit de corporalibus cõmuniter reprobata, siue corporalia vel incorporalia, siue etiam nomina & actiones fuerint. Et hæc est communis DD. sententia in d.§. sin autem dubius, ac in l.si de eo §. sorte, ff.de acq.hæred. à qua discrepare vidi neminem: atque generalis vox, res, hoc euincit cuius appellatione comprehenduntur & causæ & iura. iuxta tex. in l.rei appellatione. ff. de ver.sig. & etiã ea, quæ sunt extra patrimoniũ nostrum, l.rei appellat. ff eod. vt & hoc latè demõstrant DD. in l. 1.ff.si certum petat. quo significatu quoque nos bona intelligimus l. bono.ff. eod. & ibi Accurs. & Alciat, cũ quibus facit Bar. in l.Princeps, ff.eod.ti.benedict. in c. Rainutius ver. cætera bona. De testamẽt. Tiraquel. in l. si vnquam, Cod. de reuocan. donat. & textus. est sufficiens in l.si legatus, §.primo ff. ad Trebellian.

Minus tamen hoc continet vocabulum bona, 2
quam res, quia rei appellatione continentur etiam debita defuncti dict. l.rei appellatio, vnde Francisc. Putcell.c.3 n.3.Ang.Perus.n. 19.Mont.memb.6.nu. 1.in tract.de inuentario, atque alij communiter Dd. illa in inuentarium referri volunt, bona verò, quæ quoquo modo tenentur, d.l.bonor. Verum vt ea §. in computatione, manifestum euadit, verbum habet, in d.§. sin autem dubius, generalissimæ rei significationi quid aufert, atque ad bonorum vim restringit, quæ nõ dicũtur de iis, quæ quis non habet, d.l.bonorũ, ac debita defuncti nõ habentur, neq; in bonis illius sunt. sed potius in creditorib. quamobrem cum communi etiam res commodatas, depositas, atque alias dico inserendas, debita verò defuncti vt inscribantur, contra communem non censeo necesse esse.

Hic eleganter quæritur, an fructus post mortem 3
defuncti perceptos inuentario inserere debeat? Respondeo: Disputabilia est hæc quæstio. Guid. Papæ in tractat. de forma inuentar. numer. 27. credit, per l. Item veniunt, §. non solum, ff. de petit. hæredit. quod creditores hæredem conuenire possint, vsque ad valorẽ fructuum perceptorum, & hanc opinionẽ dicit præualuisse Montic. in tract. de inuent. mẽb. 6.n.10 quæ opinio confirmatur in §. Et si præfatam d.l. scimus, & inuentarium seruat hæredem extra damnum, non tribuit illi lucrum contra ius commune, ex quo secundum communem opinionem quã retulimus in art.præcedent.q.31. hæres creditoribus tenetur satisfacere totum debitum.

Qua ratione legatariis fructus perceptos prodesse nego, si percepti sunt ea alia quàm re legata, vel 4
illi a legata sit pars bonorum, de quo diximus §. legatum, quæstion. 70. Ideoque inuentario non inscribendi.

Quæro an æstimatio rerum sit inscribenda? Res- 5
pond. quod rerum pretium atque valor scribi debeat, tenet Bal. in l.fin.C.de magistrat.conueniend. Fulgos.in auth. si omnes, C.de transact. Salic. in d. §.sin autem dubius, Roland. à Valle.consil.73.num. 50. volum. 2. quos omnes ibid. Corneus reprobat, & contrarium consuetudine seruari in practica. testatur Cagnol. in l.si quis maior.n.110.C.de trãsact.

Quæro, an res inuentario inferendæ, in conspe- 6
ctum testium debeant proferri? Respond. gloss. c.2. §.sancimus, verb. tempora. Nouell. 1. affirmat, & eam sequuntur Bar.& Iason in dict.§.sin autem dubius, & quod hoc rigor iuris velit testatur Montic. in tractat.de inuentar.memb. 6.n. 2. idemque in d. l. scimus, nu. 46. fatetur hoc seruari in practica, vt supellex domestica, & pecuniæ domi repositæ,

monilia ac vniones exhibcantur. Sed magis placet opinio Bartoli, vt testes omnes videant res defuncti, quantum fieri potest. Et hæc non solum verior, sed & æquior videtur. In circumspiciendo enim sæpe aliquid obiicitur, quod aliàs lateret: ac duo oculi plus cernunt, quàm vnus. Nec me deterret Cagnol. qui in d. l. si quis maior., hanc negat in practica teneri.

7 Quid si hæres quasdam res inconsulto, ac sine fraude omiserit, vel alienas, aut etiam suas ignoranter posuerit, quo pacto doli suspicionem, aut scientiam, quę semper contra occultantem, ac in rebus suis præsumitur, euitabit? Respondeo: Protestabitur in principio inuentarij, vt vult Angel. Perusi. in tractat. de inuentar. num. 21. vel etiam in fine, vt Francisc. Porcellin. c. 3. nu. 4. Montic. membr. 6. nu. 52. in tractat. de inuentar. Quod si quæ posuerit non ponenda, vel omiserit ponenda, pro non appositis, & non apposita pro appositis censenda protestatur, vt docet Paul. de Castr. in d. l. scimus, §. cum igitur. Et hanc communem dicit DD. sententiam, Rolan. à Vall. consil. 72. num. 27. vol. 1. ac hoc de more seruari testatur Angel. de Perus. d. nu. 21.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIVM.

Quam pœnam patiatur hæres, qui rem vnam vel plures celauit, aut surripuit.

PEr prædicta, quam pœnam patiatur hæres, qui rem vnam vel plures celauit aut surripuit? Respond. De hac quæstione sunt sex principales opiniones, & ferè omnes cōmunes, ac multi sibi ipsis contrarij sunt DD. quorum aliquos recenset Crauett. consil. 17. prima & antiquissima sententia est, quòd solum priuetur hæres Falcidia in re occultata. Et eam tenet gl. in l. Paulus, ff. ad l. Falcid. & Cyn. quem ibi allegat Bartol. cum aliis, qui tamen idem refert hoc ad ius antiquum, quod hodie dicit abrogatum per ius Codicis, vt quoque vult Alex. in d. l. scimus, §. licentia, C. de iur. deliber.

Secunda opinio est corū, qui volunt, quod solum patiatur pœnam dupli rei occultatæ: quam sententiam amplectitur Oldrad. Corne. & plærique alij, vt testatur Monticulus in d. l. scimus, numero centesimoseptuagesimosexto. & hanc communem dicit Iacob. Port. qui ad hoc multos coaceruat DD. consilio quinquagesimo, numero tertio, sexto, septimo. communem quoque asserit Alban. ad Bart. in d. l. Paulus, communem firmat Roland. in tractat. de inuentar. part. 4. quæst. 8. magis communem ex DD. à se nuperè allegatis existimat Fachineus lib. 4. cap. 37. in controuer. iur.

Tertia opinio est illorum, qui dicunt, hæredem perdere Falcid. non solum in re occultata, seu surrepta, sed in omnibus rebus. Et hanc defendit Bart. in d. l. Paulus, qui ad hoc citat gloss. in l. final. §. illo. C. de iur. deliber. sequens Iacobum de Beluiso, illam communem dicunt Alexand. & Iason in d. §. licentia, communem quoque ait Corneus consilio 303. eámque monet tenendam: ita tenent communiter DD. in auth. similiter, C. ad leg. Falci. veluti testatur Cacheran. decis. Pedemont. 147. numer. vndecimo. communem etiam enuntiat Iacob. Philipp. Port. consi. 50. Imol. in l. Marcellus, §. quod autē, ff. ad S. C. Trebellia. ait, quod communis sit sententia, vt vnà cum Falcidia quoque Trebellianicam amittat.

Quarta opinio est istorum, qui inquiunt, hæredem occultantem rem hæreditariam, perdere Falcidiam in re celata, & teneri vltra vires hereditarias tantum in duplo illo, quod pœnæ loco soluit. Hanc sequuntur, vt Alexander refert in dict. §. licentia, Cyn. Fulgos. Castrens. Salycet. ibid. eámque communem fatetur Puteus in dict. l. Paulus, ad Bartolum.

Quinta opinio est, vt hæres dolosè conficiens inuentarium, vel occultans res hæreditarias, priuetur inuentarij beneficio, obstringatúrque creditoribus atque legatariis vltra vires hæreditarias, in qua sententia videtur esse Bart. in d. l. Paulus, Bald. in consil. 219. num. 3. volum. 1. Quibus tamen ex communi DD. opinione contradicit Iason in dict. §. licentia.

Sextam opinionem, quæ habet, quod hæres priuetur beneficio inuentarij, & multetur insuper duplo rei ablatæ, probant Rom. consil. 276. Panormit. consil. 73. num. 8. volum. 2. Grat. consil. 25. numer. 3. communem dicit Marian. Socin. iun. consil. 108. nu. 43. vol. 3. communem affirmat Guid. Papæ cōsil. 42. num. 4. magis communem testatur Iacob. Philipp. Portius consil. 50.

Sed quid in conflictu tot opinionum faciēdum? Respond. breuiter, quod hæres, qui fraudulenter rem aliquam hæreditariā occultat aut surripit, mulctetur non solum pœna dupli, sed etiam amittat beneficium inuentarij, quod est, ne vltra vires hæreditarias teneatur: verum cum illo, quod subiungemus discrimine.

De pœna dupli est expressus textus, & adhuc incorrectus, in d. §. licentia, de priuatione beneficij inuentarij, dubium videtur. Quoniam nec in d. §. 2. ca. 2. Nouell. 1. neque in aliis iuris textibus ad literam inuenitur. Sensus tamen inest, quem tribus explicabimus Syllogismis.

Primus est à contrario sensu. Quod argumenti genus in iure validissimum putatur, cum nullus expressus contradicat textus, l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius.

Contrariorum eadem est consequentia, sic: Sui iuris est, qui nullius potestati subiicitur: ideo, qui non est sui iuris, alterius in potestate viuit, in prin. Instit. de his qui sui vel alien. 8

Qui præscriptam sic ab Imperat. obseruationem inuentarij faciendi solidauerit, habeat hæreditatem sine periculo, & legis Falcidiæ aduersus legatarios vtatur beneficio, in d. §. & si præfatam, l. scimus, C de iur. deliber. A.

Ergo, qui præscriptam Inuentarij obseruationem, non solidauerit, habeat hæreditatem cum periculo, nec aduersus legatarios vtatur beneficio legis Falcidiæ, sed compleat tàm hos, quàm illos. C.

Quod autem dolosè, seu ex malignitate non omnes res inuentario inserens, præscriptam à Iustiniano formam inuentarij faciendi non solidauerit, seu obseruauerit, satis patet ex §. sin autem dubius, d. l. scimus, & in d. §. 2. Nouell. 1. P. A.

Secundus Syllogismus est à comparatis, & quidem à minori: quæ probandi species non est exiguæ potestatis, l. cum quis possit. qui potest inuitis, ff. de reg. iur.

Pœnam, quam meretur minoris solennitatis, vel requisiti omissio, eam multo magis merebitur maioris requisiti intermissio. P.

At qui cum beneficio legis & inuentarij adiit, neque intra statutum tempus inuentarium plenè A.

absol-

absoluit, quod minus est, quàm dolose rẽ aliquam hæreditariam occultare vel surripere, priuatur beneficio inuentarij, secundum communem DD. sententiam in d. §. sin autem dubius.

C. Ergò etiam & multò fortius amittet ille beneficium inuentarij, qui maximam omittit solennitatem, ob quam inuentarij tempus ita arctatur.

Maius autem requisitum, ac magis necessarium esse, vt res omnes ac singulæ annotentur, quàm vt tempus obseruetur præfixum, hinc constat: 1. Temporis terminus inuentus est, ne legatarij & creditores diutius remorentur ad consequenda debita: cõsignatio verò omnium bonorum, ne creditores ac legatarij decipiantur, in princ. c. 2. Nouell. 1. vbi omnes DD. in hoc consentiunt, & in auth. sed cum testator, C. ad leg. Falcid. Alban. ad Bartol. d. l. Paulus. Maius autem est aliquem defraudare, quàm remorari. Sed si dicetur: Tempus ideò decurtatum esse, ne hæres interea temporis, si longius esset, bona hæreditaria surripere vel dilapidare possit, res eodem redit. Nam si suspicio ex neglectu temporis præsumpta, facit, vt hæres in solidũ teneatur, multo magis id ipsa efficiet defraudatio. 2. Maius est ob id, quia occultatio est in legem commissio, d. §. sin autem. Inuentarium vero non scribere, omissio: ac grauius peccatum est committere, quàm omittere, iuxta glo. communiter approbatam, vt testatur Alban. d. l. Paulus, in l. si mora, ff. solut. matrim. 3. Reliquæ solennitates, si omnes omittantur, & tantum de hac confiteantur legatarij & creditores, nõ fuisse plus in hæreditate, vel alias de isto constet, tunc hæres non tenetur vltra vires. Vnde manifestum euadit, ob hanc solam alias omnes esse inuentas, & sic maximum inuentarij requisitum haberi legitimam bonorum consignationem: quod & ipsi inuentario nomen tribuit, vt rectè ac verè inueniantur res hæreditariæ. Qua ratione Doctores communiter cõcludunt: Et si hæres inuentarium non fecerit, quod in foro animæ non teneatur vltra vires, de quo dixi infra.

P. Tertius Syllogismus est desumptus ex ipso textu & d. §. si verò non fecerit, cap. 2. Nouell. 1.

Qui ex malignitate transcenderit legem, nec ad illam figuram inuentarium fecerit, complebit legatarios, & de proprio damnificabitur creditori-

A. bus: quod nil aliud est, quàm priuari beneficio inuentarij.

Sed qui omittit rem aliquam malitiose, ex malignitate transcendit legem, nec figuram, in dicto §. sin autem dubius, inuentarij obseruat. Nam paria sunt, non factum, & minus idoneè factum esse.

C. Hanc Iason dicit notabilem, in l. nullam, ff. de auctor. tutor.

Ergo quoque amittet beneficium inuentarij. Possent alia plura adduci argumenta, quæ relinquimus partim ex dictis excogitanda, partim ex Alba. ad Bart. in d. l. Paulus, legenda.

Atque mea sententia, duplex hæc pœna introducta est, ne dolosa hæc rerum occultatio vllo tempore maneat impunita. Nam nisi dupli pœna locũ haberet, impunis esset hæres, quando hæreditas soluendo existeret, nec legatarij essent vlli, sed soli creditores, quo casu peti potest pœna dupli. Sin vero fuerint legatarij, atque creditores, neque hæreditas soluend, op præstabilius est ipsis omne illud petere, quod sibi debetur, vel relictum est: alterutram vero vbi elegerint, alteram nõ possunt poscere pœnam. Nemo enim ex eodem delicto duplici afficiendus est pœna. Et hanc adscripsi opinionem ex mente Fulgosij, consilio vigesimoquarto, quem quoque ita refert Portius consil. 50.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *An diuersis diebus & mensibus possit scribi inuentarium.*

2 *Quamdiu duret tempus inuentarij.*

QVæro, an eodem die, vel continuo tempore possit fieri inuentarium? Respond. Quod sic: 1
nam textus in d. §. sin autem dubius, principium inchoando, & terminum finiendo inuentario constituit: ac ita tenet Odofred. ibid. quem sequuntur nouiores, ac præcipuè ibid. Montic. numero quadragesimooctauo. Guid. Papæ in tract. de inuentar. numero 25.

Tempus autem finiendi est annus, si bona sunt dispersa, vel tres menses, vbi sunt præsentia, post quod tempus, si fiat inuentarium, nil prodest, d. §. sin autem dubius, & §. sin vero postquam, d. leg. scimus, C. de iur. delibera. atque ita arctant hoc tempus Doctores, vt secundum Corneum ibid. inuentarium nonagesimo die cœptum ac cõfectum, non valeat. 2

QVÆSTIO XIIII.

SVMMARIA.

1 *Hæres tenetur inuentario propria manu subscribere, si literas nouit pingere, secus alium adhibebit notarium, qui pro se subscribat.*

2 *An sufficiat generalis subscriptio.*

VT initium inuentario, sua manu apponẽs venerabile signum, hæres facit, ita quoque illud 1
eadem ipse finiet manu, si nouit scribere, aut alium adhibebit notarium, qui pro se hoc faciat, si scribere nescit. Et hoc dicitur in d. l. scimus, §. sin autem dubius, C. de iur. deliber. iuncta gloss. ibid. quæ etiam formulam ex ipso textu desumptam, subscriptionis ponit, quam necessariam non arbitratur Monticul. ibid. numero quinquagesimoquinto, ac istam opinionem gloss. sequuntur ibidem Doctores communiter omnes, eámque communem dicit Roland. in tractat. de inuent. parte tertia, quæstione quadragesima nona, atque adeo necessariam putat subscriptionem, eiúsque formulam in text. Guid. Pap. in tractat. de form. inuentarij, vt, si alterutra omittatur, inuentarium nullum sit. Quod etiam in puncto iuris verum existimat, & à Doctoribus receptum fatetur, Monticul. in d. §. sin autem dubius, nume. 53.

Odofred. autem & Bald. ibid. arbitrantur, quod non opus sit Notario alio, sed quod hæres per procuratorem possit subscribere. Hoc tamen Castren. & alij improbant, & mea sententia rectè. Pro forma namque requiritur subscriptio hæredis, vt receptior habet opinio.

Sed an generalis subscriptio sufficiat? Respondeo, quod sic: quia de speciali nihil cautũ reperio, 2
communem dicit Dec. capite quoniam contra, de probat. magis communem testatur Alexan. consilio centesimoquadragesimoseptimo, volumine secundo. Aliud vero in Notario statuendum, qui subscribit ad authorizandum illud, quia tunc requiritur specialis subscriptio, secundum Castrens. consilio ducentesimonono, volumine ... quem sequuntur communiter alij.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIVM.

Qui sint effectus inuentarij.

RESTAT, vt de inuentarij effectibus, quemadmodum polliciti sumus, supra quæst. 3 aliquid dicamus: quorum Montic. in suo tractat, vt ipse fatetur, memb. 9. num. 174. non sine maximo cruciatu mentisque agitatione, septuaginta collegit, alij plures colligerent si inuentarium ita, vt Panaceam, omnibus adhiberent casibus, qui de hærede dicuntur, vel dici non possunt. Sed nos ex fine eius tantũ duos ponemus principales: Imperator enim hoc beneficium, vt iure deliberandi plenius, ita vtilius introduxit, vnde inuentarium tribuit omnia commoda iuris deliberandi, deinde seruat heredem sine damno, & periculo, ne scilicet quid detrimenti sentiat in substantia sua, in d. l. scimus, §. & hęc quidem, ac per totam, C. de iur. deliberandi.

QVÆSTIO XVI.

SVMMARIA.

1 *An hæres conficiens inuentarium possit conueniri, licet ipse conuenire alios queat.*
2 *An sententiam contra eum exequatur iudex.*
3 *An possideat bona hæreditaria.*

1 DIximus supra in artic. ius deliberandi. q. 5. quod deliberandi tempore hæres non possit conueniri, an hoc etiam obtineat in hærede dum conficit inuentarium, quæritur? Resp. quod sic textus est expressus in §. donec. d. l. scimus, & istum seruãt, illæsum DD. communiter omnes, nisi rei vindicatione hæres conueniretur secundum receptiorem sententiam, teste Montic. in d. l. scimus, §. donec, quia non tanquam hæres, sed vt extraneus possessor conueniri dicitur, quod tamen Cyn. non admittit, cum paucis aliis, nec admittendum arbitror contrà clarissima legis verba, nisi periculum esset in mora, quod autem ipse debitores hæreditarios possit conuenire, tenet Crauetta consil. 593. num. 18. Tiraquel. in tractat. le mort saisit. in 12. declarat. num. 132. & communiter DD. in d. §. donec, vt testatur Boer. in decis. 53. num. 4.

2 Et licet secundum Bartolum atque alios DD. in d. §. donec, vt testatur Nicol. Boer. in decis. 53. num. 7. interea temporis potest cogi caussam reassumere vel repudiare processum defuncti. ad quod datur illi mensis ad liberandum, num velit assumere, tamen sententiam contra eum exequi non licet, ita tenet Soarez in l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. extension. 1. n. 5. quia molestari non potest, nec tenetur vltra vires hæreditatis, quæ quamdiu non est confectum inuentarium, incertæ sunt.

3 Num ne igitur hæres, dum conficit inuentarium, possidet bona hæreditaria? Respond. quod sic, arg. d. §. donec, & per Fulgos. in §. sequenti de qua re dixi supra, attic. ius deliberandi, quæst. 5.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quid sit sine damno & periculo habere hæreditatem.*
2 *Nisi coram testatore aliud expromiserit.*
3 *Aut scienter soluerit legata.*
4 *An Falcidia detrahatur ex testamento militis.*

1 ALter effectus beneficij inuentarij est vt hæres sit sine damno periculo, quod glossa interpretatur, ne vltra vires hæreditarias teneatur creditoribus. Nam iure communi, quicunque adiuerat hæreditatem, obligatus erat hæreditariis creditoribus, in tantum: quantum ipse defunctus debebat, in cuius locum hæres concesserat. text. est in §. 7. contra ipsum tamen quem sequitur gloss. in d. l. scimus, §. & si præfatam, C. de iur deliber. & gloss. in d. l. scimus, §. in computatione, quam sequuntur omnes DD. ibid. teste Paul. Paris. consil. 69. nu. 61. lib. 3 idemque hanc communem dicit consil. 63. nu. 25. lib. a. communẽ quoque ait Roland. à Valle consil. 73. n. 2. vol. 2.

2 Legata vero nec vsque ad quantitatem rerum hæreditariarum præstabit, sed Falcidiæ aduersus legatarios vtitur beneficio, d. §. & si præfatam, quia inuẽtarium non aufert lucra iuris communis, secundum commun. DD. sententiam: nisi ante promisit coram testatore se velle legatariis satisfacere, ita tenet Bartolus in l. Nemo potest, ff. de legat. 1. hunc communiter omnes sequuntur iuxtam Cottam, & Cro. ibid. velut testatur Iulius Clar. in §. Testamentum quæst. 95. nu. a. Quod tamen ipsi non placet, atque aliam hæredis mentem fuisse existimat, quam vt se etiã vltra vires hæreditarias tam temerè obligaret. Quod ego admitto, & verum puto in pœna non rectè confecti inuentarij, id est, Ne teneatur vltra vires hæreditarias, quemadmodum Clari verba sonant, sed quod per illam sponsionem hæres renũciauerit Falcidiæ & legata cogatur præstare, vsque ad vires hæreditarias, nulla detracta quarta quæ in hæredis fauorem introducta est, & cui renunciare ipsi permissum, nec per vnicam renuntiationem gemino, & quidem diuerso iuri tam facilè quis repudium mittit.

3 Neque inuabitur hæres ratione legatariorum, si post inuentarium confectum quibusdam scienter soluit legata integra, quia Falcidiæ renuntiasse, & sic donandi potius animo soluisse creditur. Et istam communem dicit opinionem in tractat. de inuentar. part. 4. quæstio. 7. Quod tamen limita secundũ dictum §. & si præfatam, vel potius D. Roland. ibidem, & part. eadem, quæst. 5.

4 Certi iuris est, Falcidiam in militis testamento locum non habere, sed legata vsque ad vires præstã. l. miles, ff. ad legem Falcidiam. Sed an hæres à milite institutus, & conficiens inuentarium, detrahere possit Falcidiam, quæstionis est. Et videtur quod possit, quia in §. fin. cap. 4. Nouell. ait Imperator, hanc suam constitutionem pertinere ad omnes omnino personas, & hoc frequentius receptum est. Sed mihi illud non fit verisimile. Nam illa constitutio nouella, vt & lex scimus, loquitur de hærede, non de defuncto, cuius ius non deminuitur.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Actiones hæredis non confunduntur, & hoc an iure fiat.* 2
3 *Quid si fuerit debitum naturale?*
4 *Vel ex delicto.*
5 *An possit debitum suum detrahere in vna re.*

6 *Fideiussor succedit reo principali, & eius hæreditatem adiit cum beneficio inuentarij, postea apparet, hæreditatem non esse soluendo, an fideiussor dicetur liberatus.*

1 NOsti, quod is, qui in alterius locum succedat, iure eius vti debeat, maximè hæres, qui personam defuncti repræsentat, omniáque onera, cōmoda, ac incommoda eius suscipit, vnde confundūtur debita ac credita, quia etiam nemo sui ipsius potest esse creditor vel debitor, l. Stichum. §. aditio, ff. de solutionibus. Sed an hoc quoque obtineat in eo, qui inuentarium confecerit, quæro? respondeóque: Quod non, textus est in dicto §. in computatione, iuncta gloss. & com. ibid. DD. interpretatione, quia aliàs damnum atque periculum sentiret in sua ipsius substantia, per aditionem & inuentarium, quod ipsius rem vult esse saluam.

2 Sed quæro, an actiones istæ confundantur ipso iure, vel saltem quoad effectum? Respondeo: Quod neutro modo confundātur, tenuit gloss. & Bald. in §. in computatione. Sed verior est opinio gloss. ibid. & in l. debitori, C. de pact. quæ etiam, teste Montic. in d. §. in computatione, magis communiter tenetur, quod ipso iure quidem confusæ sint actiones, sed non quoad effectum: ac ratio est, quia aditione quauis hæres succedit in defuncti locum, vt autem non per omnia teneatur adiens cum beneficio inuentarij, quemadmodum ille, qui simpliciter adit, specialiter hoc Imperat. cauit.

3 Actiones dicuntur non confundi; sed si hæres haberet obligationem naturalem, quæ nullam producit actionem, sed solum compensationem, an detrahere possit, quod sibi hoc modo debetur, quæro? Resp. Alex. & Imol. in l. debitor. ff. ad S.C. Treb. tenent, quod sic, quæ sententia mihi videtur vera, quia actionis verbo etiam exceptio continetur, l. agere, ff. de except. præscript. & præiudic.

4 At si hæres defuncti esset creditor ex delicto? Respond. tunc nihil dedoceret, quia cum persona pœna extinguitur, nec in hæredem transit, l. 2. in fin. ff. de hæred. vel action. vend. l. pœnales, ff. ad l. Falcid. quod etiam obtinet, secundum Bartol. & alios cōmuniter DD. vt testatur Montic. in d. §. in computatione, in pœnalibus mixtis, quæ ad hæredem trāseunt, vt est dupla promissa nominis euictionis. Bar. tamen repugnat gloss. ac Cyn. in d. §. in computatione. Hasce opiniones distinguendo volunt recōciliare Bald. Ange. Salic. Castren. ibid. & dicūt Cyni opinionem, quam quoque tenet Dyn. habere locū, si res fuit euicta, antequam hæreditas adiretur: Bartol. verò obtineat sententia, si post aditam hæreditatem euicta fuerit, quia hoc in casu non fuerit hæreditati acquisita, vt in altero.

5 Sed an hæres debitum suum possit detrahere in vna re? Respond. Bald. & Alex. in l. debitori, C. de pact. & Angel. Aret. in §. extraneis, Instit. de hæred. qual. & differ. Ruin. consil. 39. & consil. 57. lib. 2. affirmant, vnde hanc cautelam tradunt, vt hæres faciat creditores ac legatarios, vel etiam, vt decernatur curator hæreditati, veluti iacenti, atque ita iussu iudicis rem aliquam præcipiat. Verùm contraria sententia videtur verior, quia similem per omnia cum aliis creditoribus debet habere fortunam, in d. §. in computatione.

6 Quæro, fideiussor successit reo principali, & hæreditatem eius adiit cum beneficio inuentarij, postea apparet, hæreditatem non esse soluendo, an fideiussor dicetur esse liberatus? Respondeo, quod non: quia hic concurrunt duo compatibilia, vt quis sit hæres, & tamen actiones non confundantur, secus in l. generaliter, ff. de fideiussorib. & hoc contingeret in damnum creditoris, quod fieri non debet, l. debitor, ff. de separationibus, beneficiúmque vni concessum extenderetur ad iniuriam alterius, cōtra l. impuberi, ff. de administrat. tutor. Et istam opinionem tenent Dyn. qui eam primus mouit, Cyn. Rayn. Castrens. & Alexand. in d. §. in computatione; Bartol. in l. si debitor, ff. de separat. bon. in l. generaliter, ff. de fideiussor. l. Stichum. §. aditio, ff. de solution. Bald. in l. si vxor, ff. de bonis autor. iudic. poss. Sali. Decius, atque communiter DD. in l. debitori, C. de pactis.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Hæres deducit expensas.*
2 *Expensæ quomodo probentur.*

QVæro, an hæres quoque deducat expensas à se factas? Respond. Quod sic, si sunt impensæ funeris, testamenti, inuentarij, vel aliarum rerum necessariarum, quia sunt veluti æs alienum, & profecta ex substantia hæredis, in qua hæres nihil sentiet detrimenti: de hoc est textus capitalis in d. l. scimus, §. in computatione, C. de iur. deliberandi, quem quoque ita assumit gloss. & vnanimi recipiūt consensu ibidem Doctores omnes. Hoc tamen fallit, si hæreditas esset soluendo, nam tunc legata non minuerentur, & creditores debita sua consequerentur integra, secundum Bartolum & omnes Doctores, vt testatur Montic. in tractat. de inuentar. memb. 9. nume. 10. Item, si expendit litigando cum alio, qui se dicit hæredem, vt testatur ibidem Alexand. Angel. tamen vult, vt detrahat, si vicerit quia æquiparantur sumptibus in testamenti insinuationem factis. 1

Iuxta Baldum in d. §. in computatione, qui dicit, se expendisse, probare debet, vnde quæro, expensæ quomodo probentur? Respond. Expensæ illæ aut sunt magnæ, & præter modum, aut paruæ seu modicæ. Has debere probari sacramento, illas testibus vel per instrumenta, inquit Bartolus post gloss. in dict. §. in computatione, quem ibidem sequuntur alij Doctores, teste Alexandro, similiter gloss. & Doctores in l. diuus, ff. si cui plus, quā per leg. Falcid. ac omnes Doctores in l. penult. C. de donationibus. Nec sacramento semper opus est, vbi paruæ sunt, & vel ex operis qualitate, aut rei necessaria natura manifestæ, vel persona fide digna secundum Baldum in dicto §. in computatione. 2

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Hæres an possit cogi res vendere.*
2 *Et an teneatur de euictione, si vendidit, vel in solutum dedit res hæreditarias.*
3 *Num inuitis aliud pro alio soluere queat.*
4 *An possit soluere primis venientibus, non expectatis aliis.*
5 *Quomodo consulatur creditoribus superuenientibus, patrimonio per priores exhausto.*

1 INter necessarias expensas refert Bartolus quoque, quod expeditur in proxenetas, in subhastationes, atque alia, vt vendatur res hæreditariæ, quo creditoribus atque legatariis satisfiat, inde quæro, an necesse habeat hæres hæreditaria bona vendere? Respond. Iacob. Aret. & Cyn. in §. & si præfatam, d. l. scimus, C. de iur. deliber. volunt, quòd hæres omnino compelli possit res hæreditarias vendere, aut aliunde pecuniam repetire. Contrarium verò asserit Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus, quàm per leg. Falcid. & contendit, quòd nullo modo hæres teneatur vendere: & huc inclinare communem opinionem, testatur Montic. de inuentar. memb. 9. num. 27. Sed verior mihi & communior videtur opinio Bartoli, Bald. & Alexand. in d. §. & si præfatã, qui distinguunt, vt vendere teneatur, si hoc sine suo damno potest, nec periculum euictionis ipsi metuendum, secus si absque hæredis damno venditio fieri nequit; quia inuentarij beneficium vult hæredem conseruare indemnem, non autem prohibere ne faciat, quod alteri prodest, sibi non obest, contra l. creditorem, ff. de euictio. Et hoc de mente omnium dicit Bursat. consil. 9. num 29.

Propterea Baldus consulit in d. §. & si præfatam, vt hæres dicat creditoribus, si velit effugere omne periculum, vendite vos, & ego consentio protestans, quod nolo teneri de euictione.

2 Ex quo patet, secundum communem Doctorum sententiam, cùm hæres à creditoribus & legatariis vltra vires hęreditarias non possit molestari, quod ipsis non teneatur de euictione, neque etiam emptori, si ipsorum nomine hæres vendidit, quo debita atque legata exsoluantur, vt tenet Bartolus cum aliis in d. §. & si præfatam, Montic. membr. 9. nu. 28. de inuentar. Ac hoc in casu ipsi creditores atque legatarij euictionis aleam subeunt, vel etiam ipse emptor, qui sciuit rem alterius, vel alij esse obligatam. Ludouic. de Gozad. consil. 24. num. 7. communem dicit Castrensis. itaque Corneus atque alij, vt emptor tutus sit à legatariis, & creditoribus, instrumento apponi iubent, quod hæres vendiderit cum beneficio inuentarij, pro satisfaciendo legatariis ac creditoribus, caueatque, ne hæres pretium in sua vertat commoda. Et ego moneo, vt stipuletur de re ab alio euicta præstanda.

3 Liquet quoque ex dictis, quòd hæres creditoribus & legatariis nõ semper aliud pro pecunia, ipsis inuitis soluere possit, quod conatur Monticul. in tractat. de inuentar. membro 9. numero octauo, ex communi Doctorum schola demonstrare, sed tùm demum, cùm nulla pecunia est in hæreditate, neque res defuncti inueniant emptorem, aut sine damno hæredis vendi ab ipso nequeunt, & ita tradunt post Baldum, Francisc. Porcell. in tractat. de inuentar. num. 20. communem dicunt Roland. de inuen. par. 4. quæst. 23. Bursat. consil. 9. num. 28.

4 Infertur etiam hic, quod hæres possit soluere creditoribus ac legatariis primò venientibus, nec opus habeat reliquos citare, per textum in dicto §. & si præfatam, quia non hæres, sed illi debent esse diligentes, l. final. C. de petit. hæred. l. final. C. de bonis author. iudic. possid. ac interest nostra non vexari litibus & sumptibus, l. minoribus, ff. de minorib. Et hoc est de mente glossæ, Baldi, & Cornei in d. §. & si præfatam, quem sequuntur moderni, ac inter illos præcipuè Guido Papæ in tractat. de form. inuentarij, numer. 18. qui in multis curiis ait seruari hunc morem, vt bona hæreditaria iudicialiter deponantur, & creditores atque alij, quorum interest, vocentur, vt scilicet sic vno processu absoluatur difficultas, néve hæres multum vexetur. Supradicta tamen intellige, si hæres putauerit legatarios & creditores, ac nesciuerit alios, potiores, aliàs de dolo tenetur, l. dolo, ff. ad leg. Falcidiam, quam allegat ibidem gloss. Bartol. Bald. Francisc. Tigr. Castrens. post Nicol. de Mantarell.

Quid si post emensum patrimonium alij superueniant creditores non completi? Respondeo: Ipsis non licet inquietare hæredem, vel eum, qui ab hærede res comparauit, sed contra legatarios hypothecis vel indebiti condictione, hæc quæ acceperunt, recuperare possunt: ita est textus in d. §. & si præfatam, quem firmè tenet glossa. & communiter ibidem Doctores, nisi simul fuerint diligentes, & apud hæredem institerint, tũc secundum magis cõmunem, vt testatur Alexand. ibidem, aduersus hæredem haberent regressum: secus si alius fuit diligens, alius negligens, l. pupillus, ff. si cui plus, quàm per Falcid. gloss. & Bart. ibid. 5

Sed si, legatariis excussis, creditoribus quibusdam satisfactum non est? Respondeo: vt contra legatarios agerent hypothecaria, quando res ipsis præstita est, quæ creditoribus fuit hypothecata, vel condictione indebiti, quando res hypothecata nõ amplius extat, aut res non hypothecata legatariis soluta est, ita etiam contra suos concreditores hypothecaria agunt, si potiores fuerint in re soluta & extante: condictione verò ex lege, quando non habent hypothecam, vel quia pecunia fuit soluta, vel quia res fuit consumpta, per textum in d. §. & si præfatam, ibidem gloss. Bart. Bald. Angel. Corne. atque alios. 6

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Confecto inuentario an possit hæres venire contra factum defuncti.*

2 *Inuentarium non est Panacea vel herba Theotonica, aut betonica.*

QVæro, an confecto inuentario hæres possit venire contra factum defuncti? Respondeo: controuersus est hic articulus, & in vtramque partem sunt grauissimi iudicij viri: affirmatiuam, quòd hæres possit confecto inuentario venire contra factum defuncti, tenent præter dictos in §. hæreditas, quæstione final. Alexand. consilio trigesimo secundo, numero quinto, libro tertio. Iason. consilio quinquagesimosexto, columna quinta, volumine tertio. Ruin. consilio trigesimooctauo, numero decimoquinto, consilio quadragesimoseptimo, num. 9. volum. 1. Dec. consil. 185. Paris. consil. 100. num. 8. lib. 4. Ant. Rubeus consil. 84. num. 7. Thom. Grammar. decis. num. 10. commu. dicit Iason. in l. cum ex causa. ff. de re indic. hanc cõmmuniter teneri à feudistis inquit Curt. in tra. feud. par. 4. n. 148. quoniam secundum illos inuentarium efficit ne hæres periclitetur in bonis propriis, quod fieret, si cogeretur ratam habere venditionem, vel dispositionem in suis bonis à defuncto factam, & Bartol. ac Castrens. in l. 2. C. si quid in frau. Cyn. in l. 1. C. eodem. Bald. & Salic. in l. 1. C. de inoffi. dona. generaliter cõcludunt quod hæres possit venire contra factum defuncti, quãdo lex ipsi specialiter aliquid defert: eãq; com. dicit Dec. respon. 55. n. 100. volum. 3. quam regulam cõmunẽ ego intelligo & limito, si lex ita ei defert, vt habe- 1

vt habere quis possit, etiam repudiata hæreditate allodiali, vnde secundum plurimorum DD. opin. & receptam Germaniæ consuetudin. filius semper de fructibus feudi tenetur soluere debita patris, si non sunt alia bona.

Contrarium vero quod non possit contrauenire hæres facto defuncti, si hæreditas est soluendo, quia inuentarium tantum prodest, ne hæres teneatur vltra vires hæreditarias, seruant DD. in dict. l. scimus, §. in cõputatione, C. de iur. deliber. vtetatur Crauetta consi. 225. num. 12. idem quoque tenet Alexand. consil. 30. numer. 9. lib. 6. Castrens. 370. lib. 2. Roman. consil. 18. in fin. Fulgos. consil. 67. colum. 2. Decius & Cagnol. in l. ex qua persona, ff. de regul. iuris. Matth. de Afflictis lib. 3. constitut. rub. 5. numer. 9. Socin. nepos consil. 108. numer. 42. libr. 2. Grat. consil. 9. nume. 18. lib. 1. Boer. decis. 23. num. 20. qui hanc rationem addit: ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare, dicta lege ex qua persona, ff. de regulis iuris. Hanc communem dicit Additionator ad Deciũ l. debitori, Cod. de pactis, quæ sententia mihi in puncto iuris verior videtur.

2 Et hoc non solum procedit in hærede extraneo, sed etiam in filio & tam in feudo mixto, quàm simpliciter hæreditario, aut non hæreditario, de quo supra §. hæreditas, quæst. fin. numer. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. Nam inuentarium non est, secundum Pinell. in l. 1. part. 3. numer. 81. herba Theotonica, secundum Bursatum consil. 9. num. 31. herba betonica, vt prosit ad omnia.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *An non conficiens teneatur vltra vires hæreditarias.*

2 *An de iure etiam Canonico.*

3 *Quid in foro conscientiæ.*

1 QVero, si conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, an nõ conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditarias? Respondeo, quòd creditoribus in totum teneatur, certum est per textum, in dicta lege scimus, §. cum igitur. C. de iur. deliberand. l. dotis. ff. soluto matrimonio, l. more. ff. de acquirend. vel omitt. hæred. l. quia poterat, ff. ad S.C. Trebellianum, quia hæres succedit in locum defuncti. Hanc communem testatur Rolãd in tractatu de inuẽtario 10. part. vltim. quæstion. 35. communem ait Turzan. opin. commun. 95. communem vbique & bonam dicit Francisc. Porcel. in tractatu de inuentario. cap. primo, numer. 2. Idem hodie communis DD. sententia statuit in legatariis ex cap. 2. §. Si vero non fecerit Nouell. qui complendi sunt, licet puræ substantiæ moriẽtis mensuram trãnscendat legatorum datio, & per rationem, vt hæredibus auferatur materia delinquendi, & occasio res hæreditarias celandi, de qua re vide Alexandrum, con sil. 70. libro quarto, Ruinum consi. 37. libro primo, sed bene hanc Baldus si suo ipse staret argumẽto, infringit opinionem, quia hæres succedit in ius, quod defunctus habuit: At hic vltra hæreditatis suæ, seu bonorum suorum vires, imo nondum ad vires, l. Diuus Pius ff. de reg. iuris, non teneretur, ergo nec hæres. Neque, meo iudicio recte concludunt DD. ex dicta ratione & §. Si vero non fecerit. Quicunque non fecerit inuentarium secundum figuram hanc vel qui potest in suspicione doli esse, quod ille teneatur vltra vires etiã legatariis. Loquitur enim ille textus seu §. vt ex toto capite 2. patet de illo, qui cepit facere inuentarium, vel vult conficere, non de eo, qui nihil simile conatus est: & ratio illa etiam iure ff. orum, suspicioque non minor fuit, quam hodie. In correctoriis itaque ex rationis identitate non debet fieri extensio, secundum magis communem, de qua testatur Alexand. in auth. Præterea, numer. 8. Cod. vnde vir & vx. nec sic concludendum est. Qui malitiosè, puto surripiendo aut celando, vel qui non secundum præscriptam figuram fecit inuentarium, si fecit ille tenetur complere legatarios, ideoque & ille, qui nullum omnino voluit facere inuẽtarium, vltra hæreditatis vires illos complebit. Minus illa valebit obiectio, ex d. §. & si præfatã l. fin. C. de iur. deliberandi. Qui conficit inuentarium, ille aduersus legatarios, ergo qui non conficit, ille aduersus legatario non vtitur Falcidia. Quæ ratio etsi procederet, nondum tamen euicissent, quod illis erat propositum, quia aliud est non detrahere aliquid de legatis, & illa de suo complere, nec illa constarent verba, in §. sin autem hoc aliquis fecerit. d. l. fin. vbi Imperator dicit, qui petiit tempus deliberandi (nulla malitia vel dolo) & hæreditatem adierit, aut non repudiauerit, omnibus in solidum debitis hæreditariis (quæ post nominat onera) teneatur. Si quis autẽ temerario proposito (malitia, puto vel dolo) deliberationem petierit, inuentarium autem minimè cõscripserit, & vel hæreditatem adierit, vel minimè eam repudiauerit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio, minimè vtatur. Quod si Imp. hæc addidit (vt verba illius sonant) petenti temerario proposito tempus deliberandi, neque conficienti inuentarium, de alio, simpliciter & spe certissima, aut qui præeunte deliberatione, nullo temerario proposito petita, hæreditatem adit, dici non possunt. Et hæc, quæ contra communem dixi, cuiuis oculos à DD. grege abducenti, & textum textusq; contextum penitus consideranti, patebunt. Præcipuè vero attendatur c. 2. verba initialia d. Nouel. 1. ex quibus repellitur communis ratio (quod non cõficiens inuentarium præsumatur surripuisse res hæreditarias, veluti fatetur Ioan. Saison. in consuetud. Turon. ti. 2. cap. 6. hinc Fernãd. Vasquius de succes. procreat. §. 8. nume. 15. argumentatur, quod lex non præsumat eum, qui inuentarium non fecit, aliquid surripuisse. Manifestum quoque ex illis erit, quod solum ij non possint introducere Falcidiam, qui surripuerunt, vel malignati sunt circa inuentarij confectionem. Manet itaque hæc conclusio secundum iura antiqua firma, quod simpliciter adiens neque inuentarium inchoans creditoribus in solidum teneatur iure ciuili, legatariis autem quantum hæreditatis vires patiuntur, salua sibi Falcidia, de hoc aliquid dixi in articulo ius deliber. quæst. 5.

Sed an hæres non confecto inuentario secundum 2
dictam communem, etiam in foro Canonico teneatur creditoribus & legatariis, ad integra legata atque debita quæro? Baldus negatiuè respondet in rubric. ff. de acquir. vel omit. hæred. & acerrimè contendit quod in foro ecclesiastico & terris ecclesiæ, hæres non teneatur vltra vires hæreditarias, licet inuentariũ non fecerit. Contrarium tenet Ang. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquã per Falcid. Imol. in d. rubr. ff. de acq. hæred. & ibi. eandem opin. Angeli veriorem dicit Alexand. Baldi vero communiter improbatam firmat Fernand. Vasquius.

de successión.procreation.§.1.num.27.& quod beneficium inuentarij recipiatur quoque iure Canonico, testatur Anchoranus quæst.57.nu.13. & ratio est, quia non inuenitur aliud in iure Canonico: quod tu declara secundum prædicta, quod nō perdatur Falcidia & Trebellianica iure Canonico, si hæres sibi non est conscius se occultasse aliquid, ita tenet Ruin.consil.20.in fin.lib.4. Gratus consil. 91. num.41.iu 1.commun.dicit Anchoran. consil. 411. col.penult. com. quoque testatur Abbas consil. 73. colum.penult.

3 At, quid in foro conscientiæ? Respond. nec hæc quæstio caret dubio, quam late disputat Alexand. in d.rubric.ff.de acquir.hæred. quod teneatur hæres in foro poli seu conscientiæ legatariis & creditoribus, tenent Rapha. Cuman. Paul. de Castrens. in d. rubr.ff.de acquir.hæred. Imol.in l.gerit, ff.eod.quoniam lex posita ab eo, qui habet legem condendi potestatem, obligat in foro conscientiæ, non secus, quàm in ciuili, iuxta commun. quam habet Bartol. & alij.in l.si quis, ff.de fideiussorib.

Quod non teneatur in foro conscientiæ vltra vires hæreditarias, tenent Bartol.in d.rubric.ff.de acquit.hæred. Panormit.in c. Raynaldus de testamēt. hanc communem Theologorum opinionem esse refert ex Bart. Franciscus Marc. dec. Parlam. Delphin.q.433.nu.3. communem quoque ait Fernand. Vasqui.de success. procreat.§. 1.nu. 26. magis communem enunciat Iason.in d.rubric.ff. de acquirēd. hæred. receptissimam fatetur Prosper Farinacius in prax.crimin.q.10.n.66.

Et hæc verior videtur mihi ex eo, quia lex non sine distinctione & adeo strictè hæredem punit, si non confecerit inuentarium sed ex præsumptione: nam si legatarij & creditores confessi fuerint, non esse plus in hæreditate, vel alias certo constaret, tūc vltra vires hæres non teneretur etiam ea mente legis, vt notat gloss.in c.6.Nouell. 70. Cyn.Bald. atq; alij, vt testatur Alexander, in dict. rubric. ff. de acquirend.hæredit.sed iam c.de donatione ante nupt. Bald.in l.filium colum.penultim. C.familiæ hercis. Alexand. & Iason in l.final. §.& si præfatam C. de iur.deliberand.Felin.c. quoniam contra numer.30. de probat. & lex quæ se fundat super aliqua iuris præsumptione, in foro conscientiæ non obligat.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIVM.

An rogatus restituere ob non confectum inuentarium, debita sua retinere possit.

INter inuentarij effectus retulimus & illum, vt hæres possit detrahere sibi debita à defuncto, sed an rogatus restituere, non confecto inuentario, etiam hoc possit quæritur, de directo enim hærede hoc certum est, quod nequeat retinere, sed omnes actiones confundat si omiserit inuentarium conficere? Respondeo: quod nequeat retinere, voluit Io. Imol.in l.debitor, §. fin.ff. ad S.C. Trebell.& idem videtur statui in l.scimus, §.in computatione, C. de iure deliber. qui loquitur saltem de hærede, inuentarium conficiente, ergo quicunque non conficit, ille confundit suas actiones.

Contrarium tenent gloss. & Alexand. in l. ita tamen, §. ex Trebelliano, ff. ad Trebellianum. Bald. Alexand. Dec. atque alij in l.debitori, C. de pactis Castrens.consil.188.colum.2.lib.2. Rapha. Cuma. in l.debitam.ff.ad Treb.Socin.consil.44.lib.3.& ante eum Ludouic.Roman. consil.456. Crauetta consil. 506.num.13.Paris.consil.25.nu.63.lib.2.Decian.consil.49.num.29.volum.2.Rolan.à Valle consil. 65 n. 7.volum. 2. & hanc communem dicit Phanuc. de Phanu.de lucro dotis gloss.9. Et veram hanc puto, quia in restitutione fideicommissi veniunt solum ea, quæ hæres grauatus habet titulo hæreditario, l. cohæredi §.cum filiæ, ff.de vulgat. & pupillat. l. postulante prope fin.leg.debit.§.fin.ff.ad Trebel.l.3.ff. ad leg Falc. quæ magis obtinent si coactus adit, vt dixi alibi.

QVÆSTIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *An filius non conficiens inuentarium, perdat legitimam.*

2 *An hæres amittat Trebellianicam, ob non confectum inuentarium.*

CLarissimi iuris est, eámque communiter opin. 1 receptā dicit Roland.à Valle consil.65.vol. ... vt, si creditor succedat debitori, actiones confundantur, eámque latè prosequuntur Dd.in dict.l. debitori, C. de pact.notum quoque est ex superioribus, quod hæres conficiens inuētarium, suas actiones si quas contra defunctum habuit, non confundat, sed saluas retineat, manifestum quoque ex quæstio.2.supra, §.legitima, quod illa sit debitum, quod debetur ex bonis defuncti, inde quæro, si filius, vel alius, cui legitima debetur, non confecerit inuentarium, an possit illam retinere saluam? Responsum est ad hanc quæstionem supra, §.legitima, quæstion. 45.& dictum, quod non amittat: supradictis Dd.addam hic, quos obseruaui alios, & negatiuam illam tenet gloss.in l.scimus, §.si quis autem temerario, C. de iur.deliberand.gloss.in verbo excedant ibid. Ricard.Malumb.Cyn.Odofred.& Bart.in auth. sed cū testator, C. ad l.Falcid.Ang.Castrens. & Salicet. in auth.sed cum testator, C.eod.Dd.in ca.2.§. non autem excipimus, Nouell.1.Ruin.consil.57. volum. 2. hanc omnes tenent Dd.vt testatur Bald.in l. filium, C.famil.herciscund.eámque communem dicūt sequentes, Aretin.consil. 43. Cacheran.decis. Pedem. 181.numer.18. Decius consilio 480.num.17. Ioann. Durand.de arte testand.titulo 11.cautel.8.magis cōmunem enunciat Alexand.consil.159.vol.1.

Affirmatiuam tenet gloss.in c.Raynaldus de test. c.litteris extra de rescript. Bald. Raph. cum Castr. Salic.in d.l. scimus, C.de iur. deliberandi. quoniam non conficiens inuentarium, inquit Salic. tenetur etiam legatariis de suo, atque huic argumento nunquam se vidisse congruum responsum testatur Iason. Istum tamen opinionum conflictum tollere conatur Hostiens.in summa de testam.quem sequitur Ioan.Andr.in c.quanquā de vsur. dicendo quod legitima ob non confectum inuentarium, amittatur in foro Cæsaris, non autem in foro conscientiæ.

Sed verior est magis communis opinio, quod nullo modo amittatur legitima, ob non confectum inuentarium, neque in foro Cæsaris, & hoc clare firmatur eo, quod dixi quæst.22.hæredem non confecto inuentario, legatariis non teneri vltra vires hæreditarias, imo nec ad vires hæreditarias, cuius contrarium socer meus supra §. legitima quæst. 45. decidit. Creditoribus vero vt vltra vires hæreditarias teneatur, neque contra illos legitimam filius detra-

detrahere possit, lubentissimè concessero. Legitimę enim computatio & ratio, non habetur, ære alieno non deducto, d.§. legitima q.1. num.3. multò minus igitur legitima perdetur in fideicommisso vniuersali, ob inuentarij omissionem, & hoc crebrius receptum fatetur Monticel. de inuent. memb. 4. numer. 185.

Sed an hæres non confecto inuentario amittat Trebellianicam, quæro? Ad hanc quæstionem responsum est supra 8. Trebellanica quæst. 7. Sed tamē quia alia mihi occurrerunt hasce communes inquirenti, ea adiungam hoc in loco. Altissimus autem hic est articulus, vt testatur Ioan. Cephal. consil. 392. num. 60. lib. 3. in quo si quis velit authoritatem scribentium & rationes adducere, latissimo opus esset folio, presertim cum non pauci scribentium parum sibi ipsis sint constantes. Cassodo. decisi 5. in titul. de testament. ait hanc quæstionem indigere decisione principis, Decius consilio, 480. inquit, tam variè in hac quæst. DD. loqui, vt non possit inueniri quæ opinio verior & magis communis sit, velut refert Andr. Gail. lib. 2. obser. 138. qui hanc latè tractat. Crauett. consil. 17. non paucos recenset, qui secum pugnant, ex Dd. autem quidam distinguunt inter extraneum & suum hæredem, alij sine distinctione affirmant, quod amittatur, inter quos est Mandos. ad consil. Roman. 276. illámque esse aliarum longè communiorem & vbique seruari. Decius magis communem dicit consil. 480. veriorem & magis seruatam opinionem ac doctrinam fatetur Burlatus consil. 55. num. 35. Quòd extraneus amittat Trebellanicam, si non confecerit inuentarium, tenet Cyn. Bald. Salic. & Fulgos. in auth. sed cum testator, C. ad l. Falcid. Oldrad. Goffred Bart. Iason. in l. fin. C. de iur. deliber. hanc veriorem dicit Bald. quamuis alteram communiorem fatetur; communem dicit Corneus consil. 303. lib. 1. cum ait Fulgos. in d. auth. sed cum testator, commun. enuntiat Socin. iun. consil. 132. num. 3. volum. 1. commun. nominat Decianus consil. 16. magis commun. dicunt Castrens. consil. 445. lib. 5. Corn. cons. 303. volum. 1. Dec. cons. 486. communiorem & veriorem firmant. Ruin. consil. 118. lib. 3. Dec. consil. 236. Bertrant. consil. 23. volum. 1. Horum præcipua ratio est, quia non conficiens inuentarium amittit Falcidiam, ob præsumptionem, qua hæres sub traxisse creditur res, cuius nomen & ratio Trebellanicæ cum conueniat, etiam idem de hac dicendum erit.

Quod non amittatur Trebellanica ob inuentarij omissionem, tenent Oldrad. consil. 243. Bart. & Angel. in l. Marcellus, ff. ad Treb. Imol. in rubric. ff. de acquir. hæred. Iacob. de Aret. Franc. de Thoma. in leg. 1. ff. de legat. 1. & alij innumeri quos recenset partim Roman. consil. 276. Gabriel. lib. 4. ad Trebell. conclus. 10. atque alij Dd. communem hanc dicunt Castrens. consil. 77. volum. 2. Alexand. consil. 67. volum. 4. Idem & Claud. in d. l. Marcellus, Ruin. consil. 135. volum. 3. consil. 152. volum. 5. Calean. consil. 37. communem & ab ea non recedendum monet Iason consil. 84. volum. 1. com. & de consuetudine seruari testatur Corn. l. fin. §. licentia, C. de iur. deliber. communiorem dicunt Baldus consil. 403. lib. 2. Imol. l. 1. §. Huiusmodi, ff. si cui plus quàm per l. Falcid. Marian. Iunior. consil. 132. volum. 1. & consil. 137. volum. 1. ait eam de consuetudine seruari: communiorem item fatetur Apostil. ad decis. Tholos. 314. Ioan. de Montesper. in d. auth. sed cum testator. illam ex consuetudine, & æquitate Canonica seruari, testatur Corneus consil. 180. lib. 4. magis comm. affirmat Bertran. cons. 283. volum. 1. & secundum magis communem hanc opin. iudicari in supremo Imperij iudicio testatur Gail. d. obseruat. 138. & horum fundamentum est, quia Trebellianica, in odiosis & extensiuis, non continetur nomine Falcidiæ, neque ratio eadem militat, quæ in amissione Falcidiæ, de qua disputation vide Crauett. consil. 17.

Quòd nec filius amittat Trebellanicam non confecto inuentario, tenet Old. l. fin. C. de iur. delib. Iacob. de Beluis. Bart. in auth. sed cum testator. C. ad Falcid. Alex. in l. Marcellus, ff. ad Trebellian. & ante eum Bald. in l. filium, Aog. §. si verò expressim. Guid. Pap. q. 53. hanc comm. dicit Iason in rubric. ff. ad Trebell. communem ait Claudius de Saisel. in d. l. Marcellus, comm. fatetur Ioan. Dilect. Duran. de art. testand. tit. 11. caut. 8. magis comm. fatetur Corn. cons. 180. nu. 2. lib. 4. quem sequitur Rube. cons. 43. nu. 9. & hoc vltra filios primi gradus nemo Dd. extēdit, qui dicunt Trebellianicam non confecto inuentario amitti, alij ad omnes omnino deducerent sine negotio liberos.

Contrariam vero opinionem, quod & filius non conficiens inuentarium amittat Trebellanicam, tenent Cyn. in d. auth. sed cum testator, Bald. & Salic. in c. 1. § hinc nobis Nouel. 1. Iacob. de Aret. Petr. de Bellape. Fulgos. & Socin. in d. l. Marcellus, ff. ad Trebell. Andre. Sicul. consil. 46. hanc communem dicit Decius consil. 236. Aret. §. extraneis, Instit. de hæredit. qualit. ait ob hac non esse recedendum in consulendo ac iudicando, eámque longè veriorem testatur Fernand. Vasqui. de success. procreat. §. 8. nu. 13. magis communem enuntiat Parisius consil. 126. num. 37. lib. 3. quamuis sibi ipsi contrarius aliam teneat opinio. in consil. 43. lib. 1. num. 72. Ac nullam hîc inuenio rationem, nisi, quod omnis Trebellanica, sine vlla distinctione hæredum, amittatur ob non confectum inuentarium.

Si quæris in conflictu tot tantorúmque, Dd. quid sentiam ego (nam D. Soceri mei sententiam habes in §. §. Trebellanica & Legitima) Respondeo paucis, quod sine omni distinctione quilibet hæres detrahere possit Trebellanicam, licet inuentarium non confecerit; & hoc ex vnica illa ratione, quia nulla lege expressum est, vt ob inuentarij omissionem perdatur Trebellanica, ac eodem argumento amplius dico, quod neque Falcidia amittatur, si quis hæreditatem adiuerit nullo confecto inuentario. Clarissimi iuris est, quod ante cōstitutionem l. scimus, C. de iur. deliber. & Nouellam 1. Falcidiam detrahere licuerit hæredi cuiuis, de omni legato, exceptis illis rebus, quas ipse surripuisset, l. Paulus, ff. ad S.C. Trebellianum. ex quo sequitur, si antecedentia iura, de Falcidię detractione loquentia, vlla sunt lege correcta, per d. leg. scimus & Nouell. 1. vel aliquam posteriorem (quam tamen ignoto) constitutionem correcta esse. Verum illud factum non est, quamobrem quoque firmum manebit, quod etiam hodie hæres, licet spe certissima adierit, nec inuentarium confecerit, Falcidiam de legatis detrahere possit, neque eam amittat ob illius omissionem. Sed contra hoc afferuntur ex duabus dictis cōstitutionibus textus & rationes, quàm verè autem videbimus.

Primum argumentum est ex d. leg. scimus, §. & si præfatam obseruationem inuentarij faciendi solidauerint, hæreditatem sine periculo habeant, & legis Falcidiæ aduersus legatarios vtantur beneficio. Ergo, inquiunt illi, à contrario sensu: qui non solidauerint, Falcidiæ beneficio non vtantur? Resp. ar-

gumentum in iure à contrario non valet, quando expressè aliud est decisum. gloss. in cap. significasti de foro compet. Alexand.& DD.communiter alij in auth. ex testamento, Co. de collat. velut ibi firmat Decius. Sed per totos titul. ff. institut.&c.de Falcidia. contrarium est decisum. Ergo illorũ argumentũ non valebit. Deinde velim considerari verbũ, solidauerint, quod notat propriè super solũ seu fundamentum positum absoluere, vt norunt illi, qui in latino sermone solidè sunt edocti. Innuit igitur hîc Imperator, quod qui præsumpserit obseruare hanc legem, neque eius obseruationem solidauerit, ac committendo, non omittendo, in eam peccauerit, is non tantum creditores, sed etiam legatarios compleat, capite secundo §. si vero non fecerit secundum hanc figuram. Nouell.1.vbi eodem modo verbum illud, solidauerint, explicat, vt mox dicemus. Et hæc de in l.cõmittente dicuntur, sed de legẽ omittẽte, sic in eadem leg. scimus, loquitur Imperat. §.cum igitur. Qui recta via adire maluerit hæreditatem, & spe certissima hoc fecerit, vel se immiscuerit, vt non postea eam repudiet, nullo indiget inuentario cũ omnibus creditoribus suppositus sit vt pote hæreditate ei ex sua voluntate infixa,&c.

Audis creditoribus suppositum solummodo esse non legatariis, hoc si voluisset Imp. facilius addidisset,& legatariis omnibus suppositus sit quam alius quis argutulus ex contrario sensu contra expressa iura elicere. Secundum argumentum ex d. l. scimus, est in §.12 vbi Imp. inquit: Sin vero, postquam adierint, vel se immiscuerint, præsentes vel absentes inuentarium facere distulerint, & datum iam à nobis tempus ad inuentarij confectionem effluxerit, tunc ex eo ipso, quod inuentarium secundum formam præsentis constitutionis nõ fecerint: & hæredes esse omni modo intelligantur,& debitis hæreditariis in solidum teneantur, nec legis nostræ beneficio perfruantur, quam contemnendam esse cẽsuerunt. Ex quibus sic concludunt. Qui non perfruitur beneficio legis, scimus, ille non potest detrahere Falcidiam. Non conficiens inuentarium non perfruitur beneficio d. l. scimus, ergo nõ potest detrahere Falcid. qui non conficit inuentarium. Resp. Scopæ hic dissolutæ sunt & singuli ramuli fragiles. Propositio, quod is qui non perfruitur beneficio legis, Scimus, non perfruatur beneficio quoque Falcidiæ, indiget alio ex quo firmetur textu. Nam hoc Imperator non dicit, quod non conficiens inuentariũ non possit detrahere Falcidiam, sed, quod is, qui intra præscriptum tempus inuentarium non fecit, legis beneficio non fruatur. Sed hoc longè aliud est, quam Falcidiam non detrahere, cuius beneficium non l.scimus, sed aliæ leges diu ante Iustinianum introduxerunt. Sic itaque formandus fuisset Syllogismus ex d.§. Quæ, d.l. scimus, beneficio introducta sunt, illis non perfruitur qui non facit inuentarium. Non teneri creditorib. vltra vires hæreditarias, est introductũ beneficio d.l.scimus. Ergo illis non fruitur, qui non conficit inuentariũ, sed creditoribus in solidum tenetur, de euictione atq; aliis obligatur. Et contra, quibus non conficiens inuentarium priuatur, illa d.l.scimus, beneficio erant introducta, Falcidia non est introducta d.l.scimus, beneficio. Falcidia itaque non priuabitur, qui non cõficit inuentarium.

Sed quid mihi communis scholæ defensores respondebunt, si ex sequenti 13. §. à contrario, vt illi antea, argumentarer, & sic concluderem. Qui nullam deliberationem petendam curauerint, seu qui certa spe adiuerint, illi tenentur creditoribus in solidum, nec illius l. beneficio perfruentur, id est, de euictione, si hæreditatem vendiderint, vt legatariis atque creditoribus satisfacerent, aut illis in solutum dederint, tenebuntur, sua debita confundent. Illa enim sunt de beneficio huius legis, Ergo qui deliberationem petendam curauerint illi sua debita detrahent, creditoribus non in solidum, nec de euictione tenebuntur, Quod tamen infra, §. sequenti, Imperator negat, sed illos æquiparat secundum iura antiqua istis qui sine deliberatione hæreditatem agnouerunt, neque tamen verbo meminit Falcidiæ, qua priuari debeant non conficientes inuentarium.

Tertium argumentum, ex d.l.scimus, est in §.sin autem hoc aliquis fecerit, vbi Imper. hæc ponit verba. Et ideo ad ipsam deliberationis dationem, ac diuinum scriptum super hoc promulgatum, hoc adiici volumus, vt sciant omnes, quod omni modo post petitam deliberationem, si adierint vel pro hærede gesserint, vel non recusauerint hæreditatem, omnibus in solidum hæreditariis oneribus teneantur, si quis autem temerario proposito deliberationem quidem petierit, inuentarium autem minime conscripserit, & vel adierit hæreditatem, vel minime eam repudiarit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur, &c. Hic exclamant DD.& dictitant, satis satis probatũ est, quod quicunque etiã deliberans inuentarium non fecerit, non solum creditoribus in solidum teneatur, sed etiam legis Falcidiæ beneficio minimè vtatur? Respondeo, male DD. quod semel animo suo cõceperunt, ex postremis dicti versiculi verbis excipiunt, quæ verba sic absolutè non ponuntur, sed ex prioribus dependent, vbi legislator ad deliberationem hoc tanquã nouum adiiciendum putauit, vt si quis temerario proposito (decipiendi, vel circumducendi, ac fraudandi creditores atque legatarios animo,& sic dolosè, non simpliciter vel sui iuris studio, vt hoc manifestè patet ex cõiunctione, autẽ, quæ duas partes requirit, & alteram ab altera ratione segregat) deliberationem petierit, & inuentarium minimè cõscripserit, quod dolosum deindè animum posset excusare, vel potius mutatum testari non solum creditoribus teneatur in solidum, sed etiam Falcidiæ beneficio minimè vtatur. Malè quoque ex verbis, si inuentarium minimè conscripserit, colligunt, quod is, qui inuentarium non confecit, præsumatur res hæreditarias subtraxisse, quod in illo concedo, qui temerario proposito deliberationem petierit, in aliis minimè. Sed præsumatur subtraxisse res hæreditatis, qui non confecit inuentarium, quid tum sequetur? Hoc inquiunt Doctores.

Quartum argumentum, Qui subtraxit res hæreditarias, priuatur Falcidia. c. 2. §. 2. Nouell.1.l. Paulus, ff. ad Trebell. Non conficiens inuentarium præsumitur res hæreditarias subtraxisse. initio d. cap. 2. Nouell.1. Non conficiens igitur inuentarium priuatur Falcidia. Resp. Nequaquam. Quatuor enim hic sunt termini,& duo argumenta extra cõclusionem. Subtraxisse enim res hæreditarias, & præsumi subtraxisse res hæreditarias, diuersa sunt, quibus vnum & idem effectum, eandemque, pœnam attribuere contra æquitatem & iustitiam est (cuius illi tamen sacerdotes volunt dici) nisi quantum lex extenderit: quod de omissione inuentarij lex non fecit. Manet itaque firmum, quòd legislator in antecedentibus dixit verbis: qui deliberationem

petiit

petiit, hæreditatémque non repudiauit, in solidum creditoribus teneatur, quasi hæres qui adiuerit. Nihil hîc de priuatione Falcidiæ ob non confectum inuentarium, dicitur. Sed audiamus, quæ communis schola ex Nouell. 1. argumenta afferat.

Quintum argumentum & ex Nouell. 1. ca. 2. primum est: Hæres si vult vtilitate, scilicet legis Falcidiæ, potiri, puram seruet legis potestatem. Qui non conficit inuentarium, non seruat puram legis potestatem, quæ vult, quòd inuentarium debeat facere, & se suspicione expilatæ hæreditatis liberare per eius confectionem. Itaque, qui non conficit inuentarium, non potitur legis Falcidiæ vtilitate. Resp. Assumptionem Imper. ipsemet declarat, his verbis: Et non per ea, quæ fortè surripiunt, aut malignantur, introducere pertentent Falcidiam. Surripere autem & malignari, quod est malitiosè res aliquas occultare, non idem sonant, quod inuentarium omittere, vel in suspicione doli esse, quamuis hunc lex non præsumat ea eo, quòd quis inuentarium nõ faciat, sed qui facit, nec illos conuocat, quorum interest, aut alio modo præscriptam figuram inuentarij faciendi non obseruat. Iniquum, imò iniustum est, extra legem & contra leges pœnam surreptionis ac dolosæ occultationis, ad inuentarij omissionem extendere.

Sextum argumentum, & ea Nouell. 1. secundum, est desumptum ex his verbis c. 2. §. 1. Fiat igitur inuentarium ab hærede metuente, ne fortè non habeat post debita & legata Falcidiam, secũdum modum & tempora, per quæ dudum sanciuimus, quando homines excepimus ex damno rerum suarum, in aditionibus statuentes onera vsque ad substantię relictę mensuram; illo adiecto solo, vt oporteat huiusmodi hæredem, qui non creditorem solum, sed etiam legatarios & fideicommiss. veretur, & metuit, non damnificari solum, sed etiam non lucrari, &c. conuocare omnes, coram quibus conuenit fieri inuentarium. Ex hisce verbis concludunt Dd.

Qui de hæreditate nihil debet lucrari, is non potest detrahere Falcid. Qui nõ conficit inuentarium, nihil debet de hæreditate lucrari. Ergo, qui nõ conficit inuentarium, non potest detrahere Falcid. Respond. Illa assumptio, seu minor, non est desumpta ex verbis Nouellæ, sed ex Dd. interpretatione, contra quam ego alium inde deduco Syllogismum: qui de hæreditate nihil debet lucrari, is non detrahit Falcid. Qui confecturus inuentarium non conuocat creditores, legatarios & fideicommiss. coram quibus debet inuentarium fieri, is nihil debet lucrari de hæreditate. Ergo, qui cõfecturus inuentarium, nõn citat quorum interest, is creditoribus in solidum tenetur, & contra legatarios non detrahit Falcid. Sed obiicitur, maior ergo pœna conficientis inuentarium, & non legitimè, quam non conficientis inuentarium? Quid prohibeat, non video, nam grauius peccat committens, quàm omittens, argu. §. 2, c. 2. d. Nouell. 1. gl. in l. mora, ff. solut. matr. quemadmodum supra quoque diximus quæst. 12.

Septimum argum. & ex d. c. 2. tertium est: Qui nõ fecerit inuentarium, non retinebit Falc. sed complebit legatarios & fideicommiss. Resp. Hoc concedo, si addatur secundum hanc figuram, sicut prædictum est ab Imperat. quod interpretes malè omittunt. Et quoniam hæc figura directa est eò, ne malignitas committatur, quare Imp. subdit statim. Et hoc dicimus, non nostram minuentes legem, quam posuimus (in d. l. scimus, quæ Falcidia nõ priuat adeuntes hæreditatem, nisi temerario proposito, vel callida machinatione, vt idem Imper. dicit d. l. scimus, §. & hæc quidem, deliberationem petierint (vt nihil de proprio damnificentur hæredes, sed dabit eis pœnam exactio suæ malignitatis, (non omissionis) cur transcenderint (non omiserint, vel neglexerint) leges, ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari, sed ex diuerso etiam, quæ sunt ex Falcid. l. lucrari. Quamobrem seriò moneo, vt in hac disputatione probè considerentur hęc verba: si solidauerint hanc obseruationem, si non fecerint secundum hanc figuram. Et: Tunc, ex eo ipso (nota, non quod omiserint) quod inuentarium secundum formam præsentis constitutionis non fecerint, dabit eis pœnam exactio malignitatis suæ. Cur trãscenderint leges, scilicet dictam l. scimus, & Nouellam 1.

Nihil itaque cogit interpretes hæredem lucro, quod ipsi leges antè perplurimæ ex mente testatoris cõcesserint, priuare, ac ipsum tam grauiter mulctare, vt legatariis præstet legata, non solum quoad vires hæreditarias non detracta Falcidia, sed etiam vltra vires ea suis bonis integra, (hoc enim est complere) si non confecerit inuentarium: quam tamen pœnam alia communis schola surripienti vel occultanti rès hæreditarias reseruauit.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

An hæres etiam in testamento militis possit detrahere Falcidiam, si confecerit inuentarium.

TV nosti, quòd in testamento militis Falcidia cesset, si nullum factum est inuentarium, leg. in testamento militis, C. ad leg. Falcid. quæro itaque, si inuentarium confecerit hæres militis, an detrahat Falcidiam? Resp. quod sic: ait enim Imper. in c. 4 circa fin. Nouell. 1. Et in omni vltima voluntate sancimus, & in omni persona, siue priuata, siue militari, &c. Et istam ait magis communem opinionem Alex. in l. precibus, C. de impuber. & aliis, &c. Quanquam aliud disputando obtineri possit, vt suprà innuimus. Nam Imper. de hærede loquitur in quouis testamento, vt is ritè conficiat inuentarium, ac si legitimè non confecerit, vt teneatur & creditoribus & legatariis in solidum, non vt de omni testamento detrahat Falcidiam, si inuentarium fecerit. Attamen à magis communi ne recedas, quia hęc minus habet iniquitatis, quàm proximè antecedens communis æquitatis.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

An hæredem damnatum per sententiam inuentarium iuuet.

CErti iuris est & manifesti, ex l. peremptorias exceptiones, C. sentent. rescind. nõ posse, quòd nulla exceptio, quamuis peremptoria, post sententiam opponi possit, an igitur inuentarij exceptio post sententiam hæredi prosit, quæro? Quòd non prosit, neque vtiliter opponi possit, tenet in d. leg. peremptorias Imol. quem defendit ac sequitur Zas. lib. 2. respons. singul. c. 1. qui de hac ita Dd. disceptare ait quæstione, vt Nili fontes citius, quàm eius exitus inueniri, queant.

1 Contrarium verò, quod inuentarij exceptio post sententiam hæredem damnatum iuuet, tenent Iac. Butr. in leg. scimus, §. licentia, C. de iur. delib. Bart. Bald. Angel. in l. ex diuersæ, §. fin. ff solut. matrim. vbi Alex eam communem dicit, communem quoque testatur Ias. l. 1. C de iur. & fact. ignor. num. 17. communem fatetur Roland. in tractat. de inuentar. part. fin. quæst. 22. commun. iisdem firmat Ioan. Dilect. de art. testandi, tit. 11. caut. 9. communem refert Montic. de inuentar. memb. 10. nu. 9. Ex communi etiam refert Sebast. Mamc. de inuentar. hæred. vers. 10. nu. 9. Quæ tamen opinio non procedit, si hæredi est datus terminus ad proponendum omnes exceptiones, tam dilatorias, quàm peremptorias, secundum Dd. supra relatos, præcipuè Bald. in leg. ab executione, C. quor. appellat. non recip. Alex. in d. leg. ex diuerso, Dec. Capel. Tholos. 324. Guid. Papæ 571. Roland. de inuentar. part. fin. quæst. 22. Ioan. Dilect. Durand. d. caut. 9. Boer. decis. 53 nu. 3. Nam termino illo elapso, potest conueniri à creditoribus, licet tempus inuentarij conficiendi adhuc durer, quod pro cautela ponit Ioan. Dilect. Durand. d. cautel. 9. Nec procederet, si illa exceptio contra sententiam, quæ rescindi non potest, opponeretur, & non contra executionem, secundù Cyn. Bald. & Ias. in d. l. 1. C. de iur. & fact. ignorant. & alios Dd. quos commemorat Nicol. Boer. dec. 8. Item iuxta Zas. in l. cù fideic. ff. de cõfess. qui opin. Bar. communé dicit.



ARTICVLVS.

Collatio bonorum.

Ne in hæreditatia diuisione inter fratres, quid inæquale committeretur, collatio inuenta est, materia, teste Bartolo, in l. si emancipati, C. de collat. vtique intricata ac difficilis: sed tamen, vt Fernand. Vasq. de success. resolut. §. 19. nu. 11. confitetur, in sui fructu & vtilitate nulli secunda.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *Multæ sunt collationis significationes.*
2 *Quid collatio propriè accepta.*

1 COLLATIONIS verbum pluriuocum est, varia namque notat: ex quibus saltem recensebimus, quę Decius habet, in rubr. C. de collat. 1. Collatio sumitur pro collatione viui & refectione, quam faciunt scholares in iure examinati, vt Salic. dicit in d. l. si emancipati. quæ significatio mihi minus Latina, licet vsitata nostris, videtur. 2. Capitur pro disputatione, quam faciunt studiosi & Dd. 3. Ponitur pro assignatione beneficij ecclesiastici, vt notat Abbas in c. ex frequentius. de præbend. in 6. 4. Signat onus, quod publicè imponitur, per l. 1. C. de episcop. & cler. de collat. æris, C. lib. 10. 5. Accipitur pro comparatione, Cicer. 2. de inuentio. vbi eam finit orationem, quæ rem cum re ex consuetudine confert. 6. Pro communicatione bonorum est, de qua hic agemus.

2 Quid igitur collatio? Respond. Vix tam variè verbum hoc capi potest, quàm multiplices eius sint definitiones: quarum si aliquas videre lubet, Dd. adeas, in d. l. si emancipati. item Ferdinand. Vasq. in d. §. 19. Vitalem Nemaus. & Ioan. Saport. cum aliis in tractat. de collatio. Magis tamen communis & receptior est, secundum Dd. modo nominatos, ea, quā ante Bart. Cyn. in d. l. si emancipati, ponit: collatio est rei propriæ communicatio. Verùm illa, nea sententia, nec veteri, nec hodierno iuri competit, quod facilè apparebit intelligenti hanc materiam. Qua de causa aliam definitionem excogitare visum est, & quidem hanc: Collatio est communicatio rei, à parente, cui succeditur, datæ, vt æqualiter herciscatur. Quæ explicatio plenè videtur comprehendere, qui conferant, quando, quæ res conferantur, & quomodo diuisio earum sit facienda: atqui vt illa melius intelligantur: de collationis origine quædam præmittemus.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Quo iure collatio sit introducta.*
2 *Iure scilicet pretorio, quod emancipatos concernit.*
3 *Ne sui facerent iniuriam.*
4 *Qua cessante cessabat collatio, vt in casu, n. 5. 6. 7.*
8 *Secundum ius collationis est æquitas Scæuolæ.*
9 *Tertium ius est D. Py, circa dotem.*
10 *Quartum ius est Imper. Leonis, in donatione propter nuptias.*
11 *Quintum ius est Iustiniani, vt dicta iura etiam seruarentur, quando nepotes cum patruis succederent ano.*
12 *Sextum ius est eiusdem Iustiniani, circa aduentitia.*
13 *Septimum similiter est Iustiniani, vt collatio locum habeat, siue succedatur ex testamento, siue ab intestato, nisi expressè contrarium designasset defunctus.*

1 QVæro, quo iure collatio sit introducta? Resp. Doctores in leg. si emancipati, C. de collat. præcipuè Bart. atque Dec. quos recentiores gregatim sequuntur, septem constituunt iura, quæ Forcatul. in tractat. de collatio. part. prior. nominat tempora. ex quibus collatio ortum suum duxit. Primū est ex edicto prætoris. Secundum, à Scæuola. Tertium, à D. Pio. Quartum, Imp. Leon. Quintum, sextum, septimum, duobus temporibus constituit Imper. Iustinianus.

2 Quid prætor circa hoc induxit? Resp. vt emancipati, quibus dederat contra tabul. vel vnde liberi bonorum possessionem, sua bona omnia, exceptis castrensibus, quæ mortis tempore habebant, filiis in potestate conferrent, l. 1. ff. de collat. d. l. si emancipati, C. eod. & passim per vtrumque titulum.

3 Quid prætorem ad hoc monit? Resp. iniuria, qua emancipatus afficiebat illum, qui in potestate patris

communis erat, omniáque patri acquirebat, l. t. ff. si quis à parent. manumiss. fuerit, emancipatus contra sibi soli omnia, patri nihil, per Bart. & omnes Dd. in d. leg. si emancipati, vt testatur Fernand. Vasq. de success. resolut. §. 19. n. 11.

4 Vnde consequens est, vt Iason & cæteri crediderunt, velut Ioan. Saport. in tract. de collat. c. 2. n. 57. narrat, emancipatos non conferre, quando iniuria cessat, l. 1. §. 5. ff. de coll. quam communem dicit Decian. respons. 22. n. 2. volum. 2.

Quapropter olim emancipatus, testamento in-
5 stitutus hæres, nihil conferebat, l. emancipatos, C. de collat. quæ sententia ibid. à Dd. recepta est. Ratio autem erat, argumentante Decio, quia emancipatus institutus succedebat ex iure ciuili, quo collationi non erat locus, vel potius, ratiocinante Alex. ibid. quia nec prætor, nec emancipatus filio in potestate faciebat iniuriam, sed ipse testator, cuius in potestate erat, etiam alium extraneum instituere suóque iudicio filio damnum facere.

6 Imò ab intestato succedens cum suo emancipatus, saltem conferebat, quantum suo ex hæreditaria causa abstulerat: quare si pater filium in potestate ex triente, extraneum ex besse instituerat, filio emancipato præterito, & hic bonorum possessionem cõtra iniustas patris tabulas petiuisset, causámque testamenti ad intestati reduxisset, filius in potestate constitutus, quoniam emancipati beneficio, cum quo æqualiter diuidit hæreditatem, semissem integrum, id est, alterum trientem ex besse extranei hæredis accipiebat, emancipatus illi nihil conferebat, d. l. 1. §. pater filium, l. penult. ff. de bon. possess. contra tabul.

Sequitur quoque ex dicta regula & communi,
7 quòd emancipatus solum quadrantem, non omnia bona, cõferret suo hæredi, si pater ipsum, qui in potestate est, in dodrante, extraneum in quadrante instituisset, præterito emancipato, quia hic suo auferret solummodo quadrantem, alterum quadrantem ab extraneo, l. 1. §. si ex dodrante, ff. de collat.

Atque hæc de iuris rigore non videbantur pro-
8 cedere, nisi etiam in potestate constitutus, vna cum emancipato petiisset bonor. possess. contra tabul. Ait enim prætor: inter eos dabitur collatio, quibus possessio data est, d. leg. 1. §. inter. Scæuola igitur ex communi Doctorum sententia ex æquitate, vnde hoc ius secundum, æquitas Scæuolæ vocatur, induxit, vt emancipatus suo conferret, licet hic non postulasset bonorum possessionem, ac sic iure diuerso succederetur, leg. si filius, ff. eod. Sed caueas à communi, quæ hinc educitur, quod nimirum inter diuerso iure succedentes, non fiat, neque facta sit collatio: sed potius illud inde cum Decio in dicta l. si emancipati, elicias, quod quandocunque æquitas hoc flagitet, iuris succedendi non habeatur ratio, quæ minor est, quàm æquitatis causa.

9 Ob quam æquitatem cæteræ collationis iura introducta sunt, ac in primis illud, quod D. Pius Vlpio Adriano rescripsit, vt filia, quæ etiam bonorum possessionem non petierit, ad collationem dotis (quam in potestate constituta non aliter habere potest, quàm emancipatus olim sua aduentitia) per arbitrium familiæ herciscundæ compelleretur, l. quãquã, ff. de coll. dot. Et hoc est tertiũ ius collationis.

10 Quartum ius collationis est Imperatoris Leonis, in leg. vt liberis, C. de collatio. qui idem sanciuit in donatione propter nuptias, quod Diuus Pius in dote. Et hoc expressius: vt donatio propter nuptias conferretur, etiam inter emancipatos (inter quos iure Digestorum nulla fiebat collatio, quoniam omnis aberat inter eos iniuria) atque illos, qui nec sui, nec emancipati, modo liberi essent.

Et hæc, sine dubio, tam in dote, quàm in dona- 11
tione propter nuptias obseruabantur, sed controuertebatur inter Iurisconsultos, num nepotes succedentes suo vel auiæ, cum patruis conferre tenerentur, quod Iustinianus decidit per leg. illam, C. de collat. ac æqualiter seruari voluit. Et hoc est quintum ius.

Quoniam idem Imper. constituerat, vt differen- 12
tia esset inter profectitia & aduentitia, vt verè commu. dicit & doctè probat Arius Pinel. l. 1. part. 1. n. 13. C. de bon. mater. atque aduentitia patri, quoad proprietatem, non acquirerentur, ac iure antiquo, eam ob causam castrensia collationi non essent obnoxia, eadem ratione aduentitia eximenda à collatione existimauit, per l. fin. C. de collatio. Et quod est sextum collationis ius.

Nequid dubitationis ac iniquitatis in difficili 13
hac collatione superesset, constituit idem in Nouell. 18. cap. 6. vt collatio non minus ex testamento, quàm ab intestato fieret, nisi expressè aliud defunctus designasset: notauerat namque summi acuminis, multæque experientiæ Princeps, quicquid alij dicant de eius inscitia absq; historicorum fide, quod testator, perturbatione & cogitatione mortis, non semper cogitet exprimere, se velle fieri collationẽ, æqualitatémque inter liberos seruari, quemadmodum iura antiqua iubebant. Et hoc est septimum atque vltimum collationis ius.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *An defunctus collationem prohibere possit.*
2 *Num quid coniecturis voluntas certa sufficiat.*
3 *Num alia causa collationem inhibere, aut eam fieri monere possit.*

Quæro iuxta dicta, an defunctus collationem prohibere possit? Respond. Olim semper ab 1
ipso prohibita censebatur, l. emancipatos, C. de collat. quare prohibitione opus nõ erat, sed potius iussu, si volebat quid conferri. Hodie verò contrarium seruatur, vt semper collatio mandata ac iussa credatur, nisi defunctus expressè designet, quod velit collationem cessare, auth. ex testamento, C. eod. ac istam opinionem tenet ibidem gloss. atque omnes Dd. vt testatur Dec. eámque ideo communem dicit Decianus respons. 22. num. 4. vol. 2. neque hoc vlli credo dubium. Nam si testator vsque ad legitimam liberis debitam, etiam planè extraneo, vltimo iudicio atque elogio, sua bona relinquere potest, cur non etiam vni liberorum plus dare quàm alteri. Et hic est vnus casus, in quo cessat collatio, si nimirum defunctus eam fieri noluit.

Sed an prohibitio semper expressis verbis de- 2
beat fieri, quæritur? Respond. Quod nonnam d. auth. ex testamento, contenta est, si expressè designauit: quod probatur quoque ex l. ex parte, §. intestato, ff. famil. herciscunde. Et quod voluntas defuncti per coniecturas certa sufficiat ad prohibitionem collationis, tenet Bald. consil. 210. lib. 1. Socin. consil. 127. n. 8. lib. 3. Cephal. consil. 183. num. 5. lib. 2. qui ad hoc allegat Bart. & Alex. in l. si emancipati, C. de collat. Crauett. consil. 85. n. 8. Decian. respons. 22. n. 15. vol. 2. Et hanc communem dicit Decius in d. l. emancipatos.

Quæro, num etiam alia ratione, quàm defuncti 3
voluntate collatio existimetur prohibita? Respond.

Quod sit alia causa, quæ vetet collationem, atque ex fine desumpta est. Nam vt olim, cessante iniuria, collatio non fiebat, vt supra ostendimus, ita hodie, cessante æqualitate, fieri debet, ac emergente inæqualitate omitti. AEqualitatem namque inter liberos quilibet præsumitur velle seruari, quos æquè amare debet, l.illam, l.illud, C.de collat. & ita tenet ibid.gloss.Bart.Roman. Alexand.Ias.Dec.atque alij communiter DD.Bald.& Dec.in d.auth.ex testamento, Crauett.consi.125.num.8.Tiraquell.de iur.ptimogen. quæstio.4.num.1. qui ait, hanc magnam partem DD.tenere.

Ex dictis Alexand. In l. illud.& post eum Decius in auth. ex testamento, concludunt, si pater filium in 11. partibus, filiam in vncia, his verbis, quia illi reliqui dotem, vel istam vnciam habeat, nec dotẽ conferat, quod tunc dos sit præcipua: sin vero non constet de patris volũtate, secundũ receptiorem, confertur dos fratri: iuxta Fulgos. vero non, quia inæqualitas magna existeret. Verum latius extendit Fulgos. æqualitatem, quam in hac materia conuenicbat fieri, vbi, explicante Decio in d.auth.ex testamento, æqualitas non aliter consideratur, quam cum vterque quædam habet, non ex vltima voluntate, sed alio modo inter viuos. Vnde Angel. in d.l. illud,& Rom.firmat. Si donatarius simplex nõ vult conferre (quod tamen hodie non tenetur facere, vt infra dicetur) nec petit à sorore dotem habenti, vt dotem conferat, (forsitan quia minor est, quam sua donatio) quod soror possit donatarium inuitum cogere ad conferendum, quia alias remaneret inæqualitas. Et hic casus videtur clarissimè explicare, quod DD.multos in d.l.illud.implicat circa donationem simplicem.

QVÆSTIO IIII.

SVMMARIA.

1 *Qui conferant.*

2 *Num quis cogi possit, vt hæreditatem agnoscat, & data communicet.*

3 *Qui titulo singulari succedunt, non conferunt.*

4 *Nec institutus in re certa.*

5 *Sed benè, qui vniuersaliter scriptus est hæres, hodie conferet.*

6 *Collatio nũ habeat locũ inter diuerso iure succedentes.*

7 *Num filia, prius per renuntiationẽ exclusa ab hæreditate patris, & postea rescripto principis succedens, fratribus dotem conferat.*

1 NVnc quæro, qui debeant conferre? Respond. Liberi, si volunt esse hæredes, ergo, qui non sunt liberi, aut non sunt hæredes, vel nolunt esse hæredes, illi non conferent. Et hanc communem dicit Dec.in l.si emancipati, C.de collat. num. 9.

2 Ex quo patet, quod nemo cogatur conferre, si non vult esse hæres, quia hodie nemo cogitur adire hæreditatem. Quod notent illæ, quæ magnas ac splendidas habent dotes, vel alia à parentibus data, l. fuit quæstionis, ff.de collat. dotis, vbi gloss. & DD. nec hoc vnquam habuit dubium, Contra vero quicunque succedit iure vniuersali, seu hæres est, conferre cogitur, l.1.§.3.& 4.ff.de collat.bon. l. vt liberis, Cod.eod.

3 Infertur itaque, quod, qui titulo singulari succedunt, vt legatarij & fideicommissarij, nil conferant, l.à patre, C.de collatio. ibid. gloss. Bart. Bald. Alex. atque alij omnes, teste Dec.

4 Neque institutus in re certa, compelli poterit, vt quid conferat, quia legatarij loco est, l.quoties, C. de hæredib.instit. de quo dixit §. hæreditas, quæst. 3. Michael Grassus socer meus.

5 Quæro num institutus in testamento hæres conferre teneatur? Resp. Communis est DD.sententia, quod olim collatio non fiebat, nisi expressum erat, quando succedebatur ex testamento, idque DD.probant per l. emancipatos, C. de collat. Sed hodie aliud est, & planè contrarium, nimirum vt fiat collatio tam ex testamento, quam ab intestato, nisi testator expresse designasset, quod nollit hæredes, bona communicare. text.est capit.in auth.ex testamẽto, C.de collat. vbi eam opin. gl. & omnes tenent, asserente Dec. eamque commun. fatetur Decia. in respons.22.nu.4.vol.2.

6 Sed quid, si diuerso iure succederent, alius ab intestato, alius ex testamento, cuius rei exempla habemus, in l.si filius, ff. de collat.l.filium, §.videamus, ff.de poss. bon. contra tab. l. pater filium, ff.de collat.dot. Respond. Ex istis legibus concluserunt Dd. quòd iure veteri, diuerso iure succedentes, nullo vnquam tempore cõferebant, vt videre est apud Dyn. & Bal. in rubr. C.de collat. Bar.& alios omnes in d. l.si emancipati, C. de collat. vt testatur Fern. Vasq. de success.resol.§.19.nu.54. eámque communem dicit Ioan. Saport. de collat.c. 2. nu. 30. de communi fatetur Vitalis Nemaus. in princ. de collat. numero decimo.

Hodierno autem iure, quo collatio locum habet tam ex testamento, quàm ab intestato, quod diuerso iure succedentes conferre teneantur, tenet Bar. in d.l.pater filium, & auth.ex testamento, & ante eũ Iacob.Butr.l.fin.C.de collat.Cyn.Castrens.Alex.atque alij in d.l.si emancipati, eamque commun. dicit Fernand.Vasq.de success.resolut.§.19.num. 54.

Sed quod & olim ac hodie, diuerso iure succedentes conferant, si æqualitatis ratio hoc poscat, seruat post Decium in d.auth. ex testamento, Forcatul.de collat. part.posterior.num.16. Quod etiam verum existimo per communem iuris antiqui regulam, l.1.§. totiès, ff.de collat. Toties collationi locus, est, quoties aliquo incõmodo affectus est is, qui in potestate est, interuentu emancipati. Cæterùm si non est, cessabit collatio. Potéstque hæc Decii opinio multum adiutari, genuino intellectu verborum istorum, & ita se edictum habet, quæ Scæuola quæstionis gratia li. quæst. 5. ꝓposuit, responsionémque, quæ nunc est cõuasata in d. l. si filius, elicuit. Quo modo & Godofredus vir summæ diligentiæ & eruditionis, suum responsum ex eodem edicto: Inter eos dabitur collatio, quibus possessio data est, ergo hinc, secundum Godofredũ, inter emancipatos dabitur iure veteri collatio, quia illis datur possessio, vt edictũ habet. Cũ tamẽ contrariũ decidatur in d. l.emancipatos. Quocirca dico, verba, ita edictũ se habet, sic intelligenda esse ita edictũ ad literã innuit, vel affectum est, vt, nisi quis antecedentia & consequentia eo quoque conferat, de iuris rigore nihil aliud inde concludi possit. Cæteris obiectionibus doctè occurrit Forcatul. in d.part.poster.

7 Ex dictis non difficilis est decisio quæstionis in foro vsitatæ, an filia, quæ renuntiauit validè hæreditati paternæ, ac postea per rescriptum principis, ac sic iure diuerso, veniat ad patris successionem, fratribus dotem atque alia conferre debeat? Quò minus illud faciat, non video quid obstet. Collatio enim tam ex testamento, quàm ab intestato, locum habet, nisi expressè aliud à defuncto sit designatum.

Quæ-

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Liberi, qui sint.*
2 *Conferunt non solum emancipati.*
3 *Sed etiam sui.*
4 *Ac omnes inter sese.*
5 *An adoptiui.*

1 DIctum est, quod liberi conferant soli, quæro itaque nomine liberorum, qui comprehendantur? Respondeo: omnes descendentes in infinitum, l. appellatione liberorum, ff. de verb. significat. & tam masculi, quàm fœminæ continentur. comm. dicunt Alexan. consil. 38. lib. 6. Dec. consil. 236. n. 4. & 248. n. 2. Cephal. consil. 474. num. 22. Alciat. in d. l. liberorum appellatione, quia illis omnibus debetur adscendentium successio ab intestato, & legitima etiam ex testamento, vt supra late demonstratum est.

2 Ex hoc infertur, quòd emancipati liberi, filiæ vel filij, conferant. Et hi ab initio, iure antiquo, soli sua bona, & quidem omnia contribuebant suis, vel illis, qui in potestate erant, vt dicit glossa & omnes Dd. in dict. l. si emancipati. Et hoc hodie caret omni dubio, nisi quòd non conferant nisi profectitia tantum, quoniam suus etiam nouo iure aliquid sibi acquirere potest, & habere non solum castrensia, sed etiam aduentitia, secundum receptam Dd. sententiam, vt testatur Arius Pincl. in l. 1. part. 1. nu. 30. C. de bonis matern. text. est, in l. 8. C. de bonis, quæ liber.

3 Similiter & suus hæres conferre tenetur, olim quidem ea iure prætorio nihil, sed postea dotem & donationem propter nuptias, quia illa solum habere poterat, communicare cogebatur, l. quanquam, ff. de collat. dot. l. vt liberis, C. de collat. nouissimo iure, cum emancipatis in collatione eos adæquatos esse, deinceps docebimus.

4 Quæro, nũ hi etiam inter se conferant? Respond. olim suus emancipato nihil conferebat, quoniam ipsi nihil erat, quod in medium conferret, omnia siquidem acquirebat patri, l. 1. ff. si quis à parente manumiss. quod correctum plerique putant per d. leg. quanquam, ff. de coll. dot. & d. l. vt liberis, neque emancipatus emancipato, sed solum suo conferebat, cui tantummodo iniurius censebatur, d. l. si emancipati, sed hodie per l. vt liberis, constitutum est, vt omnibus promiscuè conferatur liberis dos & donatio propter nuptias, atque hoc quasi vno ore loquuntur Dd. in d. l. vt liberis, qui tamen multum torquentur, num emancipatus etiam emancipato conferat donationem simplicem: de qua cum dixi infra, nunc duo notanda proponam. 1. hodie est par omnium conditio & caussa liberorum, itaque sui emancipatis & suis, & nec emancipatis, nec suis (vt sunt filij & filiæ, nepotes ac neptes matri auoq; materno succedentes) & emancipati conferunt emancipatis, & hanc opinionem ait communiter approbatam Alexander in d. l. vt liberis, num. 8. II. vt hæc communis verior appareat, breuem explicationem l. vt liberis, valde per interpretes obscuratæ, adiungam. Vult in illa lege Imperat. Leo, vt omnea liberi, sine discretione vlla conferant dotem & donationem propter nuptias, quæ ab eius substantia profecta est, de cuius hæreditate agitur: amplius vt etiam emancipati vicissim conferant, non donationẽ simplicem, cuius ne verbulo meminit, sed quæ consequuntur ex bonis parentum, vt sese inde sustentent, (veluti etiam hodie fieri solet inter nobiles, vbi pater filio vxorem ducenti prædium concedit, non vt habeat præcipuum) secundum tenorem præcedentium legum, vt l. si donatione, l. emancipatos, leg. ea demum, C. de collat. Illa data autem emancipato, vt gloss. interpretaretur cum plurimis Dd. donationẽ simplicem, fecit axioma hoc minus catholicum: Quodcunque datur filiis, aut peculium est, aut donatio simplex.

5 Neque adoptiui à collatione excluduntur. Quando enim admittuntur ad patris naturalis possessionem contra tabulas, quia ipsi non habeãt bona propria, tũ pater eorum adoptiuis pro iis conferre debet, nisi pater eos sine fraude mãcipauerit, ante petitam bonorum possess. & in naturalis patris potestatem remiserit, l. 10. C. de adoption. ita tenent Bartol. in l. 1. §. is quoque, ff. de collat. Petr. Cyn. & Salic. in l. filiam, ff. eod. & hanc veriorem dicit Ioann. Saport. tractat. de collation. cap. 4. n. 60. quod tamen tantum procedit, vt in d. §. is quoque glo. commun. recepta stringit, si filius adoptiuus & in adoptantis potestate constitutus, à patre hæres institutus fuerit, commissúmque per præteritum edictum.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *An liberi conferant, si instituantur cum extraneo.*
2 *An patrui & auunculi conferant nepotibus.*
3 *Quid si succederent non ex capite vnde liberi, sed vnde agnati.*
4 *Quid in filia exclusa per statutum ex testamento veniens.*

QVæro, si filij vel alij ex liberis instituantur cum extraneo, an conferre teneantur? Resp. veram & communem opinionem testatur Fernãd. Vasqui. de succes. resolut. §. 19. nu. 18. quòd liberi extraneis non conferant, quoniam ipsis nihil adimũt, neque necessum est, vt plus habeant de bonis testatoris, qui illos honorauit, & secundum Baldi doctrinam & communem sententiam nemo potest petere collationem, qui nequit petere legitimam: inter se autem liberi quamuis sint instituti cum extraneo, conferre debent, l. quanquam, §. si sit nepos, ff. de collat. dot. l. fin. C. commun. vtriusque gloss. in d. l. si emancipati, C. de collat. Ioann. Baptista de S. Seuerin. Ioann. Saport. de collat. c. 4. n. 68. 1

Quæro, an patrui & auunculi conferant nepotibus, quibus sunt collaterales? Respõd. receptissima quidem est sententia & opinio, secundum Ioan. Saportam in d. cap. 4. & commun. iuxta Fernand. Vasqu. de succes. resolut. § 19. num 21. quam omnes probant referente Vital. Nemaus. de collat. §. 2. num. 1. quòd transuersales non conferant, neque illis conferatur, quod tamen intelligas, si sunt transuersales eius, cui succeditur, non illis, qui succedunt, l. illam, C. de collat. Sin verò fuerint liberi defuncti, de cuius hæreditate agitur, quod in patruis & auonculis locum habere potest, nepotibus communicare iubentur, & illis hi vicissim, non secus atque parentes illorum, quos repræsentant, d. leg. illam & ibi gloss. Bartol. Alex. Iason, Dec. & alij communiter Dd. 2

Quid si mutato capite vnde liberi, alio, puta vnde agnati, succederent, an conferre teneantur? Respon. magna de hac re fuit disputatio inter Baldum & Fulgosium: hic voluit illos conferre, quia sunt liberi, ex quocunque succedant capite, leg. 1. §. fin. ff. de succes. edict. leg bonis, §. 1. in fin ff. de Carbon. edict. §. sui institut. de hær. qualit. & differ. leg. 2. ff. 3

vnde leg. l. octaui. ff. vnde cognat. deinde quia, per d. l. vt liberis, liberi in materna linea si succedunt, conferunt, illis tamen non competit bonorum possess. vnde liberi, sed vnde legitimi, l. fin. C. de suis & legit. denique tex. in d. l. vt liberis, loquitur de liberis successionis quocunque iure intestatæ, Fulg. sequuntur moderni teste Dec. in d. leg. si emancipati, Bald. contra ex alio, quàm liberorum capite succedentes, nullo modo pro liberis agnoscit, quamuis in quibusdam, & vt in fauorabilibus, liberorum locum obtineant, in collatione, materia exorbitante, atque ob eam causam illos non vult conferre, Bald. sequitur Alex. in d. l. si emancipati, vbi Iason hāc dicit communem, com. quoque fatetur ibid. Decius, qui hanc quæstionē cū Alex. & Ias. multis disputat.

Forcatul. de collat. parte prior. num. 14. in passu hoc pulchro, subtili, dubio ac disputabili, velut Iason illum nominat, distinguit, hoc modo: liberi desides ac secuti, non petentes bonorum possessionē vnde liberi, si ex capite vnde agnati, post annum, vel illico ex repudiatione veniant, & petāt sibi conferri à fratre locuplete, vt reiiciantur, quia culpa sua exclusi sunt à beneficio neglecti capitis, & tūc procedat opinio Baldi. Si verò aduersus eos hoc modo segnes, aut repudiantes primum caput, collatio petatur frugifera aduersario fratri, tunc conferre tenebuntur sine dubio, ac sic obtineat sententia Fulgosij, alioquin semper eluderent collationem sui, leg. suum, C. de iur. deliberand. præterea commodum referrent ex negligentia sua, quod admitti non debet, l. 1. ff. de successor. edicto. leg. 1. ff. si quis omiss. caus. testamen. quam opin. vt æquam recipiendam puto.

4 Quæro, quid si filia exclusa per statutum, à successione patris intestati ex testamento veniat? Respond. Moder. Dec. teste in d. l. si emancipati, volunt quòd conferri debeat, quia per institutionem à patre factam, iterum efficiatur sua, quod Decius rectè ac verè concedit quoad transmissionem, non autem collationem. Quod non teneatur conferre, magis receptum est à Dd. in d. l. si emancipati, præcipuè ab Alex. Iason. Decio, Bart. & Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præterit. ex regula Baldi ab Alexandro negatè disposita, & communiter approbata, vt testatur Vitalis Nemaus. in tractat. de collation. membr. 1. nu. 10. quibus non debetur legitima, illis nec conferendum est, neque conferre tenentur. At filiæ per statutum exclusæ, non debetur legitima. Ergo. Bartol. in leg. fin. ff. ad Trebellian. ac filia sic instituta, venit vt aliquis extraneorum hæredum.

5 Ex eodem fundamento infert Bal. quem sequuntur alij frequentius in d. l. si emancipati, quòd, si pater instituit filium in legitima, & ex eo nepotes scribit hæredes vniuersales, nec patri suo, neque inuicem conferre teneantur. Et hoc documentum Bald. commendat Salicetus, tanquam valde notabile. Fulgosio tamen videtur durum, quia auus paternus naturali affectu mouetur, ad eos instituendos, vt nepotes, non vt extraneos, atque ideo tanquam liberi, ad collationem cogendi sunt arg. l. qui in aliena. §. interdum, ff. de acquir. hæred.

QVÆSTIO VII.

SVMMARIVM.

An adscendentes conferant.

1 QVæro num adscendentes conferant? Respōd. Ang. in d. l. vt liberis, C. de collat. & moderni, vt Decius ait in l. si emancipati, C. eodem, volunt, quòd etiam illi conferant, illisque conferatur, quoniam ipsis non minus debetur legitima, quàm liberis, c. illud. Nouell. 18. Contrarium tenet Iacob. Rauen. Cyn. Bald. Fulgos. Castrens. Alex. atque alij, in d. l. si emancipati. Bartol. in l. Pater, ff. de collat. hanc com. dicunt Dec. & Cagn. in d. l. si emancip. vbi hāc omnes tenent, vt testatur ibid. Ias. qui tamen cum Ang. facit, commun. asserit Soarez in l. quoniam, C. de inofficios. testam. veriorem & crebriorem existimat Vitalis Nemaus. in tractat. de collat. q. 20. & verior est, quoniam nullo iure cautum hoc reperitur, vt conferant, & in materia exorbitante, qualis collatio secūdum Alex. in d. l. si emancipati, & com. Dd. sententiam est, non debet fieri extensio à liberis ad parentes, ob id quia eis debetur legitima. Regula namque Baldi affirmata, non habet locum nisi in liberis, sic nimirum, liberi quibus debetur legitima, conferunt, & contra, quibuscunque non debetur legitima, illi non conferunt.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *An omnia, quæ conferantur, computentur in legitimam & contra.*
2 *Quæ conferantur.*
3 *An peculium profectitium communicetur.*
4 *Quid de lucro sentiendum, quod cum pecunia patris filius lucratus est.*

1 AD res deueniamus à personis, vbi ab initio quæro, an omnia, quæ computantur in legitimam, quoque conferantur, & an contra, quæ conferuntur, computentur in legitimam? Respond. ex glossa, in d. l. vt liberis, C. de collat. vbi num. 1. hanc regulam ponit: omnia quæ computantur in legitimam, ex dispositione inter viuos, ea conferuntur, non contra, quæ conferuntur, computantur in legitimam, quia donatio simplex, in casu d. l. vt liberis, quo inæqualitas emergeret, confertur, sed nō computatur in legitimam, nisi expressè hoc dicatur, l. quoniam, §. generaliter, C. de inoff. test. vt gl. in hoc exemplo commuo. reprobatur per Bart. Castrens. Salic. Alex. & alios, ita quoad alia communiter comprobatur. Dec. verò rationem addit, quare facilius quid cōferatur, quam in legitimam imputetur: quia quæ imputantur in legitimam, sint magis onerosa, & ab hæreditate excludant, quæ conferuntur, habeant recompensationem, & ad successionem viam aperiant. Iason alios adducit casus, quibus non fit imputatio, sed collatio, & quāmuis plures adduci posse non negem, tamen illud exemplum, quod gl. ex ipsa l. vt liberis, adducit, verissimum & commodatissimum puto, nec contradicet communis Dd. schola, quæ habet, quòd collatio admittatur & omittatur, vbi magna emergeret inæqualitas.

2 Cum latius pateat collationis materia, quàm legitimæ, & plura inter viuos conferantur, quàm in legitimam imputentur, quæro itaque quæ conferantur? Resp. omnia conferuntur, quæ data sunt, à parente, cui succeditur, vt diuidātur seu herciscātur.

3 An peculium profectitium conferatur, quæro? Respond. data conferuntur, hoc est, quæ communicari queunt, communicari autem possunt, quæ ante non sunt communia. Communicatio enim nihil aliud est, quàm in comm. latio, l. 1. in princ. ff. de col. Accur. in rub. eodem. quod volunt quoq; præcipuè Dd. Bar. Bald. & alij in d. l. si emancip. C. eod. vt testa. Ioan. Saport. in tract. de collat. c. 1. nu. vnde sequitur, quod peculiū profectitium non conferatur,

quia

quia antea commune est, & adhuc in patrimonio defuncti, vt communiter concludunt Dd. in d. l. si emancipati, teste Vitali Nemaus. in tractat. de collat. memb 2. n. 15.

4 Hic quæro, an lucrum, quod lucratur filius cum pecunia patris, conferatur? Resp. in hac quæstione variant Dd. quod conferatur tenet gloss. in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & ibid. Iac. But. & Bald. quia est profectitium, quemadmodum & peculium, accessorium namque sequitur naturam sui principalis, l. cum principalis, ff. de regul. iur. c. accessoriũ, de reg. iur. in 6. §. liberis institut. de vulgar. & pupil. l. fin. C. de constit. pecun. in fin. C. de non num. pecun. vnde hæc in puncto iuris mihi videtur verior: quòd omnes cum hac pertranseant, fatetur Bartolus in l. 1. §. nec Castrens. n. 5 ff. de collat. quòd sit ex parte profectitium, ex parte aduentitium, tenet Imol. & Alexand. in l. 3. ff. ad Falcid. & quos allegat Alexand. in l. illud, num. 10. C. de collat. communiter igitur volunt Dd. vt testatur ibid. Decius, quod non conferatur, nisi quoad partem dimidiam hanc communem testatur Rom. consil. 469. Bertran. consil. 303. lib. 3. ac idem statuunt, si sit dubium, an filius ea sua industria, vel paterna pecunia acquisierit, communem ait Segur. l. 1. §. si vir vxori, ff. de acquir. possess. vbi idem receptum ait, ne conferatur, quod ad filium casu, lusu vel sola peruenit industria. Hanc diuisionem, nominat Puteus ad Bartol. in d. §. nec castrense, rusticanam: quod subolentes Bald. & Salic. in l. certum, C. Familiæ herciscund. dicunt, si plures sint liberi, inspiciendam esse industriam filij, an dignus sit tanto lucro, vel non, quæ opinio ea consuetudine & æquitate magis procedit, quàm iure.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *Quæ dicantur data.*
2 *Quid si pater dixit filio in potestate, do tibi talem rem, an accipientis fiat.*
3 *Quid si dixit, concedo.*
4 *Quid si tradiderit.*
5 *Quid si eius nomine emat & tradat filio.*
6 *Quid si dixit, dono tibi.*
7 *Quid si præcesserunt merita filij.*

1 Dixisti data conferri, quæro itaque quid per data intelligas? Respond. Id dari cuiquam intelligitur, quod ita datur, vt accipientis fiat, textus est capitalis in §. si itaque discretis, Institut. de action. l. non videntur data, ff. de regul. iur. l. vbi autem §. fin. ff. de verbor. obligat. vbi gloss. & omnes scribentes eam tenent teste Decio & Cagnol. in d. l. non videntur, hanc communem dicit Iason in d. §. si itaque discretis, & hæc est propria verbi dare, significatio, secundum Dec. & Godofredum in d. l. non videntur, mihi vero non proprius siue genuinus, sed specialis & in contractibus receptus videtur significatus.

2 Contractus autem, cum inter patrem & filium in potestate, non ineantur, quare nec verbum dare in dicta significatione accipi potest. Ideóque si pater filio, in sacris suis constituto, dixerit, do tibi talem rem, filij accipientis illa non fiet, sed in patrimonio patris remanebit, hoc expresse vult Bald. in l. cum virum, C. de fideicommiss. Imola, in l. A Titio le. si fundum, ff. de verb. oblig. Alex. in l. si donatione, C. de collation. Contrariam tenent Petrus & Salicet. per §. si itaque, quibus assentitur Castrens. in l. filiæ C. famil. herciscun. item glo. in §. aliæ, Instit. de donat. quia dare est dominium transferre. Sed prior opinio verior & receptior est, quia dare dominium non transfert, cum personæ natura, aut contractus qualitas illud non patiatur, l. Mæuius ff. de condition. & demonstrat. l. 4. ff. de vsuris.

3 Et hoc minus dubij habet, si pater dixerit filio, concedo tibi eam rem: nam vt Iason interpretatur in d. l. si donatione, concedere, est vsum & administrationem permittere, retento sibi dominio, donare vero est dominium transferre: quamuis sępius dominium transferatur, non autem res donetur, vt fit in emptione, venditione, &c. *Daher vvir Teutschen saken Ich vvil dirs geben aber nicht schencken.* Saxones tamen eodem cum latinis significatu, suum *geben* capiunt.

4 Sed quid si pater rem filio tradiderit? Respõdeo: neque tum rem accipientis facit. arg. l. vsufructuarius, ff. de acquir. rerum domin. l. final. ff. de pecunia legat. l. cum pater, §. pater. pluribus gloss. & Bartol. ibid. ff. de legat. 2. & hanc commun. ait Fernãd. Vasqui. de succes. resolut §. 19. nu. 36.

5 Quid si etiam filij nomine emerit & tradiderit? Respond. Dd. adhuc idem dicunt, vt testatur Alex. in d. l. si donatione.

6 Quid si expresse dixerit filio: dono tibi hãc rem? Respond. quod necdum fiat accipientis, d. l. si donatione, vbi idem concludunt Dd. communiter, vt testatur Vital. Nemaus. de collat. memb. 2. nu. 15. Ratio autem est, quia donatio, aut talis datio seu traditio, inter patrem & filium in potestate cõstitutum, secus est in emancipato, non valet secundum communem opinionem, ex eo, quod patri filius omnia acquirat l. 1 ff. si quis à parent. manumiss. nec quisquam sibi donare possit. Sed quid in dictis casibus statuendum? Hoc quod potest, scilicet quod res solummodo in peculium existimetur concessa. Nam vbi alia coniectura capi potest, cessat præsumptio donationis, l. cum de indebito. Et actus si non valet vt agitur, valet vt valere potest lege prima, §. si quis ita, ff. de verborum obligatione, l. quoties in stipulationibus, ff. eodem. cap. vno, §. pen. de sponsalibus impuber. in 6. c. Abbate sanè, de verborum significatione. Si vero pater ea, quæ aut filio in potestate existenti tradidit, his verbis, dono tibi, aut eius nomine ante emit, & dixit, do tibi, neque iterum ademit, vt tunc valeat donatio, quando valere potest, hoc est, post tempus, quo filius ipsi non amplius acquirit, id est, post eius mortem vel emancipationem suam. argum. l. Papinianus, leg. penultim. ff. de donatio. inter vir. & vxorem, Alexand. cum aliis in dict. leg. si donatione, & hæc est communis Dd. sententia.

7 Quod si igitur præcesserunt merita filij illã donationem, tunc statim valet, quia pater filio meritorum causa donare potest, & hanc omnes tenẽt Dd. per l. si vero, §. Papinianus, ff. mandat. Velut attestantur Aleaand. in dict. l. si donatione, Gozadinus consil. 9. num. 56.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An omnia data conferantur.*
2 *Alimenta non conferuntur.*
3 *Sumptus studiorum eandem ob causam.*
4 *Num idem obtineat in emancipato.*
5 *Quid si filius studiorum causa mutuum acceperit.*
6 *An libri studioso dati collationem subeant.*
7 *Quid si filius libros abligurivit, aut nil profecit.*
8 *Impensæ nuptiarum, factæ filiæ vel filio, an conferri debeant.*

ff.de verborum significat.& Clari, §.donatio. quæstione 8.

8 Quæro, an expensæ nuptiarum quoque sint de eo genere, vt conferri debeant? Respondeo, quòd non, quoniam pater sua magis causa quàm liberorum, illas facere videtur, atque istam opinionem tenent Bart.in d.§.nec Castrense, ff.de collat. Bald. in dicta auth.ex testamento, C.eod. VVesenbec. in parat. ff. eod. Sichard.ad l. filiæ, C.famil.hercisc.n.12. Schneidevvin.ad §.quædã actiones, num.46. Institut. de actio. quos sequuntur DD. ac præcipuè recentiores, quibus plurimi allegant Andream Gail.2.obser.91. num in contrarium minus verè.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Quæ parentes filiis ex necessitate dant, quæque durare possunt, est dos.*
2 *Donatio propter nuptias.*
3 *Militia.*

1 QVæro iam, quæ sunt illa data, quæ durare possunt, atque ad quæ pater iure cogitur? Respõdeo: tria sunt, vnde Bart. in l.1.§.nec castrense, ff. de collatio.& gloss.in l.illud, C.eod. dicunt, tria solum esse conferenda, atque inter illa prima est dos, leg. quanquam, ff.eód.l.vt liberis, C. eod. nam pater de necessitate cogitur filiam dotare, le.final.C.de dot. promiss.c.placuit, 1.quæst.2. c. nemo, de consecrat. distin. 1. Hanc communem opinionem dicit Alex. consil.203.num. 10. volum. 7. quod procedit etiam in iam nupta. Hanc veriorem, & magis commu. testatur idem consil.169.volum. eod. commun. fatetur Ias.in §.fuerat, Instit.de actio.num.97. communem quoque testatur Arius Pinel.l.2.part.1.c.4.nu. fin. C.de rescind.vendit. licet filia nupserit sine cõsensu eius, atque intra 25.annum, modò digno sese coniunxerit: secundum commun. vt refert Didac. Couarr. de sponsal.2.part.cap.3.§.8.numer.7. Curt. iun.in authent.res quæ, num.25.C.comm. de legat. ac nomine parentis intelligimus matrem diuitem, marito inope. Communem ait Viuius in verb. mater diues, item auum, iuxta DD.in l.1.ff.solut. matr. si pater pauper fuerit, hanc commun. dicit Socin. senior consil.33.lib.3.aut non amplius viuit. Atque ob istam necessitatem, etiamsi filia habuerit bona, pater in dubio præsumitur de suo dotare, non de filiæ bonis, est commun. opinio. secundum Thom. Purp.in d.l.1.ff.solut.matrim.

2 Alterum, quod parens de necessitate tenetur dare filio, est donatio propter nuptias: quia dos data donationem propter nuptias meretur, in auth. dos data, C.de donat.propter nuptias, Bart. in d.§. nec castrense, ideoque æqualitas omnimodò seruanda est in dote & donatione propter nuptias, authen.æqualitas, C.de pact.dotal. Et hæc opinio in iure recepta est, sed aliud consuetudine obseruatur, nisi inter principes.

3 Tertium est militia quædam, ad quam tenetur pater, non tam necessitate naturæ, quàm ex Nouell. 81.c.1.& in ista opinione est Bar.in d.§.nec castrense, num.11. Kirchou.in verb.militiæ, Thesaur.communium opinionum de communi refert.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *An dos conferatur.*
2 *Quid in dote data à matre filiabus succedentibus cum auunculis auo materno.*
3 *Quid in dote patris contemplatione data.*
4 *In dubio quid existimandum.*
5 *An conferendum, quod dotis loco filiæ monasterium ingredienti collatum est.*
6 *Num etiam iocalia.*
7 *An impensa.*
8 *Nunquid vsuræ dotis sint conferendæ.*

AD prædicta quæro, num dos conferatur? Respond. quod sic, textus est in l.quãquam, ff.de collat.dot.l.pactum dotale, l.filiæ, l.vt liberis, C. de collat. ac ista opinio communiter tenetur, vt testatur Alexand.in l.illam, C.de collat. hoc exploratum ait Ioan.Saison in consuetu. Turon. tit. 27.c.10. nec habet vllam difficultatem, teste Bolog. in l.in quartam, ff.ad l.Falcid. 1

Quæro, an etiam dos à matre data filiabus conferatur, si succedunt cum auunculis & materteris auo materno? Resp. quod non, secundum communem, quam habet Alex.in d. l. illam, quia illa non est profecta ab auo, cui succeditur, sed à matre. Cõmunis autem est regula, quòd illa solum conferuntur, quæ data sunt ab illo, de cuius hæreditate agitur. Quòd autem dotem ab auo matri suæ datam, si ad illas peruenit, conferre teneantur, nullum est dubium: quia matris suæ personam repræsentant, l. hæredem, ff.de regul.iur. 2

Quid si dos non venit à parente, vel eo, cui succeditur, sed ab alio, illius tamen contemplatione? Respõ. Illud si est expressum, aut coniecturis patet certis, extra controuersiam est, quòd conferatur, à quocunque fuerit data; nam quod mei contemplatione alieni soluitur, à me solutum creditur: & hoc est de sensu Bart.in l.Gallus, §.quod si is, ff.de libe. & posthu. Alex.consil.185. num. 11.vol.2. Quando autem auus patris contemplatione dotẽ nepti dedisse videatur, dixit in §.legitima, q.24.socer meus. 3

Quid si non constaret, cuius contemplatione sit data, sed in dubio res esset? Respond. Ille, qui dat, est planè extraneus, patruus, vel auus: Extraneus sui contemplatione dedisse præsumitur, vt qui nullo vinculo & necessitudine patri dotatæ filiæ coniunctus est, cuius respectu dos mera donatio est, quam secundum communem quilibet pro se facere censetur. De patruo est dictum, §.legitima, quæst.19.n. 6. Sed quod de auo ibi positum, Decian. respons.9. num. 15. vol.3. non admittit, sed contra veritatem atque communem ait esse opinionem. 4

Quæro, an conferendum, quod filiæ monasterium ingredienti, dotis loco datum est? Respond. quod sic, quia computatur in legitimam, vt patet ex legitima, quæst.23.nu.4. 5

Num etiam iocalia, vestes, atque alia filiæ matrimonij causa data, conferantur? Resp. Si res pretiosæ fuerint, atque illas pater aliàs verisimiliter non dedisset, conferri debent, quia sunt quasi accessiones & appendices dotis, l.inter socerum, §.cum inter, ff. de pact.dotal.l.etiam, C.de iur. dot. istámque opin. tuetur Bart.in d.§.nec castrense, ff. de collat. & l. in quartam, ff.ad l.Falcid. & hanc ex communi Doctorum sententia concludit Andr.Gail. 2. obseruat.91. numero 5. 6

Quæro, an impensæ necessario in dotem factæ, ante collationem detrahi possint? Respond. quod sic, text. expressus est in dict. l.quanquam, §.cum dos confertur, ff.de collat. quod Azo etiam ad vtiles expensas extendit. Sed cõtrarium statuit Hugo, cuius opinio etiam placet Bart.ibid.& mihi verior videtur ob clarissima textus verba, nisi malit filia etiam illud conferre, quo dos melior facta est. 7

4 *An viro ad pinguiorem redeunti fortunam dos sit reddenda.*

5 *An dos profectitia extantibus liberis filia mortua, apud maritum maneat, vel ad patrem redeat.*

1 QVæro, si maritus & socer ambo teneantur pro dote (quod fieri potest, imo pater aliquando cogitur se obligare vna cum filio, Bald. Nouell. de dote, part. 6. priuileg. 20.& 21.) & maritus tantum vergat ad inopiam, an à socero adbuc diuite dos possit exigi? respond, vt hic casus, quod contra illum agi possit qui ad pauperiem ruit, nullum habet dubium, ita ille passus num contra alterum agi possit, valde dubius est. Iason. in l. si constante, ff. soluto, ex Alexand. tres recenset opiniones.

Prima est Bartoli, qui distinguit, Socer & maritus facrunt obligati tanquam duo rei in solidum, & tūc inopia vnius alteri nocet, ita vt etiam socer conueniri possit, auth. hoc ita, C. de duob. reis, sed si non sunt obligati, vt duo rei debēdi in solidū iuxta l. 3. ff. de duob. reis. tūc factū alterius nō debet alteri nocere, l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact. l. pactum, cuique, ff. de re iudic. & ante Bartol. idem tenuit Iacob. Butrig. in authen. quod locum, Cod. de collat. & hanc postremam partem putat Roman. veram consil. 462.

Secunda opinio est Baldi & Angel. in d. l. si constante, qui volunt, quod licet sint correi, inopia diuiti non noceat, sed solum contra illum agatur, qui vergit ad inopiam, quia non est inconueniens, vt ea post facto in duobus reis surgat inæqualitas, l. eadem, §. si quis, ff. de duobus reis, & hanc Baldi opin. quam videtur sequi Alexand. dicit æquiorem Raph. Cuman.

Tertia opinio est vltramontanorum subtilium, vt Iason illos laudat in d. l. si constante, nimirum Petri de Bellapertic. Iacobi de Arena, qui tenent, nullo modo agi posse nec contra vergentem ad inopiam, nec contra socerum vt diuitem, quoniam diuitiæ soceri supplent inopiam mariti, l. si plures, §. præterea, & ibi gloss. ff. de fideiussor. Bald. textum addit, qui alibi nō inueniatur quam in l. mulier. C. de iur. dotium, vbi principalis dicitur diues, quia fideiussores sunt diuites, cui rationi Iaso addit duo alia argum. 1. à simili in testibus, quorum si vnus sit valdè dignus, & magnæ fidei, supplet defectum contestis, qui est infamis infamia facti, & plenè probant iuxta Bart. & alios in l. si quis ex argentariis, §. cogetur, ff. de edend. 2. quia socer & maritus quādo sunt duo rei debendi in dote, dicuntur inuicem fideiubere, secundum commun. opin. Azon. & gl. approbatam in l. vir vxori. §. fin. ff. ad Velle. ac istam vltramontanorum dicit magis commun. Iason. in d. l. si constante, num. 41.

2 Constat ex l. maritum, ff. soluto matrimon. quod maritus, si ab ipso exigatur dos soluto matrimonio, in plus non damnetur, quam facere potest, quæro itaque, an etiam illa lex habeat locum, si constante matrimonio dos viro ad inopiam vergente, petatur? Respondet Bartol. distinguendo, mulier aut agit actione personali, aut reali, hoc casu in solidū, illo verò non: Bartol. sequuntur alij ibidem, teste Ioann. Campezio. in tract. de dote part. 3. quæst. 238. sed quod indistinctè in solidum conueniatur, tenet gloss. & Cyn. in l. vbi, C. de iur. dotiū. Rayner. Imol. & Castrens. in d. l. si constante, vbi Iason eam communem fatetur, & hæc verior videtur, quia dos non repetitur hic, vt egeat maritus, sed potius ne omnimodo aliquando indigeat, mulier enim, dotem ac donationem propter nuptias repetitam, alienare non potest, viuente marito, sed ad sustentationem tam sui, quam mariti & filiorum reseruare debet, d. l. vbi. quod tamen non valet in paraphernalibus, nec priuilegium dotis habent, secundum com. opin. quam habet Alex. cons. 203. volum. 7.

Quid si maritus vel socer paratus est dare fideiussores, an euitet exactionem, quæro? Respond. quod possit euitare exactionem maritus, si dederit idoneum fideiussorem pro dote restituenda existimat sub dubio forti Bald. nouell. in tractat. de dote, part 6. priuileg. 21. num. 7. sed contrarium tenet Bartol. cum glo. in d. l. si constante, num. 46. Ioan. Andre. in addit. ad Speculat. in titul. de donati. inter virum & vxor. Canonistæ in c. per vestras extra, de donat. inter virum & vxor. eamque commun. dicit Ioan. Campez. de dote, part. 3. q. 29. quia melius est, vt Alex. refert ex mente Dyn. & Raynar. in d. l. si constante, mulieri dotem repetere, quam fideiussores accipere, secundum commun. vt idem habet Alexand. 3

Quæro, num marito ad pinguiorem redeunti fortunam, dos sit reddenda? Respondeo: diuersæ de hac re sunt sententiæ, Bald. Angel. Roman. & Rapha. in in d. l. si constante, Specul. in titul. de dona. inter virum & vxorem, §. fin. versi. quid si. tenent affirmatiuam, quia restitutio, quæ fit mulieri ob inopiam mariti, est temporalis & solum facta ad securitatem mulieris, quam præstant diuitiæ viro superuenientes. Contrarium tenent. glos. Bart. in d. l. si constante & alij plures quos recenset Alexan. & sequitur ibid. quæ quoque est receptior, licet prior mihi videatur æquior. 4

Quæro succisiuè, an dos profectitia, liberis extantibus filia mortua, apud maritum maneat, vel ad patrem redeat? Respōdeo. Antiqua hæc & nobilis difficilisque est quæstio, ac controuersia inter Martinum Gosiam & Bulgarum, hic patri, ille liberis adiudicabat: ac pro vtroque sunt rationes fortissimæ. 1. pro Bulgaro facit l. dos à patre, C. solut. matri. 2. mortuo patre dos consolidatur in filiam: ergo etiam mortua filia consolidabitur in patrem sine distinctione, l. final. C. de fruct. & lit. expens. 3. l. 1. §. sileat, C. de rei vxor. action. vbi dicitur. Sileat ob liberos dotis retentio: quia naturali ratione pater tenetur alere liberos. Ad hoc Martinus respondet, quod matrimonium sit solutum diuortio non morte mulieris. Ad secundum argumentum, quod non sit eadem ratio in patre, quæ in filia, quare etiam non procedit illa consolidationis ratio, quæ in paribus, non disparibus locum habet casibus. Primum argumentum limitando seu distinguendo refellit, d. l. dos à patre, valeat, si nulli sunt liberi, secus si fuerint liberi. Ad Azonis argument. pro Bulgaro, quod scilicet iure antiquo filio hæredem habere nō poterat, sic forsitan Martinus responderet: Quod liberi retinerent dotem, non iure hæreditario, sed iure dotis, quo dos constituitur ad onera matrimonij, & non solum ad alendam vxorem, sed etiam liberos d. l. vbi, quæ onera tum maxima plerunque sunt post coniugis obitum. Pro Martino facit etiam l. illam, C. de collat. 2. quia hodie liberi præferuntur auo in successione, §. 1. Institut. de hæred. quæ ab intestat. deferuntur. 3. quia dos proprium dicitur filiæ patrimonium, l. inter socerū. §. cum inter. ff. de pact. dotal. l. vxorem, §. testamento, ff. de legat. 3. l. 3. §. sed vtrum, ff. de minorib. Ergo transmittet illam ad filios suos. Bulgari opinionem sequuntur Ioan. Azo, Dyn. & alij in d. l. dos à patre, eamque magis com-

Dyn.Cyn.ibid.& Salic.in d.l.assiduis,§.exceptis.

7 Quæro, an dictum priuilegium antelationis cōpetat doti putatiuæ? Respond. Variatum est, nonnullis existimantibus, tale priuilegium doti putatiuæ competere, gl.in l.2.§.fin.ff.de priuileg. credito. quam sententiam probat Bart.in l.si cum dotem,§. fin.ff.solut.matrim.eámque asserit esse communem Salic.d.l.assiduis,in prin.6.quæst. idem fatetur Neguzant.d.4.membr.nu.104. Contrariam in puncto iuris veriorem existimat Bald.Nouel.in tra.de dot. 11.part.2. Sed à prima non esse recedendum, dicit Neguzant.in d.nu.104.

8 Quæro, quis præferatur in hypotheca tacita vel expressa, an mulier vel fiscus? Respond. quod ambo, respectu hypothecæ, pari passu ambulent, & neutēr alteri præferatur, ita tenet Bartol.l.1.ff.solut.matrim.& cum Bartolo transeunt alij DD.communiter.vt dicit Neguzant.d.2.part.4.membr.num.108. vnde succedit regula: Qui prior est tempore potior est iure.

9 Sed quid si de prioritate temporis non constet, vt quia fortè duo instrumenta sunt cōfecta eodem tempore, alterum pro fisco, alterum pro dote? Respond. quod in dubio mulier in dote præferenda sit fisco, ita tenet Bald.l.Dotis.C.de iur.dot.& eam tenet Nicola.de Neapol.quem allegat Alexand. in d. l.1.ff.solut.matrim.licet ipse dubitet. eam communem testatur Neguzant.d.membr.4.nume.109.dicens illam omnino tenendam per textum dict.l. in ambiguis,ff.de iur.dotium.

10 Ex hoc quæro, nunquid illud priuilegium, vt mulier præferatur in dubio fisco, competat hæredibus quibuscunque, ad quos transit actio de dote? Respond. quod transeat etiam ad extraneum, ad quē transit actio de dote. ita tenet Bartol. d.l.1.ff.solut. matrim. quia illud priuilegium datur ipsi actioni, non personæ seu mulieri, ideoque cum actione debet transire, hanc Bartol. sententiam communiter approbatam esse dicit Soc.ibid.in 3. not. licet contrarium disputando sustineri posse affirmet.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quæ actio competat mulieri, viro vergente ad inopiam, pro dote repetenda.*

2 *Si mulier aduersus tertios possessores agere velit: num prius excutere debeat maritum.*

3 *An etiam constante matrimonio, mulier possit repetere donationem propter nuptias.*

4 *Num quoque in illa habeat priuilegium prælationis, quemadmodum in dote.*

1 POstquam nos auth. quod locum, C.de collatio. ad actionem, quam mulier, pro dote exigenda etiam sine patre, intendere debet, nisi velit non saluam amplius fratribus conferre, deduxit, vt præcipua circa illam absoluantur, quæro vlterius, quæ actio ipsi competat? Respondeo, quadruplex illi cōpetit remedium, actio personalis contra maritum, hypothecaria, vindicatio & interdictum Saluianū. Actio personalis competit illi, si marito in dotem dedit res æstimatas, pondere, numero, & mensura constantes, quæ in plenum mariti transierunt dominium.& de hac videtur textus in l. seruā dotalē. ff.de manumiss.l.pater.ff.de dote præleg. ita tenent Bar.in d.l.si constante.ff.solut.matri.Bal. Nouell.in tract.de dote part.12.in prin.Ioan. Campeg.de dote part.3.q.45.& comm. Dd.in d.§. fuerat. instit.de act.Hypothecaria datur ipsi, tam contra maritum, quàm aduersus mariti creditores, occupantes res mariti, l.vbi C. de iur. dotium. & hoc dicit glossa in l.si constante, ff.solut.matri. quia hypothecaria defertur eodem tempore, quo actio personalis, teste Ioann.Campeg.de dote quæst.45.

Vindicatio conceditur contra maritum & quoscunque possessores, sed tantum, quando dos est inæstimata data, & adhuc in mulieris dominio. Vindicatio enim non datur, nisi domino, text.in auth.donationem, C.de iure dotium, vbi gl.communiter, Dd. idem tradunt item in l.in reb.C.eod. vt testatur Bal. Nouellus, de dote priuileg.35.

Saluianum habet mulier ad persequendam suam hypothecæ possessionem, vt ipsi liceat potius tenere, quàm alij, l.1.ff.de Saluian.interdict.& §.4.Instit. de interdict.l.1.C.de precario, Zasius in §.item Seruiana.Insti.de action.Rol.à Valle in cons.infra dict.

Vnde Bartolus suadet, vt mulier agat ad sequestrationem & consignationem dotis, si maritus illā æstimato datam dissipare cœperit, & hoc de communi approbat Rolan.à Vall.consil.9. volum.1. verum si substantia sua malè vtitur, vt vindicet mulier suam dotem per text.in dict.l. vbi, & auth.donationem, C.de iur.dotium.

Sed si mulier aduersus tertios possessores agere velit, an prius excutere debeat maritum? Respond. mulier aut agit hypothecaria, seu quasi Seruiana, aut interdicto Saluiano. Cùm agit hypothecaria, tunc excussionis exceptio obstat mulieri, maritúmque antè excutere debet, ita tenet Bartol. Alex. & Dec. in d.l.si constante.Ioan.Campeg. de dote part.3.qu. 46.commun.dicit Bald.Nouell.part.8.priuil.penult. de dot. eandem de communi seruat Crauett. cons. 621.n.3. magis commu. fatetur Neguzant. in tract. de pignor.part.2.memb.4.n.60. 2

Contrariam tenent Rom.in d.l. si constante, Bal. Nouell.in dict.priuileg.penult.quia discussionis exceptio est de apicibus iuris, per gloss.in l.Mancipiū. §.1.ff.de euiction. & quæ sunt de apicibus iuris, opponi non possunt, cum agitur de bono publico, censetúrque exclusa illa exceptio per clausulam, sola facti veritate inspecta: hic agitur de bono publico. Ergo. Sed quoniam Rom. ipse suū errorē agnoscit, teste Alexand.in d.l.si constante, qui Roman. doctè refellit, cæterísque obiectionibus peritè occurrit, Crauet.consil.261. eo lectorem remittam, ac magis communem in iudicando ac consulendo vt sequatur, suadebo: quia discussio tantum æquitatis habet, iuxta DD. quos allegat Crauet.in d.consil.621.num. 6. vt si quis renunciauit omnibus exceptionibus, promisitque liberè soluere pro alio, non censeatur renunciasse excussioni.

Quod si vero Saluiano agit mulier, ei excussionis exceptio non obstabit, secundum Socin. consil. 80. volum.3.Crauet.consil.201. Rolandum à Valle consil.9.num.17.volum.1. neque opus est excussione, si per l.fin. C.de acquir.possess.bon. agitur, vt per plurium DD.autoritates ostendit Menoch. de recuperand.possess.remed.14.num.24.& seq. Cautos igitur oportet esse aduocatos, dum actiones mouent, vt discreti eligant eam, quę temporis, sumptuum, probationis atque difficultatis minus requirant.

An etiam constante matrimonio mulier possit repetere donationem propter nuptias? quæritur? Respondeo: quod sic, quia eandem ob causam data est, vt deseruiat oneribus matrimonij, & sustentationi tàm mariti quàm mulieris, de hoc textus est expressus in d.l.vbi.C.de iur. dotium. Nouell.97.c. fin. & eam tenent ibidem gloss. & vnanimi consensu DD. Affüct.decis.199. eamque communiter 3

receptem testatur Roland. à Valle consil. 9. volum. 1. & quidem actionibus iisdem, quibus dotem repetere potest.

4 Quæro, cum quoque in donatione propter nuptias habeat priuilegium prælationis vt in dote? Respond. quod non, per tex. in d. l. vbi, & l. assiduis. C. qui potiores in pign. habent, tacitam verò hypothecam habet, secundum communem, vt testatur Bal. Nouell. de dot. part. 12. nu. 60.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *An donatio propter nuptias conferatur.*
2 *Num militia sit communicanda fratribus.*
3 *Quando æstimatio rerum datarum sit ineunda.*

1 VT ad rem, vnde digressus sum, redeam, quæro, an donatio propter nuptias data, debeat conferri à filio? Respond. quod sic, ex necessitate profecta est, & paribus cum dote passibus ambulat, l. cum multæ, §. simplices, C. de dona. ante nuptias, & de isto est tex. manifestus in l. vt liberis, C. de collat. & communiter ibidem DD.

2 Quæro, an militia à patre filio empta vel data, conferri debeat? Respond. militia illa, vel officium à patre filio emptum, iterum vendi potest, vel non: hoc casu, quia nihil restare potest, non data, sed donata militie censetur: altero casu conferri debet, quie etiam imputatur in legitimam, l. omnimodo, Co. de inofficios. testam. gloss. & communiter DD. ibi Bart. in d. l. 1. §. nec Castrense, ff. de collat. atque hanc de communi refert Alexand. in l. illud Cod. de collat.

3 Sed quæro an tantum conferre debeat filius, quanti emptum est officium vel militia? Respond. quod non, sed quanti vendi potest tempore mortis patris. Et hanc dicit communem Vitalis Nemaus. in tractat de collat. q. 28. à qua tamen æstimatione prius deducitur onus militiæ, secundum Bart. & DD. vt testatur ibid. idem Vitalis.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *Aduentitia non conferuntur.*
2 *Nec statuto obueniens donatio propter nuptias.*
3 *Neque lucrum dotis, quod secundum statutũ loci marito contingit. 4. neque dos data filiæ à successione per statutum exclusæ. 5.*
6 *An nepotes dotem à patre vel matre datam conferant patruis.*
7 *Quod si ipsis dos fuit data ab auo.*
8 *Num dotem ab auo matri datam communicent illis*
9 *An pater conferat dotem ab auo nepti datam.*
10 *Quid si mater dotem à suo patre filiæ suæ dederit in dotem, an hanc mater conferat.*
11 *An aduentitiorum fructus conferantur.*
12 *Sed, quid in fructibus dotis aduentitiæ.*

SI supra dictam regulam, quod ea conferantur, quæ ab illo, de cuius successione agitur data sunt ex officij necessitate, non alia causa quæque durare possunt, conuertimus, duas alias inde deducemus regulas de illis, quæ non conferuntur. I. Quæ ab alio, quam illo de cuius successione agitur, data sunt, non conferuntur. II. Quæ ab illo cui succeditur, donata sunt collationem subterfugient: illa namque, quæ quis ex necessitate quadam alteri cõcedit irretorto aspicit semper oculo, ac si vllo modo eorum retinere potest dominium, vel vicissim edipisci, nihil non facit: quæ vero lubenti animo alteri dat, quod fit in donatione, ad ista ne respicit semel, quia mauult esse apud alienum quam secum.

Ex prima regula quæro, num aduentitie conferá- 1
tur? Respond. Quod non conferantur illa hodie, licet olim secus, quæ ab aliis proueniunt, quam ab illo cui succeditur: nam hodie parentibus aduentitiorum proprietas non adquiritur amplius, quemadmodum iure veteri fieri solebat: de hac quæstione textus est capitalis in l. final. C. de collation. eamque firmat ibidem gloss. & DD. communi calculo Bartolus in l. pater, ff. de collation. dot. frequentius DD. in l. si emancipati; Cod. de collation. eamque communem eit. Alexand. dict. l. final. communem fatetur Paris. consil. 130. numer. 4. lib. 1. hoc tenent quasi omnes in dict. l. si emancipati, teste Vitale Nemaus. de collation. memb. 2. numer. 6. Frequentius receptum dicit Ioann. Saport. de collation. capite 5. nu. 81. in dubium enumerat Forcatul. part. prior. de collation. nu. 18. Et hanc non solum de filio in potestate intelligunt doctores, in dict. l. final. sed etiam de emancipato. Generalis namque est constitutio, vt res, quas parentibus acquirendas esse prohibuit Imper. nec collationi post obitum eorum inter liberos subiaceant.

Ex hoc infertur, quod donatio propter nuptias, 2
quæ pacto dotali, statuto aut alio modo ad mulierem peruenit, fratribus non conferatur, quia aduentitie est, l. vt liberis, l. illud. C. de collat.

Neque lucrum dotis, quod ex statuto maritus 3
lucratur, collationem subibit, ita tenent gloss. l. dotem, ff. de Castreos. pecul. gloss. in l. quod scitis, in verb. dotem. C. de bon. quæ liber. Bart. & Ang. in l. 1. C. eod. Bart. in l. 22. §. transgrediamur. ff. de solut. matr. Bal. Nou. in tract. de dote priuil. 17. & hanc opin. puto veriorem.

Dyn. & Cyn. in d. §. trãsgrediamur, dicũt profectitiũ fieri, si vxor viuo patre decesserit, secus si post patrem. Bartol. in tract. de duobus fratribus, 1. artic. quæst. 5. existimat illud lucrum pro portione oneris, quod sustinuit pater in matrimonio filij communicandum, quemadmodum testatur Decius in consil. 67. vnde secundum communem, quam habet Decius cons. 560. si pater sustinuit totũ matrimonij onus, in solidum quoque illud lucrũ contribuetur, eamque sententiam æquissimam arbitratur Roman. consil. 406. qui huius quæstionis quinque recenset opiniones. In lucro autem dotis, ne nescias, attenditur statutum loci mariti, non vxoris, est communis secundum Decium, consil. 66.

Obiter hic quæro, an statutum de dote lucranda, 4
habeat quoque locum in muliere monasterium ingrediente? Respond. quod sic, hanc veram & communem opin. testatur Iason consi. 135. volum. 1. qui consi. sequenti ex communi extendit ad mulierem domum traductam, nec dum cognitam.

Infertur porro, quod nec dos data filiæ per sta- 5
tutum exclusæ, ac ex testamento succedenti, conferri debeat, de qua dixi supra quæst. 6. nu. 4.

Similiter neque nepotes, succedentes auo cum e- 6
nunculis aut patruis, hisce dotem aut propter nuptias donationem, datam à patre suo vel matre, quoniam non est profecta ex bonis aui, de cuius agitur successione d. l. vt liberis, C. de collat. & ita tenent communiter DD. in d. l. illam. Co. eod. velut firmat

Vitalis

VitalisNemauſ.de collat.q.24.eámque commdicit Alex.in d.l.illam.

7 Sed an conferant nepotes dotem, vel donationem propter nuptias ſibi datam ab auo, vel auia, cui ſuccedere volunt, quæritur? Reſpondeo: paſſus iſte valde dubius eſt, & vehementer controuerſus inter Bartolum, Bald. atque Angelum, vt taceam reliquos. Baldus in dict. leg. illam, C. de collation. affirmat ſimpliciter, quòd neptis ab auo dotata patruis dotem conferre debeat: cum quo facit gloſſ. & Cyn. in d.l. vt liberis quoniam illa dos nepti computatur in legitimam l. quoniam nouella, C. de inofficioſ. teſt. Angel. ex l. 1. §. ſi ſit & nepotes, ff. de collat. ſic diſtinguit. Si vnus nepos ſuccedit cum patruis, tenetur conferre patruo, idem eſt ſi plures fuerint, niſi quòd etiam inter ſe conferant, ſi verò duo ſunt nepotes ex eodem filio, & vnus tantum poteſt ad collationem vrgeri, tunc tenetur conferre fratri ſuo, & non patruo, Bartol. in d.l. ſi emancipati nu.7. C. de collat. ex iiſdem legibus hoc modo diſtinguit. Aut eſt vnus nepos, vel vna neptis tantum, ex eo filio prædefuncto, & ſine dubio nõ conferunt patruis ſuis, vel nepotibus, ex alio defuncto filio. Si verò ſunt plures nepotes, tunc ſiquidem omnes talis conditionis ſint, quod poſſunt ad collationem conſtringi, vt puta, quia omnes emancipati, tunc conferunt patruis ſuis perinde atque ſi eſſet vnus. Si verò iſti nepotes erunt diuerſæ conditionis, vt puta, vnus in poteſtate, alius non, exemplum erat neptis dotata & nepos, tunc illa, quæ non poteſt cogi ad collationem, non confert patruis ſuis, ſed confert alij fratri ſuo: quia iſta neptis dotata, non facit patruo iniuriam, quoniam ipſa non ſuccedente, ſubeſt nepos, qui tantundem aufert. Cum Bartolus dicit eſſe commun. Vitalis Nemauſ de collation. quæſtio. 23. ac qui cum ipſo ex veteribus faciant, enumerat Alexander in dict. leg. illam. num. 4. addens, quod iſtud videatur tenendum.

8 Quæro, nunquid dotem matris ſuæ, vel donationem propter nuptias patris ſui, patruis vel auunculis nepotes conferre teneantur? Reſpondeo: & in hac quæſtione multum variant Dd. quibuſdam aduentitiam, aliis profectitiam exiſtimantibus. Inter aduentitia habent dotem iſtam atque donationem, Iacob. de Beluiſo & Baldus in dict. leg. illam, quem ſequuntur ibidem Angel. & Decius, Bartolus, in leg. in quartam, ff. ad leg. Falcidiam, & in l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. Ratio, quia nepos non habet illam dotem immediatè ab auo, ſed vel ex ſtipulatione expreſſa, vel tacita dotantis, atque hanc non ſolum veriorem, ſed etiam magis communem teſtatur Alexander. in d. leg. illam, & conſil. 24. volum. 1. qui ait Dd. eam etiam extendere ad alios caſus, vbi non eſt expreſsè vel tacitè ſtipulatus pater, dotem reddi filiæ ſiue hæredibus eius, vt hæredibus matris, vel ex conſuetudine filiæ dos data relinquatur liberis ſeu nepotibus, niſi ſuccedant cum auunculis, quia tum veniunt non ex ſua, ſed matris perſona, quam tamen extenſionem, cum ſua ratione, in dictis locis improbat.

Contrarium vero tenent Caſtrenſ. & Roman. ſecundum Alexand. in d. leg. illam, qui dicunt Bald. opinion. in iure non eſſe fundatam & iſtos ſequitur Molinæus in additione ad. 24. conſil. Alexand. qui refellit communis ſententiæ rationem hanc, quod non imputentur in legitimam, niſi quæ immediatè proueniunt à defuncti bonis, per l. omnimodo, C. de collat. ſuámque opin. probat per d.l. illam, leg. vt liberis, & leg. quoniam nouella, C. de inofficioſ. teſtam. deinde quia abſurdum eſſet, vt nepos melioris ſit conditionis, quàm mater eius, quæ conferre tenetur dotem à patre datam, pugnarétque cum æquitate, & ratione naturali atq; ciuili, vt dotis qualitas mutaretur in perſona nepotis.

Iſtas opiniones vult conciliare Fulgoſius in d.l. illam. dicens, aut nepos habet dotem matris integram, & tunc imputetur ei in legitimam, (atque ſic conferatur) ſiue ſuccedat auo cum aliis nepotibus, ſiue cum auunculis, & hoc propter generalitatem, d.l. quoniam nouellam. Aut dos integra non peruenit ad nepotem, vt quia delicto matris fuit publicata, vel maritus non eſt ſoluendo, vel mater inſtituit nepotem in legitima tantum quia in hoc caſu nepotem à legitima ſibi debita in bonis aui propter maternam dotem, quam non habet, videtur impium, & hoc verius putat Alexander in dict. leg. illam. num. 11. quando nepos habet immediatè ex conſuetudine dotem matris, verum iſtud non videtur mihi reconciliare, ſed potius poſteriorem ſententiam limitare, quam quinque ita limitatam à Fulgoſio puto ſequendam atque in foro ſeruandã: nam quod in matre profectitium fuit, illud ob eius mortem in nepote aduentitium fieri nequit.

9 Quæro, an dos data ab auo nepti, à patre eius ſit fratribus conferenda? Reſpondeo: dos illa aut reuerſa eſt ad patrem, aut adhuc extat apud maritum filiæ, cum moritur auus: priore caſu confert, quia auus propter filium dotem dediſſe intelligitur nepti, leg. dotem, ff. de collation. bonor. ideoque filio in legitimam imputatur, vt eſt dictum, §. legitima, quæſtion. 19. numer. 7. poſteriore caſu non confertur, leg. filium, ff. eodem. quia ad patrem inde nihil rediit atque profectum eſt: ac iſtam opinionem tenet gloſſ. in d. leg. dotem, & dict. leg. filium, quam ſeruant commun. Dd. ibid. præcipuè vero Bartol. qui rationem reddit, quare nec cautionem de conferendo præſtare teneatur pater: quoniam exſpectare illam conditionem, quod filia ante patrem decedat, eſt triſte, l. tale in princ. ff. de condit. & demonſtrat.

10 Quod procedit etiam in dote, quam mater ſuæ filiæ dedit, ad quam dotandam auus aliàs teneretur, non filia, vt tradit Ioann. Campeg. de dote, quæſtione 18. ideoque hæc quod non habet à patre ſuo, nullo quoque modo in medium contribuet. Certa enim & firma hodie regula eſt, quod ſolum data ab eo, cui ſuccedirur, conferãtur, vt dixi paulo antè.

11 Quæro nunquid aduentitiorum fructus conferantur? Reſpond. quod ſic, ita tenet gloſſ. in l. dotem, ff. de collat. Rayner. Caſtrenſ. in l. fin. C. eod. Cyn. & Fulgoſ. in l. ſi emancipati, C. eod. Bartol. in l. pater, ff. de collat. dotis, Bald. in auth. ex teſtamento, C. de collation. quæ opinio obtinet, ſi fructus patre ignorante vel inuito percepti ſunt, ſecus ipſo permittente l. cum oportet, §. ſin autem, C. de bon. quæ liber. quia hęc permiſſio cenſetur ſecundum commu. vt aſſerit Dec. in auth. ex teſta. donatio, ſed ex mente ipſius, potius refutationem exiſtimo.

12 In dote tamen aduentitia aliud eſt, cuius fructus nunquam conferuntur, vt ſupra attigi, quoniam nec olim hæc dos patri acquirebatur l. poſt dotem, ff. ſolut. matrim. ibi. Bartol. per l. cum prætor. ff. de iudic. cum ſimil. & ita communiter ibi ſequuntur Dd. velut teſtatur Bald. Nouell. in tract. de dote. part. 6. priuileg. 33.

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

An donatio ob cauſam conferatur.

2 *Quid in donatione implenda conditionis causa.*
3 *Quid in remuneratoria.*
4 *An donatio simplex ab emancipato contribuatur.*
5 *Num ab illo, qui in potestate est.*
6 *Quid in libris & sumptibus studiorum.*
7 *An emenda à patre pro filio soluta, conferatur.*
8 *Nunquid castrense peculium.*
9 *An arma & equi.*
10 *Quid in legato & relictis vltima voluntate.*

1 NVnc ex altera regula quæro, an donatio ob causam, puto si pater donet filio centum, vt fratrem suum ad honorem promoueat, vel vt ipsi equum tradat suum? Respondeo: quòd non, nam hæc non est verè donatio, l. donare, ff. de regulis iur. sed contractus potius, do vt des, vel vt facias: cum nec donatio reciproca nomen donationis mereatur, vt est commun. opin. secundum Clarum, §. donatio, quæst. 2.

2 Quod idem est in donatione vel dato, conditionis implendæ causa, iuxta comm. sentent. quæ non vult, vt in legitimam imputetur, vt dixit in §. legitima, quæst. 20. Socer meus.

3 Quibus additur donatio remuneratoria, quæ ob eandem causam, quia non est mera donatio, non conferenda venit, neque in legitimam imputatur, vt S. M. dixit in §. legitima, quæst. 22. & hoc vult leg. Aquilius Regulus, ff. de donat. eamque magis communem testatur Socin. consil. 94. num. 13. quod ostendere conatur Dec. respons. 22. volum. 2. numer. 10. quatenus verò excederet merita, simplex donatio esset, atque ideo, iuxta quæst. mox sequentem conferenda, teste Dec. leg. in donatione. num. 16. C. de collation. qui secutus est Alexand. atque alios ibid. Dd. quando autem æquent merita donationem, relinquitur arbitrio iudicis, secundum communem, quam habet Clar. in dict. §. donatio quæstione 3.

4 An donatio simplex facta filio emancipato, conferatur, quæro; constat enim quod in legitimam non computetur, nisi hoc sit expresse dictum cum donaretur? Respond. de hoc magnam esse disputationem, & passum subtilem difficilémque, ait Iason in dict. auth. ex testamento, de quo sunt diuersæ Dd. sententiæ. Quod conferatur, tenent Bartolus & alij omnes antiqui & noui, teste Iasone in dict. auth. ex testamento, in leg. vt liberis, C. de collat. Iason & Dec. in d. auth. ex testamento, communem dicunt, commun. quoque asserit Gœden. conf. 69. num. 9. commun. fatetur Fernand. Vasq. de resol. succes. §. 19. num. 25. comm. testantur addit. ad Dec. d. auth. ex testam. & Ioann. Saison. in consuet. Turonen. ca. 10. tit. 27. magis comm. ait Alex. in dict. auth. ex testam. & hoc eam ob causam, quia illa donatio statim valet, & contemplatione legitimæ data censetur. Ex quo arguunt Bartol. in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. Bald. in l. quoniam nouell. C. de inofficios. testamen. Salicet. & modern. in dict. l. vt liber. teste Iason. in d. auth. ex testamento, quod donata filio in potestate, conferantur, si emancipatus fuerit viuo patre. Item quod etiam peculium, ab emancipante non ademptum, collationi subiaceat, l. donationes, § penult. ff. de donat. ita tenet Bartol. ibid. ac notat Fulgos. Roman. & Salic. in d. l. vt liberis, Alex. in d. auth. ex testa. per l. 1. C. de pecul. eius qui libert. mer. quod tamen Alexander collationi eximit à sua regula.

Similiter, quòd iurata donatio eodem argumento veniat conferenda, facta filio in potestate, quia statim valet, ita tenet Crauet. consil. 102. numer. 4. comm. dicit Vitalis de collation. membr. 2. num. 17. Dec. tamen cum aliis limitat, nisi facta fuerit ab nuper. in d. auth. ex testamento, idem comm. schola vult obseruari in receptis, ob præmium emancipationis, vt tenet Bald. in leg. scimus, C. de inoff. testa. Dec. in d. l. vt liberis, & hoc indubitatum dicit Dec. respons. 22. vol. 2. n. 10.

Contrarium, quod donatio simplex facta filio emancipato, non conferatur, tenet Oldrad. & Azo cum glo. in d. auth. ex testamento, vt testatur Bald. ibi atque inquit Oldr. quod sæpe per se atque alios Paduæ sic fuerit consultum: cum quibus faciunt Nicola de Materel. Iacob. de Aret. in d. l. vt liberis, quos ex aliis refert, Ias. in d. auth. ex testam. istos sequitur Fern. Vasq. in d. §. 19. nu. 24. quæ sententia de iure quoque verior est, per d. l. vt liberis l. illam illud. & seqq. C. de collat. vbi expresse dicitur, & generaliter, quod simplex donatio non conferatur, nisi hoc tempore indulgētiæ fuerit dictum, aut magna insurgeret inde aliàs inæqualitas, extenditque commun. Dd. schola, d. l. fin. C. de collat. sine contradictione, etiam ad emancipatum, illo argumento, quia Imper. aduentitia conferri prohibet, quia nec castrensia conferuntur, quæ patri non acquiruntur, etiam à filio in potestate: & cur melioris conditionis esset filius in potestate, qui donationem simplicem, vt dicemus, non confert, item extraneus, qui sine omni collationis metu habet, quàm filius emancipatus, cui donatio facta est necessitate nulla cogente, sed ex mera patris liberalitate, non secus atque extraneo? Quamobrem filius emancipatus conferet illam suo filio, qui donationem, quæ morte confirmatur, sibi retinet præcipuam? Hanc opinion. concedit Angel. in leg. si emancipati, C. de collat. quoad emancipatos, quibus emancipatus donationem simplicem non confert, ac idem videtur velle ibid. Bartol. qui differentiam emancipationis & in hoc, & in aliis 9. casibus retinet.

Quæro, num donatio simplex, facta filio in potestate, conferatur? Respondeo: de hac quæstione digladiati sunt antiqui glossatores Azo & Ioann. quorum hic affirmauit per textum, leg. si donatione, C. de collation. negatiuam tutatus est ille, per l. à patre & leg. illud, C. eodem. quia vim relicti habet: eam quæstionem ait magnam Hottoman. in consil. 12. Azonis opin. tenet gloss. in l. quæ pater filio, ff. & l. fin. ff. famil. hercisc. eam communem dicit Iason in dict. auth. ex testamento, comm. quoque asserit ibid. Dec. comm. testatur Gœden. consil. 69. num. 7. comm. refert Ioann. Saison in consuetud. Turon. cap. 10. tit. 27. commun. enunciat Vital. Nemaus. de collat. q. 1. num. 6. Veriorem in puncto iuris defendit Cagnol. in d. leg. si emancipati, in iudiciis recipiendam monet Crauet. consil. 617. nu. 7. magis commun. fatetur Alex. in dict. auth. ex testamento. Frequentiorem opin. testatur Ioan. Saport. de coll. c. 5. n. 93. 5

Contrariam tenent, Ioannisque sententiam probant Dd. in l. etiam, §. si debita, ff. de bon. liber. gloss. in d. auth. ex testamento, cum Ioanne facit Martin. teste ibid. Iason Iacob. de Beluis. in d. l. illud Rapha. in d. authen. ex test. quos sequitur ibid. addition. ad Decium, quoniam, vt illi ratiocinantur ratione collationis, hodie nulla est differentia inter suos & emancipatos, & Imper. vult seruari inter liberos æqualitatem, cum igitur filius emancipatus confert donationem simplicem, iniquum est filium in potestate non conferre. Ego verterem si filius in pote-

in potestate non confert, neque emaocipatus confert,& cootra.

Fulgos.tamen Castrens.& Alexand.in d.leg.illud sic reconciliant Dd. opiniones, vt Azonis opinio valeat,si emancipatus habet donationem simplicem,nec eam confert: Martini vero seu Ioannis opinio procedat, si emancipatus suam donationem conferre teoetur, vt etiam suus conferat suam: quia magna aliàs existeret inæqualitas,ob quam collatio nonnunquam cessat,vel fit,quod aliàs fieri non deberet.vt dixi supra per Dd.in d.l. illud,de qua re videndus est Crauett. dict.consil. 617. vbi credit boc indigere Cæsarca decisione.

6 Supra diximus, ea,quæ pater impendit in studia librósque liberalium artium pro filio, quod non conferantur,quia ad educationem pertinent, quæro quid in sumptibus & libris, quos dat pater filio, cursum philosophiæ aut alterius facultatis absoluturo?Respond.Quia nulla necessitate,sed ex liberalitate filio censentur à patre dati,donati existimantur,nec à patre reuocari possunt, secundum Angel. in l.fin.ff.solut. matri. & communeoi, quam habet Ias.ibid.& in l.filiæ licet, C. de collat. communem quoque dicit Vital.Nemaus.de collat.quæst.5.num. 10.commanem fatetur Ioan.Saporr.de collar. cap. 5.nu.88.Limita tamen,vt supra, nisi filius spem patris fefellerit, aut sumptus essent immodici,vel cum fraude facti: atque boc extenditur ad sumptus doctorales. Estque communis opinio, eámque tenet gloss.in leg.aduocati.C.de aduoc.diuers.iudic.Bart. in l.1.§.nec castrense,ff.de clolat.Bald.Angel. Salicet.& Castrens.in leg.omnimodo,§.imputari,C.de inoffic. testam. Ripa in l.in quartam, ff.ad l.Falcid. quamuis ibi Ruin. contrarium sentiat, hanc veriorem & commun.dicit Vasq.d.§.19.num.27. vel quia in rem patria illi sumptus videntur versi, honoréque illo splendeaot etiam reliqui aliquo modo familiares, vel quia castrense subeunt peculium, vel hoc fit fauore studiorum.

7 Quæro,num conferri debeat, quod pater soluit pro filio condemnato?Respond. Quod oon conferatur,tenet Bartol.in leg.Stichus, ff.de pecul.legat. Bald.& Roman. in d.auth. ex testamento, & illam communem dicit Alex.in d.l.in qoartam.Sed contrariam ibidem ait communem Ripa, quæ procedit,si pater spontè soluit pro filio, secus si ex necessitate, vel quia culpam commisit, causámve delicto filij dedit,aut quia pro eo fideiussit, &c. diuersum nonnulli in lytro statuunt, per leg.1. C. de negot.gest.

8 Quæro, an peculium castrense conferatur? Respondeo:extra dobium est, quod non, per textum expressum in d.l.1.§.nec castrense,l.fin.C.de collat. & hoc obtinet, licet à patre filio militi quid sit datum,irreuocabile namque donum est.

9 Quare collationem effugient arma & equi, filio eunti in militiam à patre dati? ita tenet gloss.in leg. quæ pater.ff. famil. hercîscund. Barr.io d. §. nec castrense,Bald. Angel.& Salicet.in dict.§.imputari, & hanc communiter à Dd.seruari in d.l.quę pater,firmat Fernan. Vasquius in dicto §.19.n.37.& dixi in §. legitima,quæstio.29.

Quæro, num relicta in testamento vel codicillis conferantur?Respondeo:quod non,textus est in l.à patre,l.ea demum,C.de collat.gl.& communiter Dd.ibid. quia post mortem acquiritur,& coniecturatam habet patris voluntatem, quod nolit conferri, atque ex hoc fundamento negant communicari à suo filio donationem simplicem.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Quot modis fiat collatio.*
2 *An semper sit necesse, ipsam speciem conferre.*
3 *Quomodo cauendum de conferendis.*
4 *Quid si quis ob inopiam cauere nequeat.*
5 *Quomodo petatur collatio, vt fiat.*
6 *Quid si committatur stipulatio, & quando.*
7 *Res collata quomodo diuidatur.*

QVæro nuoc,postquam dixi, qui conferant, & quæ conferautur,quomodo collatio fiat?Respond. Omnis collatio fit re ipsa vel cautione, textus est in l.1.§.quamuis autem,ff. de collar. & illam teoet Azo in summa,C.de collat. VVesenbec.in paratit.num.6.ff. eodem, neque de boc vlli puto fieri dubium.

Quæro,an semper necesse sit, rem seu speciem 2
ipsam io medium conferre? Respood. variant in bac quæstione Dd. quod res ipsa in specie sit conferenda,si adhuc extat tenent Bald.in l.5 C. ad Macedon.Salicet.l.18.C.famil.hercisc.Alex.in l.in donat.Rim inal.in l.si emancipati,C.de collario. num. 266.Costal.l.20.ff.famil.hercisc.Horat.Luc. in tractat.de priuileg. scholar. priuileg. 30. qui omnes etiam singulare putant contrarium in libris, quos conferre debet filius.

Contrarium seruat Roman.in d. authent. ex testamento,C.de collat.& Decius in l.donatione, C. eodem,num.43.ac, teste eodem, moderni in l.filiæ licet,C.eodem.& hæc videtur verior, vt æstimatio, nisi aliud ab homine, vel lege, seu statuto dispositum sit, offerri possit, quia ille, qui conferre tenetur,habet defuncti quasi iudicium, & dos iuxta cõmunem confertur plurimumminus capiendo,Item alia,dicitúrque fieri collatio re ipsa,per compensationem,delegationem, & diuisionem, vt textus in d.§.quamuis,expressè dicit.

Sed còm noo constet, quid & quantum confe- 3
rendum, quomodo procedendum? Respondeo: Tunc cauendum est de conferendis omnibus, quæ deprehendentur esse data ab eo,cui succeditur,quæque collationi subiiciuntur. & quidem datis fideiussoribus vel pignoribus,textus est in d.leg.1.§.10. 11.ff.de collatio. eámque opinionem frequenti approbant calculo Dd.ibidem, & recentiores de collat.qui scripserunt. Nam & lex quotiescunque iubet cauere, fideiussoriam vel pignoratitiam desiderat cautionem,l.1.ff.qui satisdar.cogant.sicut etiam, quotiescunque prætor in suo edicto mentionem facit cautionis,l.prætoriæ,ff.de prætoriis stipul.Secus, vbi ab homine cautionis verbum proferrur, qoia ibi pro nuda cautione accipiendum est, nisi aliud colligi possit, vel plenam dixerit cautionem, l.sancimus,C.de verbor. signific.leg. si mandato,§. Paulus,ff.mandati.

Quidsi quis ob inopiam non cauere possit?Resp. 4
Tunc pro ea parte, qua non cauere potest,datur bonis curator,donec caueat,textus est in d.l.1.§.si cum duobus conferre, ff.de collat.& eam sequuntur Dd. communiter. Quod si vero quis cauere nolit, aut conferre recuset etiam pro parte, omnibus bonis curator datur, vel in totum actiones hæreditariæ denegantur.

Quæro, collatio vt fiat, quomodo petatur? Re- 5
spood.officio iudicis implorato, vel actionum hæreditariarum denegatione, atque ita tenent omnes Dd.in d.l.soror,ff.de coll.velut testatur Vitalis Nemaus.in tractat.de collat.nu. 25. cap.2. tutior tamen est prior via, quia actiones diutius denegari nõ pos-

sunt, quàm quoad ille, qui non vult conferre, consilium mutauerit, l.1.§.10.l.8.ff.de collat. quod mutare autem ipsi licebit perpetuum, secundum Ias.& Dec. quos sequuntur alij in leg. posthumo, C. de collat.

Quid si cauerit, neque cautioni steterit? Respon.
6 Tunc stipulatio non antè committitur, quàm interpellatus fuerit,& quidem post aliquod inde spatium, quo conferre potuit, quo elapso, damnatur in tantam pecuniam, quanti ea res erit, leg. si quis, §. fin.ff.de collat. Azo in summa, C.eod. nu.14. VVesenbecius in paratit. ff. eodem, Vital. Nemauf. de collat. memb. 2. num.24. quos sequuntur recentiores, de collat.

Quæro, res collata quomodo diuidatur? Resp. æqualiter, ita vt conferentis persona faciat quoque partem, l.1.§.vlt.& penult.ff.de collat. ita tenet Azo & Accurs.ibid.sine omni contradictione. 7



ARTICVLVS

Officium hæredis.

Articulo præcedenti dixi de transmissione,& inde dependentibus, vt de inuentario & collatione: restat, vt secundùm propositum ordinem quoque aliquid dicam de hæredis officio, materia quamuis non adeò trita, attamen in hoc opere necessaria, ac in foro frequenti.

QVÆSTIO I.

SVMMARIVM.

Quid officium hæredis.

ET pro more nostro & præsentem inchoemus articulum, quæro, quid sit officium hæredis? Resp. Officium hæredis est nihil aliud, quàm efficere, quod quis hæres iussus est, arg Nouell.1. in princ. vnde & nomen accepit, quemadmodum & officium consulis. Consistit igitur in nudo facto, nollo iure, velut transmissio. Ex istis, quæ hæres efficere debet, quædam expressè mandantur à defuncto, codicillis, testamento, vel quouis vltimo iudicio, vt est tutelæ monus, legatorum præstatio, fideicommissorum restitutio, rerum hæreditariarum nō alienatio: quædam verò plurimum iussa præsumuntur, vt sepultura, & necis defuncti vindicatio, de quibus singulis aliquid dicemus.

QVÆSTIO II.

SVMMARIVM.

Quare voluntas testatoris sit implenda.

QVæro præterea, ob quam causam voluntas defuncti est implenda? Respond. Primò, ideò prætor voluntates defunctorum tuetur, l.1. ff. si quis omis.caus. quia publicè expedit, suprema hominum iudicia exitum habere, l. vel negare, ff.test. quemadm.aper. glo. & Dd. communiter ibid. Deinde, quia nihil est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis (postquam iam aliud velle non possunt) liber sit stylus,& licitum, quod iterum non redit, arbitrium, l.1.C. de sacros. eccles.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *Quid, si quid iussus fuerit, quod contra leges est, an hæres facere teneatur.*
2 *Quid, si mandatum contra statutum fuerit.*

1 QVæro, quid si hæres iussus fuerit efficere, quod contra leges est? Respond. illud facere non tenetur, textus est in princip. Nonell.1. nec quisquam disponere potest in suo testamento, ne leges locum habeant, l. nemo potest, ff. de legat.1. vt supra dictum est §.testamentum, quæst.62.

2 Sed si contra statutum hæredi quid mandatum est, puta, vt forensi cedat actionē, quod statuto prohibetur? Respond. Nec ad hoc cogi potest, si tamen fecit, in pœnam non incidit, tanta enim vis est vltimæ voluntatis: & istam communem dicit opinio. Iason in leg. iustè possidet, ff. de acquirend. vel amitt. possessio.

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

1 *Quam pœnam patiatur, qui non fecit voluntatem defuncti.*
2 *Nunquid prælegatum quoque perdat.*
3 *An legitimam.*
4 *Num donationem mortis causa.*
5 *An hæres repudiando hæreditatem non implens voluntatem, admittatur ad fideicommissum.*

QVæro, quam pœnam patitur hæres, si non impleuit voluntatem defuncti? Respond. gloss. Iacob. Butr. & Fulgos. in leg. non oportet, C. de his quib. vt indign. volunt, quod hæres priuetur hæreditate, quando voluntas defuncti concernit pecuniarium commodum alterius, in aliis casibus non priuetur. Castrens. etiam extendit ad vtilitatem animæ testatoris, eámque communem testatur Mandell. consil. 48. nu.6. 1

Contrarium, quod semper priuetur hæreditate hæres, si non implet volontatem defuncti, tenet altera gloss. in d. leg. non oportet, eámque sequuntur Cyn. Bart. Angel. Alex.& Ias. qui modò nominatam glossam communiter dicit approbatam, quæ quoque firmissimè firmatur per authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. cap. licet, de voto. Et hæc non solum communior illa est, verùm etiam verior: nā ista nulla confirmatur lege, nec tot fulcitur Dd. authoritate, vt communis dici possit.

Quod si tamen testator non implenti voluntatem suam imposuisset aliam, quam priuationis pœnam, tunc

tunc illam tantum sustineret hæres, l. 1. §. cum simili, ff. de penu. legat. l. si fundum, §. Stichum, ff. de legat. 1. Bald. & Ias. in d. authent. hoc amplius, Ioann. Durand. de arte testandi, titul. de legat. cautel. 41. ac si tempus, intra quod hæres efficeret iussum defuncti, adiectum esset, eius initium computandum est ab adita hæreditate, non morte testatoris, Roman. consil. 409.

Quæro, an prælegatum quoque perdat? Respondeo: Bald. in d. authent. hoc amplius, tenet, quòd hæres non implens voluntatem defuncti, prælegatum non amittat, neque substitutionem pupillarem ei nondum delatam. Dyn. tamen, Cuman. Bald. sibi ipsi contrarius, & moderni in l. qui in filiabus, §. final. ff. de legat. 2. tenent contrarium. Et hanc opinionem communiorem ait Iaso. in d. auth. hoc amplius.

3 Quæro, an perdat legitimam? Respon. Hanc quæstionem ex parte resoluit socer meus in §. legitima, quæst. 46. vbi ex communi demonstrauit, filium legitimam non amittere, etiamsi legata ad pias causas non soluerit, & hoc minus habet dubij, propter expressa & generalia dict. authent. hoc amplius, verba, in legatis & fideicommissis non præstitis, atque aliis, quæ meram negligentiam continent. Sed aliud in istis, quæ indignitatem insuper habent, & offensam defuncti, nempe si impugnat eius testamentum, vt falsum, statuunt Doctores in l. Polla, C. de his quibus vt indig. ac præcipuè Alexander & Iason qui hanc rationem addunt, cur filius non conficiés inuentarium, non amittat legitimam, attamen perdat, cum testamentum dicat falsum, quia maius delictum est in faciendo, quàm omittendo, vt not. in l. mota, cum simil. ff. solut. matrim.

4 Quæro, an donationem mortis causa quoque amittat hæres, si non implet voluntatem defuncti? Respondeo: Quòd non, quia donatio hæc non requirit aditionem, vt dictum est in §. donatio mortis causa, quæst. 15. nec exspectat confirmationem ex testamento: secus si testamento relicta esset, quia tunc transiret in legatum, & hæc communiter procedunt in illo, qui accusat testamentum de falso, vt dictum in §. donatio mortis causa, quæst. 2. nu. 6. & 7. fortiùs igitur procedent in non præstante legata, aut aliud omittente facere.

5 Quæro, an hæres non implens voluntatem defuncti, repudiando hæreditatem admittatur ad fideicommissum? Respondeo: Ille aut maosit solus institutus, aut habet cohæredem adeuntem: priore casu non potest habere fideicommissum, quia destituit supremas defuncti preces, l. si patroni, §. quidergo. ff. ad Trebel. posteriore casu potest habere, quia non deseritur supremum defuncti iudicium, textus est in l. filio pater, ff. de legat. 1. & l. ita tamen, §. qui suspectam, ff. eodem, l. cum responso, C. de legat. vbi Dd. idem tenent, & Ruin. consil. 120, lib. 2.

6 Sed nunquid etiam substitutio perdatur, quæ fideicommisso non absimilis est, quæritur? Respondeo: Idem omnino dicendum puto, si eadem ratio fuerit, nec voluntas testatoris destituitur: qui enim substituit, non tantum in eum casum substituisse censendus est, si moritur, sed etiam si nolit esse hæres, l. hæredes, ff. de vulgar. & pupillar. substitut. Aliud est in eo, qui impugnat testamentum, siue institutionem: nam is priuatur commodo substitutionis, siue vincat, vel succumbat: quoniam substitutio sine institutione nulla est, argum. d. leg. hæredes, & pro ista opinione textus est in leg. is qui con[tr]a, ff. de vulgar. & pupillar. vbi gloss. quam ibi sequuntur omnes vnanimiter, excepto Rapha. vt testatur Alexander in leg. alia, C. de his quibus vt indign.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Cui applicetur, quod hæredi non implenti voluntatem defuncti, adimitur.*
2 *An etiam exhæredatus sit capax ita ademptorum.*
3 *Quid si incapaci auferatur hæreditas vel legatum, an ad dictos successores etiam transeat.*
4 *Si quis dicat, voluntatem defuncti non esse ab hærede impletam, an probare opus habeat.*
5 *Et quomodo illam negatiuam probet.*

QVæro præterea, cui applicatur, quod hæredi vel legatario non impleti voluntatem defuncti, adimitur? Respondeo: Hinc bipartito ordine mihi abeundum & distinguendum est, sic: Hæreditas vel relictum aufertur vt indigno, aut vt negligenti: priore casu in quæst. 23. reseruato; de posteriori nunc dico, quòd si hæreditas vel legatum adimitur negligenti, vel recusanti facere voluntatem defuncti, vadat ad illos, qui recensentur, in cap. 1. Nouell. 1. attamen cum hoc onere, vt capiens commodum, quo inobediens priuatur, caueat de voluntate implenda, vt est text. clarissimus, & ab omnibus approbatissimus, in dict. authent. hoc amplius, C. de fideicommis. 1

Quod tamen non procedit, si causa, propter quã quis priuatur, respiciat commoditatem tertiæ personæ, nam tunc illi applicatur, vt declarat in d. ca. 1. Bartol. per l. post legatum, ff. de his quib. vt indign. l. penult. C. de legat. l. Nesennius, & seq. ff. de excusat. tutor. l. cum filiusfamilias, ff. de legat. 2. est & alius text. in l. 2. §. fin. ff. de collat. Quam limitationem Iason concedit veram, si priuatio fiat ex dispositione legis vel statuti, quod si vero ex dispositione testatoris priuatio fieret, tunc admittentur venientes ab intestato, vel alij hæredes: suamque hanc sublimitationem probat ex not. Bartoli ad l. vxorem, §. hæres cum gloss. ff. legat. 3. Item per Baldum in l. 1. C. de his quæ pœn. nomine. Petr. & Imol. in cap. si hæredes, de testibus. Alexand. consil. 30. volum. 2 per Bartol. Angel. Imol. atque Dd. in l. paterfamilias, ff. de hæred. institut. Sed Bartoli regula, quam habet in dicta l. post legatum, §. amittere, rectè intellecta, veritati mihi accommodatior videtur, per dictam authentic. hoc amplius, vbi etiam ex dispositione legis hæreditas venit ad legitimos successores, vel ab intestato succedentes. Dicta regula autem Bartoli sic intelligatur, vt scilicet applicetur personæ, cuius gratia prohibitio facta est, si illa succedit in rem vniuersam, aliàs applicabitur cohæredi, vel venienti ab intestato: & hæc omnia latiùs explicata sunt in §. ius accrescendi.

Quæro, an exhæredatus quoque admittatur vt legitimus, in defectum non implentis voluntatem defuncti? Resp. Quod nondum admittatur vt extraneus hæres, nedum vt legitimus: nam d. cap. 1. Nouell. vult seruari iudicium defuncti supremum, quo pacto igitur hæreditatem capiet, quem testator omnino exclusit? Et istam opinionem contra gloss. quæ exhæredatum cum extraneis non arcet à successione, tenent communiter Dd. omnes, vt testatur Bart. in d. auth. hoc amplius, vbi eam communem dicit Ias. n. 9.

Quæro, si incapaci, puto, deportato aut alij, hæ-

4 Quæro insuper, an præterlapso à monitione anno, tunc ipso iure priuetur hæreditate, si non impleuerit voluntatem? Respō. Quod sit ipso iure priuatus hæreditate, ita vt nulla sit necesse sententia iudicis priuatoria, tenet gloss. in d.c.1. Nouell.1.§. si quis autem non implens, quam sequuntur Bald. Salicet. Fulgos. & Ias. in d.auth. hoc amplius. A quibus dissentit Castrens. quem refellit Ias. ex communi regula: Quando lex loquitur verbo præsentis vel præteriti temporis, intelligitur ipso iure, glo. in l. in criminali, cum simil. C. de iurisdict. omnium iudic. At verbum, excluditur, inquit porrò Ias. est præsentis temporis. Ergò. Regulam istam per multa & cōtra multos probat atque approbat communem Tiraquell. in l. si vnquam, C. de reuocand. donatio. verb. reuertatur, num.17. & seqq.

QVAESTIO VII.

SVMMARIA.

1 *An ex minus solenni testamento sit voluntas defuncti implenda.*
2 *Num recusans suscipere tutelam, priuetur relictis.*
3 *Quid si à matre datus esset tutor in testamento.*
4 *Quid si à iudice datus sese excusaret.*
5 *Quid si testamentarius tutor acceperit legatum, an possit se excusare.*
6 *Num excusans se à testamentaria tutela, repellatur à substitutione pupillari.*
7 *An legitimi tutores, si se excusent, priuentur hæreditate.*
8 *Quid in matre non suscipiente tutelam, vel non petente tutorem.*
9 *At si pupillus mortuus fuerit intra annum.*
10 *Quid si obierit post pupillarem ætatem.*
11 *Num intra primum annum sequens in gradu tutorem petere possit.*
12 *Nunquid debeat hoc facere.*
13 *An alius detur à non petendi tutorem ei, qui se quitur in gradu.*
14 *An mater teneatur petere tutorem, existente substituto, vel legitimo tutore.* 15.
16 *Num non petens tutorem amittat quoque legatum à patre pupilli.*

1 INter facta, quæ hæres effecta dabit, & in quibus nulla indignitas & offensa aduersus defunctum, sed sola negligentia est, præcipua sunt tutelæ susceptio, legatorū præstatio, fideicōmissorū restitutio, & bonorum nō alienatio: de quibus in genere quæro, an ex minus solenni testamento illa sint præstanda? Respond. quod regulariter non præstentur, nam non iure factum est testamentum, in quo solennia iuris desunt, quod non iure factum, iniustum est, quod iniustum, iuris non habet efficaciam: & de ista responsione est textus, in l. si veritas, C. de fideicommiss. quem seruant gloss. & ibid. DD. frequenter, ac istam communem dicit Iason in l. quæstionem, C. eod. si tamen hæres agnouerit illam voluntatem, aut soluerit atque præstiterit quædam etiam errore iuris, vel promiserit, præcipuè sub iuramento, voluntatem defuncti integrè implebit, l. non dubium, C. de testam. & d.l. si veritas, vbi Bart. Alex. Iason & alij DD. idem tenent, quia ex minus solenni testamento oritur obligatio naturalis, secūdum magis communē, vt testatur Alex. in d. l. nō dubiū. & Ias. in d.l. si veritas. Cōtra hāc com. tamē tenet cū Coua. Fer. Vasq. de succe. crea. §.2.n.17. sed commun. valet, etiamsi hæres nihil præstiterit vel promiserit, si testator noluit solenniter testari, sed solummodo fidei hæredis credere, nam istis duobus concurrentibus, cogitur hæres iurare, an testator reliquerit, & si noluerit iurare, habetur pro cōdemnato & cogitur soluere, nec tum potest opponere, quòd voluntas testatoris non fuerit solennis, gloss. in §. fina. instit. de fideicom. & hanc teneri cōmuniter à DD. in l. quæstionem, C. eod. dictum est in §. testamentum, quæst.18.

Quæro nunc, an ille qui datus est à defuncto tutor, atque ab eo relictum vult sibi præstari, cogatur suscipere tutelam? Respondeo, quod sic: nam qui vult habere quibus est honoratus, faciat & quibus est oneratus, & de isto est textus in l. Nesennius, ff. de excusati. tutorum, iuncta gloss. magistral. atque Viuiani Budæus ait in §. sed emancipato. Insti. de tutel. nec hoc habet dubium: nam qui vult sentire cōmodum, sentiat & incommodum. l. secundum naturam, ff. de reg. iur. atque ita tenent indistinctè Iacob. de Beluis. Bartolus, Bald. & Castrens. in l. si legatarius, C. de legatis, vbi tamen Alexand. hanc limitat, scilicet si monitus est à iudice, vel aliàs relicturus esset testator legatum, secundum Imol. in l.1. de legat.2. & Speculator. & Ioan. Andre. in tit. de instrum. edit. §. nunc verò, ver. quæritur autem qualiter, & Angel. consi.153. 2

Quid si à matre pupillo datus esset tutor, & illi aliquid sit ab ea relictum, an quia mater non habet hoc ius, vt filio possit dare in suo testamento tutorem, illo relicto priuetur is qui tutelam suscipere recusat? Resp. quòd sic, ita loquitur textus, in dict. l. Nesennius, §. fin. ratióque (in d. l. secundum naturā) generalis etiam huic speciei conuenit. Adde quod iste tutor magis testamentario, quàm datiuo comparetur: quia nec satisdatio ab eo exigitur, quod fieri solet in datiuo, l. qui à patre, ff. de confirmand. tutor §. sed hoc non est, & antecedenti, Institut. de satisdatio. tutor. & necessario confirmandus est, ita enim ab omnibus proditum est, vt testatur Budæus in d. §. emancipato. Necessario autem confirmare, non est dare. 3

Quæro, an datiuus tutor quoque amittat legatū, vel aliud sibi relictum, si sese excusauerit? Respondeo, quod non: quia non negligit defuncti voluntatem, sed iudicis: atque ita tenet Bartolus, in l. Post legatum, §. amittere, ff. de his quæ vt indig. aufer. 4

Quid si testamentarius tutor accepit legatum vel relictum, an possit sese nihilominus excusare? Respond. quòd non, secundum Barto. in d. §. amittere, quia approbauit voluntatem defuncti, & cum eo quasi contraxit: nisi tamē ignorasset se tutorem, vel curatorem esse datum, l. fina. vbi gloss. ff. de confirmand. tutor. Castrensis & Alex. in l.1. ff. de legat.2. nam tunc potest restituere legatum. 5

Quæro: an qui se excusat à testamentaria tutela, repellatur à substitutione pupillari? Respond. quod legatum amittat in eodem testamento datum, in quo pupillariter substitutus, certum est, ídque glos. cum Doctorib. in l. amicissimos, ff. de excusationib. tutor. apertè dicit, atque ob eam rationem, quia legatum propterea datum præsumitur, sed an idem in substitutione obtineat à nonnullis dubitatur, Bar. verò in d. §. amittere, per d. l. amicissimos, & glossam ibid. negat; quia substitutio competit, vbi tutela desinit, quare non intelligitur fieri contemplatione tutelæ. Quamuis hæc Bartoli ratio & opinio communiter sit recepta generaliter, tamen vera mihi solum videtur in casu d. l. amicissimos, quando alicui & legatum est, & pupillo idem legatarius 6

substitutus eodem testamento: secus putarem, si simpliciter substitutus esset. Nam etiamsi duæ sint hæreditates, patris & pupilli, vnum tamen testamentum est, l.2.ff.de vulgar.& pupill.in fin.ac l.qui plures liberos, in fin.ff.eodem.

7 Manifestum est ex l.a.§.5.ff.de excusat. tutur. l.5. C.eodem.l.9.C.qui tutor.dare poss.Nouell.118.c.5. & l.1.C.de legitima tutel. quòd etiam legitimi tutores sese excusare possint, quæro itaque si hoc faciant, an priuentur successione? Respond.communis est, quòd non: quia hi non negligunt defuncti voluntatem, sed legis sanctionem. Contrarium tamen mihi de iure verius videtur ex dict. l. secũdum naturam, quia vbi commodum, ibi onus esse debet, ac l.legitimæ tutelæ, ff. de legitimis tutor. sic dicitur: hoc cautum est summa prudentia, vt qui sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur: quod tamen intellige, si masculi fuerint: nã fœminæ à publicis officiis, quale etiam est tutelæ munus, l.6.l.15 ff.de tutel.remotæ sunt, l. fœminæ, ff.de reg.iur. & hoc videtur velle glo. magistral.Bartol.Salicet. & alij in l. sciant cuncti, C.de legitim.hæredib. vbi dicitur, quod omnes qui non petierint tutorem pupillo, & vocentur ad eius successionem, priuentur hæreditate.

8 Hinc illud est, vt si mater, cui tutelam suscipere filij vel nepotis concessum est, si renunciauerit secundis nuptiis, & S.C.Velleiano, intra annum, si ipsa nolit gerere tutelam, filio suo impuberi non petierit tutorem, ab eius successione repellatur, textus de hoc est in §.fi.Instit.ad Tertul.l.2.§. si mater, ff. eod.l.matres, C.eod.l.nepot. C.qui pet.tut.& ita tenet Bar.d.l.2.§.confestim.ff.eod.Bald.in l. precibus nu.22.C.de impub.& aliis substit.Petr.de Anc.consil.250.Paris.consil.84.volum.2.qui consil.41.num. 56.volum.eod. dicit hanc seruari ab omnibus in l. sciant cuncti, C. de legit. hæred. communem quoque probauit socer meus, in §. successio ab intestato, quæst.27.

9 Sed quid si pupillus mortuus fuerit intra illum annum? Respond.tunc non priuatur eius successione. Tempus enim à lege datum, nullam continet pœnam: istámque opinionem tenet Bald. in dict.l. matres, C.ad Tertul.consil.83.volumin.5.Castrens. consil.29.volum.2.Angel.cons.166. Rum. consil. 8. vol.3.& istam dicit commun.Alex in l.si decesserit, ff.qui satisdar.cogantur, eámque consuetudine seruari ait Bald. consil.140.volum.1. humaniorem & tenendam esse monet Corne.in d.l.sciant.qui idem alteram, quæ vult, vt intra 50.dies petere debeat tutorem, fatetur veriorem, vt tenet Bartol.in d.§. cõfestim.Bart.& Richard.Malum.in d.l.sciant, Castr. consil.322.volum.2.quod tamen Bartol.de matre & auia solum intelligit, in l.2.nu.12. ff. qui petant. tut. vel curat.

10 Quid si non petitus fuerit tutor, & filius non impubes, sed pubes mortuus fuerit? Respon.quod neque priuetur hæreditate, textus est in d. l.sciens, vbi gloss. & communiter DD. rationem hanc addunt l.matres, C.ad Tertul.quia punitur quis in id, in quo deliquit.

11 Quæro, an annus datus ad petendum tutorem, primo in gradu etiam subsequentes excludat, quo minus possint petere tutorẽ? Respon.de hac quæst. nulla est inter DD.controuersia, vt test.Mant. cõsil.262. & communiter omnes concludunt, quod primo negligente facultas petendi sequenti detur, vt firmat Gabriel libro sexto de tabell.conclusione 1.numero 8.

Quæro, num sequentes in gradu ad hoc teneantur, 12
vt si non petierint primo hærede negligente per annum, ipsis hoc noceat? Respond. quod non noceat, tenet gloss.in l. Nepotibus, C.qui petant tutor. quã ibi approbant Bart.Bald.Salic.& alij Bald. in dict. l. precibus. Bald. Angel. & Castrens. in dicta leg. sciant, eamque Capra comm. asserit opin.cons.13.

Contrarium nonnulli statuunt in auia & auo materno, qui matrem habet in potestate, ex quibus est Bartol. in l.2. num.15.ff.qui petant tutor.Petr.Anch. consi.104.Castrens.d.l.sciant. Ang.in l.matris, Co. eod.Corn.consil.143.volum.4.& eod.consi.67.Ioã. de Ana.consil.101. & eorum ratio est, quia auia ex necessitate, sine omni respectu, an habeat pupillus matrem, iubetur ei petere tutorem, Bart.d.nu.15.& quia auus matrem habet in potestate, ex qua ipsi successio acquiritur. Sed verior est prior opinio, propter iura allegata, & l.sciant cuncti.

Sed quæritur, an alius annus sequenti detur, vt ex- 13
cludatur ab hæreditate pupilli, postquam primus successor priuatus est hæreditate? Respond. hoc vult Bartol.Bald. in d.l.nepotib. sed contra Bart.dicit esse communem opin.Parisius consi.84.num.29. vol.2.magis communem testatur Gab. lib. 6. conclus.1. titul. de tut. sed vtut sit verior tamen est & æquior opinio Bartoli. nam d.l. nepotibus, non adstringit, & l. sciant, omnibus, qui vocantur ad successionem cõcedit annum, nondum autem sunt vocati sequentes in gradu secundo, nisi primi sint exclusi vel mortui.

Ex quo etiam deciditur quæstio, quam Bart. latè 14
disputat in l.si minores, nu.8.& aliquot sequentib. ff.qui petant tutor.quod substituto existente in medio, mater non teneatur petere tutorem: nam non vocatur ad successionem, nisi substitutus repudiauerit hæreditatem, vel mortuus aut ab ea exclusus sit. Nam licet mater præferatur, in his quæ ad educationem pertinent hæredi, tamen hæres præfertur matri in illis, quæ tutelam concernunt, vt argumẽtatur in d.l.si minores, Bart. quem sequuntur Bald. consi.317.vol.5.Corn.in d.l.sciant, Angel. in consi. 118.Petr.de Anch.consi.250.

Quid si pupillus habuerit legitimum tutorem? 15
Resp. quod nihilominus teneatur petere tutorem, tenet Alber.Bart.Bald.Salic.in d.l.matres. Fulg.cõs. 52.Alex.cons.185.volum.6. Maria. Inn.consi.16.vol. 2.hanc Bart.opin.dicit veriorem Guid.Papæ consil. 179.quia mater quemuis antecedit legitimum tutorem, oportet ergo vt suscipiat tutelam, aut renunciet coram iudice, aut petat dari tutorem per d. l. si minores.

Quæro, an non petens pupillo tutorem, amittat 16
quoque legatum vel fideicommissum à patre pupilli relictum? Resp.quod non: ita tenet gl.& Bald. in d.l.sciant.Alber.Bald. Castren.& Salic.in l.omnem, C. ad Tertul.& ab hac non esse recedendũ in pract. monet Corn.in d.l.sciant.

QVÆSTIO VIII.

SVMMARIA.

1 *An hæres teneatur præstare legata, & si non fecerit, an priuetur hæreditate.*
2 *Quid si omnium rerum vsusfructus esset apud alium, & sola proprietas apud hæredem.*
3 *Quid si hæreditatem alij deberet restituere.*
4 *Si plures fuerint hæredes quomodo soluant legata.*
5 *Quid si legatum fuerit indiuiduum.*

6 Vbi

6 *Vbi præstabit legata.*

1 QVæro, an hoc quoque sit de officio hæredis, vt præstet legata? Respond. quod sic, nam si non fecerit monitus à iudice intra annum, priuatur hæreditate, de hoc text. est in d. auth. hoc amplius, C. de fideicommis. & ita seruant ibi DD. communiter, velut testatur Crau. cons. 193. n. 4. eamque commu. affirmat Menoch. de arbitra. iudic. libr. 2. centur. 4. casu 498. n. 58.

2 Sed quid si hæres nihil habeat præter nudam rerum proprietatem, alios vero vsumfructum omniũ bonorum? Respondit ad hanc quæst. etiam S. M. §. legatum, q. 36. mecumque concludit Guilhel. Benedict. ad c. Raynutius, part. 3. 10 q. de thesauraria, n. 6. de testam. ad verb. cætera bona, quod verior & cõmunis sententia sit contra Bar. communique calculo recipitur, teste Petr. Peckio de test. coniugum c. 9. nu. 6. vt æs alienum soluatur, tam de proprietate, quàm de vsufructu, hoc modo, quia hæres seu proprietarius, antequam bona tradat fructuario, detrahat æs alienũ, soluẽdo de pecunia hæreditaria, si aliqua reperiatur: si vero in bonis illis non sit pecunia, vendantur mobilia, quibus deficientib. immobilia, & hoc idem in legatis manifestè vult Didac. Couar. var. resol. lib. 2. c. 2. nu. 7. est enim, iuxta definitionẽ Triboniani, Insti. de legat. §. 1. legatũ donatio quædã, à defuncto relicta, ab hærede præstãda, que verba vulgus interpretum iniquè expungit quia etiam à legatario præstentur sæpius legata, qui tamen largo modo potest dici hæres in eo, quod legatur, l. id tempus, ff. de vsucap. l. si rem legatam, ff. de except.

3 Sed quæro, si alteri hæreditatem rogatus est restituere, an eodem modo prius soluet legata? Respondeo: si purum est fideicommissum, hæres non præstat legata, l. fin. &. l. 2. ff. ad S.C. Trebellian. l. 2. C. eod. secus si in diem est, vel conditionale, secũdũ Bar. & alios in l. Marcellus. ff. ad Treb. Aretin. l. 2. §. final. ff. de vulga. & pupill. Alex. cons. 139. vol. 1. eamque commun. dicit idem consil. 53. vol. eod. quod tamẽ intellige, nisi nominatim ab hærede iussa sunt præstari, commun. asserit Iason. in d. l. Marcellus, numer. 11.

4 Quæro si plures fuerint hæredes quomodo soluant legata? Respond. non est dubium, si testator pluribus hæredibus institutis dixerit, Titius centũ Mæuio, Seius ducenta Caio legatorum nomine soluet: quin hi solum iuxta testatoris dispositionem debeant præstare legata, si vero plures sunt vocati nomine appellatiuo, vt hæredes mei quadringenta soluant illis & illis, tunc quilibet pro parte hæreditaria contribuet, text. est in l. si pluribus, & l. legatorum, ff. de legat. 2. vbi gloss. Bartol. Alber. Bald. Castrens. Imol. Cuma. & communiter DD. vt testatur Gomez. tomo. 1. cap. 12. num. 7. Sed si nominibus propriis aliqui vel omnes nominati sunt, vt Titius & Seius mei hæredes, Sempronio centum dent: tũc tenentur soluere pro viribus & ęqualibus portionibus, tex. est in l. si hæredes, l. turpia legata. ff. de legat. 1. l. quoties, l. nonnunquã, ff. ad S.C. Trebell. vbi idẽ tenent gloss. & cõmuniter DD. Ideoque portio deficiens accrescit cum onere, l. si duobus, ff. de legat. 1. eamque ibi magis communem testatur Alex. Sin autem disiunctim sic grauentur, Titius aut Seius Mæuio cẽtum dẽt: vnusquisque in solidũ tenetur, legatariusq; à quocunq; libuerit, exigere potest: ac soluente Titio, Seius liberatur: si portio Titij fuerit sufficiens, text. est in l. si ex toto, §. 1. ff. de legat. 1. vbi gl. Bar. Alex. atq; alij communiter DD. quemadmodũ testatur Gomez. variar. resolut. tom. 1. c. 12. num. 7.

5 Idem etiam est, vt in solidũ vnusquisque hæredũ teneatur, si legatũ est indiuiduum, puta factum aut aliud, text. est in l. si is qui quadringenta, §. 1. ff. ad l. Falcid. l. in executione, §. secunda. ff. de obligat. verb. vbi glos. & communis Doctorum schola idem docent.

6 Vbi pręstabit legatum? Respond. textus est de hac quęstione clarus in l. cum res, ff. de legat. 1. vnde glos. & DD. regulam educunt, quod legatum sit præstãdum, vbi est, nisi loco nimirum longinquo abesset, vt tenet Bartol. & omnes in l. cum seruus, ff. eod. tũ præstabitur in loco, vbi petitur, quemadmodum testatur Ias. in d. l. cum res. Similiter & si non dolo malo hæredis in viciniorem vel alium translatum esset locum, vel non certa species esset relicta, secus præstabitur secundum gloss. in loco, vbi fuit mortis testatoris tempore.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An non propriâ authoritate possit legatarius legatum apprehendere.*
2 *Quid si testator hoc ei permiserit.*
3 *Sed si sine permissu propria authoritate occupauerit.*

1 COnstat dominium legati statim à morte testatoris, transire in legatarium fictè, ad hoc vt transmittat in hæredem, post aditionem verò verè, ita vt possit vindicare, secundum DD. in rubr. ff. & C. quando dies legati cedat, & commun. quam habet Alex. in l. 89. §. cũ seruus, ff. de legat. 1. n. 4. Quæro itaq; an nõ possit propria authoritate quoq; possessionem eius occupare? Respondeo: Communis est sententia, quod non, nam nemo suus iudex esse potest, neque legati definitio hoc permittit, quæ vult, vt ab hærede præstetur legatum, textus est de illa quæstione in l. non est dubium, C. de legat. & ibi DD. communiter, teste Gomez. variar. resolut. tom. 1. c. 12. nu. 10. communem dicit Ioan. Dilect. Durãd. in tractat de arte testand. tit. de legat. c. 12. communem item asserit Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. quæst. 9.

2 Sed quid si testator dedisset ei potestatem occupandi propria authoritate legatum? Respond. Quidam ex recentioribus per l. 55. & l. 170. ff. de reg. iur. volunt, quod testator illam potestatem legatario non possit dare, vt non à hærede capiat legatum, sed contrarium tenent DD. in l. 35. §. 1. ff. de legat. 2. idque argumento hoc: quia per contractũ potest dari talis licentia, l. creditores, C. de pignor. l. ex stipulatione. ff. de acquirend. possess. Eamque communem dicit Fernand. Vasq. de success. procreat. §. 9. num. 26. & ante eum commun. testatus est Ripa in l. nemo potest, ff. de legat. 1.

3 Quid si legatarius sine permissũ testatoris hoc fecerit, quam pœnam patitur? Resp. Si ante aditam hæreditatem legatum apprehenderit legatarius, hæres potest illud auocare per interdictum, quorum legatorum. Sin post aditionem hæreditatis, tunc perdit illud, iuxta l. non dubium. C. de legat. & ibi Dd. omnes, vt testatur Roland. à Valle, consi. 78. nu. 20. vol. 3. nisi legatarius fuisset executor datus testamenti, nam qui aliis potest soluere, & sibi poterit, sicuti in d. l. non dubium, asseruit Bald. & Castrens. Sed de hac quæstione dixi infra.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *An integra legata præstabit hæres.*
2 *Num fructus etiam restituet.*
3 *An legatum sub modo relictum statim soluet.*
4 *Quid in legato hereditatis.*
5 *Num soluet rem legatam, quæ hominum commercio exempta est.*
6 *Sed quid in illo, cuius solum non habet vsum & commercium legatarius.*
7 *An feudum vel emphyteusin restituet.*

1 QVæro ad dicta superius, num hæres integra legata restituet, nihilque de hæreditate sibi relicto? Respond. si inuentarium confecit, de legatis detrahet Falcidiam, vt habeat quartam hæreditatis partem, & hoc nullum contradictorem audit, si vero non fecit inuentarium, certant causidici inter se grauiter, vt dixi in articul. inuentarium, quæstione 22.

2 Quæro, num legatorum hæres restituet quoque fructus? Respondit ad hanc quæstionem in §. legatum, quæst. 71. socer meus.

3 Quæro, an legatum sub modo relictum, præstare debeat hæres? Respond. quod sic, sed præstita cautione Muciana, de implendo modo & restituendo fructus cum re, si non vult implere, text. est in l. quibus, §. final. ff. de condit. & ibi DD. præcipuè Bart. qui hâc limitat, nisi in fauore legatarij soli⁹ modus esset impositus, per l. Titio, ff. eo. cauere nō debet, aut modus sit adiectus legato libertatis, tum officio iudicis compelli potest implere modum, per l. libertas, §. 2. & l. Mæuia, ff. de manumiss. testam.

4 Quæro, si testator legauerit alicui partem hæreditatis, num statim hæres legatario soluet? Respōdeo, quod sic, si nulla sunt debita & æs alienum, sed si hoc fuerit, non prius soluet, quàm æs alienum sit deductum, ad quod soluendum etiam astringitur ille legatarius, l. si quis ferum, §. fin. vbi Bar. & Dd. ff. de legat. 2. quemadmodum testatur Ioan. Dilect. Durand. de arte testandi, titul. de legat. cautel. 42. numero 4.

5 Quæro, num hæres soluet rem legatam, quæ cōmercio hominum exempta est, vt sunt res sacræ religiosæ & sanctæ? Respond. quod non, adeo, vt ne æstimatio quidem debeatur, vt dictum in §. legatum, quæst. 14. nu. 15. neque pœna sit quæ adiecta est tali legato, §. fin. Instit. de legat. l. vnic. C. de his, quæ pœn. nom. relinq.

6 Sed si res legata non hominum commercio exempta esset omnium, verum soli legatario non liceret eam habere? Resp. io hoc distinguo inter ius commercij, & ius possidendi: priore casu puto nec ipsam rem, nec æstimationem deberi, l. filiusfamilias, §. si quid alicui, l. sed res, ff. de legat. 1. posteriore casu æstimationem dico præstandam, d. §. si quid alicui, cum hoc tamen fale & declaratione, si legatario nulla potest imputari culpa, & testator hoc sciuerit, forte quia legatarius est de numero & grege mendicantium, ex constitutione, qui bona immobilia, vel etiam mobilia quædam habere non possunt, gl. est in d. §. si alicui, & l. fideicommissa, ff. de legat. 3. ita tenent Dyn. & Alber. in d. §. si quid alicui, secus si culpa legatarij eius possessione & vsu exempta est res legata, forte quia factus est hæreticus, vel collegio illicito se aggregauit, tunc enim nihil debetur, quamuis testator ipsum talē sciuerit esse, l. mortuo boue, §. Labeo. ff. de leg. 2. vnde stāte statuto, ne in exterū alienentur bona immobilia, & legatus sit peregrino fundus, debitur æstimatio, quia nulla eius culpa hoc contigit: hanc cōmuniter tenent DD. in l. apud Iulianū, §. constat, ff. de legat. 1. vt testatur Durand. de arte testand. titul. de legat. cautel. 62. commun. dicunt Curtius Iun. consil. 105. Alciat. consil. 31. lib. 9. secundum quem intellige, si mens testatoris, ea fuit, vt æstimatio præstetur, reiectis aliis limitationibus.

Quæro, an emphyteusin vel fundum restituet? 7 Resp. de emphyteusi, quamuis Bart. in l. si domus, §. fin. ff. de leg. 1. dissentiat, cum Ang. in l. fin. C. de iur. emphyteut. communis est Dd. sententia, quòd donari possit, personæ tamen habili, secundum magis communem, vt attestatur Alex consil. 189. num. 13. lib. 2. Alciatus in l. in conuentionibus. ff. de verb. signif. dicit hoc crebrius esse receptum, dummodo legatum sine consensu domini, fiat saluo ejus iure & citra fraudem: quare etiam non est dubium, quod hæres ius emphyteuticum indistinctè rectè legatum præstare debeat. De feudo maior est controuersia, quidam enim volunt, vt feudi legati neque æstimatio debeatur, & in illa opin. est Bald. in c. vnica. §. donare. qual. ol. feud. pot. al. Soc. iun. conf. 72. nu. 6. vol. 1. Curt. p. 4. prin. de feud. n. 125. Iac. de S. Georg. in sua inuest. ver. & cum pacto. n. 5. Sonsbec. par. 12. n. 85. de feud. Schenec. à Tautenberg. d. §. donare. n. 2. Clarus in §. feudum, q. 4 o. nu. 4. communémque dixit Soc. d. conf. 72. contrarium tenent illi quos allegauit, §. legatum, quæst. 14. nu. 22. vbi quæstionem propositam resoluit socer meus.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *Num legatum sit præstandum quod viuo testatore venit ad legatarium.*
2 *Quid si partem legati legatarius repudiauit.*
3 *An teneatur præstare legatario legatum, non impleto voluntatem defuncti.*
4 *An occultati testamentum debeantur legata.*
5 *Si iussus est dare Titio aut Mæuio, an ambobus soluet.*
6 *Nunquid præstabit etiam euictionem.*

QVæro insuper, an hæres teneatur soluere le- 1 gatum legatario, si ante nactus est illud viuo testatore? Respond. distinguendum est inter causam lucratiuam & onerosam. Si ex causa lucrosa adeptus est, nihil debetur ipsi, quia duæ causæ lucratiuæ in eandem rem, eundémque hominem non cadunt, l. vnic. § lucratiuas. C. de lucrati. descriptione imponend. Sin ex onerosa causa consecutus est, puta quia emit, vel alio contractu acquisiuit, tunc venit præstanda æstimatio, §. si res alienæ, Instit. de legat. l. si is, qui, ff. de obligat. & actio. vbi glo. Bartol. & Dd. communiter.

Quæro num legatario partem leganti repudian- 2 ri, præstare debeat hæres, quod acceptare ille fatagit? Resp. quod nihil præstare teneatur omnino, & ita tenēt DD. comm. in l. neminem cum sequen. ff. de legat. 2. & l. si cui res legata, ff. eod. ac de ista quæstion. dixit, in §. ius accrescendi, quæst. 28. S. M. secus tamen est in hæredibus legatarij, ad quos transmissum est legatum, nam hi partem repudiare possunt, aliqui verò contra, non obstante aliorum repudiatione, suam partem acceptare: & rebus pluribus legatis, gl. & Bar. in d. l. neminem. Obseruanda tamen hic est distinctio, quam posui in articulo omissio hæreditatis, quæstione decima, numer. 2. & articul. 7. quæst. 16.

3 Quæro, num legatario non implenti voluntatem defuncti, præstandum sit legatum? Respondeo, quod non, nam communis & vulgata est Dd. sententia, qui non implet voluntatem defuncti, relicto priuetur, vt dixi supra quæst. 4. num.1. quare etiam præstandum non erit, si legatarius neglexit facere, quæ à defuncto iussus est efficere.

4 Quod idem obtinet in occultante testamentum. Nam fructum suæ calliditatis recipere non debet qui voluit hæredem hæreditate sua fraudare, text. est in l. si legat. C. de legatis. vbi gl. Bartol. Alexand. & Iason, qui dicit magis communiter, hoc etiam ad hæredem testamentum occultantem.

5 Quid si hæres iussus est centum dare Titio aut Mæuio, num ambobus soluere debeat quæritur? Respond. electio soluendi data est hæredi, aut non data est, priori casu liberè potest soluere cuicunque voluerit, textus est in l. si Titio, ff. de legat. 2. vbi gloss. Bartol. Castrens. Imol. & alij communiter Doctores., vt testatur Gomezius variar. resolut. tom. 1. c. 12. num. 7. posteriori casu vtrique pro medietate soluet, text. est in l. cum quidam, C. de verbo. significat. ibi gloss. ord. & communiter DD. teste Gomezi. d. num. 7.

6 Quæro: num legatario sit præstanda quoque euictio? Respond. hanc quæstionem soluit S.M. in §. legatum, quæstion. 72. numer. 1. 2. 3. &c.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *Quid si legatum interiisset.*
2 *Quando incipit currere æstimatio.*
3 *Quando fiat legatarius mora.*
4 *Pupillus sine tutore an constituatur in mora si appellatus fuerit.*
5 *Commissa mora num soluendum sit interesse.*
6 *Sed quis hoc declarabit.*
7 *Num debeantur quoque vsuræ.*
8 *An difficultas præstandi excuset à mora.*
9 *Quid in legato quantitatis.*
10 *Hæres elapso tempore num possit purgare moram.*
11 *Si hæres re perempta post moram offert æstimationem, an plene liberetur.*

QVid si legatum interiisset? Respond. aut hoc ante moram factum est, aut post moram, hoc casu ad hæredem spectat periculum rei legatæ, l. quod te, ff. si certum petat. l. si insulam. ff. de verb. oblig. & d. l. si ex legati causa. Istam sententiam communem intellige, & extende secundum Ioannem, etiamsi apud ipsum legatarium res fuisset peritura, per l. cum filiusfam. §. fin. ff. de verborum oblig. l. 1. §. rectissime, ff. de vi & vi armata. l. merito, ff. eod. l. cum res. §. 1. ff. de legat. 1. l. si filio, §. si post diuortiũ, ff. solut. matrim. l. inter stipulationem, §. penultim. ff. de verbor. obligat. & hanc sententiam sequuntur Dd. communiter, communemque dicunt Bald. & Angel. in d. l. quod te, & seruant Roma. Castrens. Angel. Imol. & Alex. in l. nemo, §. 1. ff. eod. Contrarium tenet Martinus, quod scilicet non teneatur si res apud creditorem vel legatarium, (nam valet argum. à contractibus ad vltimas voluntates communiter) peritura fuisset. per l. si plures, §. fin. ff. depositi. l. si cum exceptione, §. quod si homo, ff. quod met. caus. l. item si verberatum, §. fin. ff. de rei vind. Martinumque sequuntur Raph. Cum. Fulgos. Ias. in d. l. quod te, qui tamen fatetur, quod hanc non omnes sint sequuti. Socin. atque alij recẽtiores omnes vt testatur Romul. in tract. de mora, nume. 110. hanc enuntiant sententiam æquiorem. Bald. in d. l. nemo. §. 1. & Castrens. in d. l. si plures, volunt Martini sententiam valere, si certum est, rem perituram fuisse apud creditorem vel legatarium: Ioannis vero opinionem procedere, quando incertum est, nũ apud legatarium fuisset peritura, quam distinctionem & reconciliationem cum Romulæo, recipio vt bonam.

Quæro, cùm æstimationem sæpius debeat hæres, 2
vt & alius creditor, re præsertim perempta: quando incipiat currere æstimatio? Resp. A tempore moræ, text. est in l. vinum, ff. si cert. pet. & hoc cape secundum communem, quamprimum mora est commissa etiam per extraiudicialem interpellationem, & illam commun. dicit Romulæus in tract. de mora, numer. 141.

Quæro, quando legatariis fiat mora? Respond. 3
Vulgatum est, quod vbi nulla obligatio & petitio, ibi nulla mora, l. si pupillus. ff. de ver. oblig. l. lecta, ff. si cert. pet. hæres ante aditionem non obligatur, nec ab illo peti potest legatum quare etiam non cõstituitur in mora, vnde Forcat. dicit in tract. de mora, nu. 72. Durum profectò esset à tempore mortis, quo legata simulantur transire in legatarium, l. Titio, ff. de furt. protinus hæredem luere vsuras, l. Titiæ, §. fin. ff. de leg. 2. l. 1. §. item si ita, ff. ad l. Falcid. Post aditionem vero, vt hæres constituatur in mora non soluens legata, distinguendum est inter legata, ad pias causas, & alia relicta. Primo casu committitur mora ipso iure absque vlla interpellatione ad vsuras & interesse, atque hoc singulari fauore, l. Titia Seio, §. vsuras, ff. de legat. 2. gl. in §. item mista, Instit. de actio. sicut & in libertate dicitur, vt ipso iure committatur mora, l. cum mora, ff. de fideicom. liber. vtrobique commun. dicit Gozad. cons. 34. nu. 7. quæ comm. procedit etiam secundum eundem, si dies est apposita à testatore ad legata soluenda, l. magnam, C. de contrah. & com. stip. & ibi Dd. communiter. In aliis vero legatis absque interpellatione etiam extraiudiciali, l. si ex legatis, ff. de verb. oblig. iuxta commun. mora non committitur, quamuis sint, qui velint, quod mora non ante committatur in his, quam hæres sit monitus à iudice, per auth. hoc amplius, C. de fideicom. attamẽ ista auth. non loquitur de mora, sed de priuatione.

Quæro, si pupillus sine tutore est interpellatus 4
vel monitus, an constituatur in mora? Resp. quod non, quia absque tutore non potest vtiliter interpellari, l. si ex legati, ff. de verb. oblig. & hoc omnes fatentur, vt testatur ibid. Alex. Alia ratio est, quoniam pupillus non potest obligari, aut adire hæreditatem sine tutore. Angel. tamen & Cum. in d. l. si ex legati. contrarium statuunt in hoc termino, scil. in obligatione hereditaria, quia pupillus non ex suo obligatur facto, sed ex defuncti facto. Verum prior opinio communior & verior est, vt testatur Romul. in d. loco.

Quæro, commissa per hæredem mora, num sol- 5
uendum sit interesse? Respon. post moram quilibet possessor, altàs etiam à se commissam, tenetur non solum ad rem peremptam, & ad fructus, sed etiam ad omnes accessiones, ad omne commodũ & interesse, ad actiones, quas teneretur restituere veluti ad §. l. Aquiliæ actioné, &c. l. Iulian. ff. de rei vind.

Sed interesse quis declarabit? Resp. Potest hoc te- 6
stator decernere legatario, vt verbo vel iuramento declaret, nam & creditori committi potest, iuxta Bart. in l. fin. ff. de prætor. stipul. eamque commun.

3 *An hæres hæredis, qui decessit ante aditam hæreditatẽ.*
4 *Annon propria authoritate possit fideicommissarius relictum apprehendere.*
5 *Fideicommissum quando ipso iure transeat in fideicommissarium.*

1 QVod hæres legata præstare teneatur, sub pœna etiam priuationis hæreditatis, ex superioribus notum est, quæro, an idem obtineat in fideicommissis, tum vniuersalibus, tum particularibus? Respondeo: Hoc nihil habet dubij, nam generaliter Doctores ex authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. concludunt cum textu, qui defuncti iudicium lege non repræsentatum, monitus à iudice intra annum non implet, excluditur eo, & in c.3. Nouel. expresse nominantur cum legatis etiam fideicommissa, & in terminis hoc clarè concludit Deci. consil.424. consil.438. Anchor. lib.2. quæst.40.

2 Dictum est, incapacem non posse hæreditatem adire, item hæreditate non adita, fideicommissa & legata non deberi: quæro itaque hoc in casu, quomodo fideicommissario, ne suo relicto fraudetur, consulendum? Respond. Aut hæres institutus tempore testamenti conditi, fuit incapax, aut postea factus est incapax: primo casu subdistinguo, incapax ille in totũ nihil potest capere, & plane est intestabilis, vel partem potest habere vt spurius, hic tanquam executor à fideicommissario potest cogi adire & restituere, ille vero nunquam adire potest, neque ad hoc cogi, quia institutio non valet, & si hæc nulla est, frustra facta sunt relicta alia: & hanc communiter tenent cum gloss. Dd. in l. eam quam, C. de fideicommiss. vt testatur Alex. in leg. cogi, §. in solidum, ff. ad S.C. Trebell. Bald. l. ab eo, C. de fideicommiss. hæc in fideicommisso vniuersali procedere concedit, sed in particularibus aliud sentit, quæ vult restitui, etiamsi ab omni parte incapaci relicta fuerint: sed verius, & ex gloss. ordin. in l. codicillis, in verb. petere posse, in versic. si autem solum, ff. de legat. communiter approbata, firmius putat Alex. in d. §. in solidum, n.a. Sed eam non veram probat Ias. in d. l. eam quam, per Bar. ibid. qui nullam dicit differentiam: an incapax grauetur restituere fideicommissum particulariter, vel vniuersaliter relictum. Si tamen institutio per errorem in coniunctione personæ testantia esset nulla, legata & fideicommissa intelliguntur repetita à venientibus ab intestato, secundum Azon. communiter approbatum, vt asserit Ias. in dict. l. eam quam, eámque communem & veram dicit ibi gloss. ordinaria, aut si relicta essent piæ causæ, quamuis testator non errauerit, sed sciuerit hæredem incapacem, l. pater filium, §. Iulianus, ff. de legat.3. l. in codicillis, ff. de legat.2. gloss. Ias. & Dd. in d. l. eam quam. Similiter & in primo casu hæres incapaci succedens, tenetur restituere legata & fideicommissa, quando incapacitas est à delicto instituti, forsitan quia sibi adscripsit in testamento, l. fin. ff. de his quæ pro non script. l. filius, §. fin. ff. de fals. gloss. Iason & reliqui Dd. in d. l. eam quam, vel quia non compleuit defuncti voluntatem, c.1. Nouell. vbi gloss. & communiter Dd. Idem est, si hæreditas aufertur indigno: nam tunc fiscus fideicommissa & legata præstabit, l. Marcellus, §. fin. ff. ad S.C. Trebell. vbi gl. Bart. Alex. Ias. & alij Dd. communiter, vt testatur Ias. in d. l. eam quam, nu.33. nam quando hæreditas transit in fiscum ex delicto hæredis, tunc acquiritur cum commodo & incommodo, Alex. in d. l. Marcellus, §. fin. per l. cum fisco, ff. ad S.C. Syllan. l. si seruus plurium, §. si quis ante, ff. de legat. 1. Aliàs regula illa communis valet, vt legata & fideicõmissa non præstentur, si hęreditas non est adita ex testamento, nisi expresse repetita essent ab intestato venientibus, l. si iure, C. de testam. manumiss. gl. ordin. in d. l. eam quam, quæ à gloss. marginali dicitur verissima, & cõmuniter approbata Bart. Bald. Ang. Castr. Salic. & Ias. præterquam in casu d. l. eam quã, qui singularis est, quemadmodum & casus hi excipiuntur in l. Lucius §. filiam, ff. de legat.2. secundum Bald. Paul. & Ias. in d. l. eam quam. Item, quando testator dixisset, quisquis mihi hęres erit, pręstabit, gl. & Bart. in l. ex duob. ff. de vulga. & pupill. in quibus casibus testator pręsumitur expresse repetiisse, ab intestato vt pręstarent venientes. Et hunc dicit commun. intellectum dd. legum, Ias. in d. l. eam quã, nu.12. vel nisi clausula codicillaris fuisset adiecta, secundum glo. in l. cohęredi, §. cum filio, ff. de vulg. & pupillar. & de qua dixi in §. codicillus, alias limitationes tradit gl. in d. l. eam quam.

Quid si hęres rogatus restituere fideicommissa, decesserit ante hęreditatem ab ipso aditam, num hæredis hęres fideicommissum restituere teneatur, quæritur? Resp. Si hæreditas illa non transmittitur vllo iure vel deliberandi, suitatis, aut sanguinis, vel restitut. nisi sit adita, tunc hæres eius non potest cogi adire, secus si aliquo iure ad hæredem transmitteretur, vel iussus esset adire à iudice: ita tradũt Dd. in l. eam quam, & præcipuè Ias. nu. 21. Bart. in l. cum plures, §. messem, ff. locati, l.2. §. Labeo, ff. ne quid in loc. publ. in l. non iustam, C. ad Trebell. commun. opin. asserit Socin. l. filiosfam. ff. de legat.1. n.71. Et dixi de hoc aliquid in §. transmissio, q.28. 3

Quæro, an non propria authoritate possit fideicommissum apprehendi? Resp. In fideicommisso particulari nõ est dubium, quod nequeat, quoniam in hoc legato per omnia æquiparatur, & regulariter etiam obtinet in fideicommissis vniuersalibus, quę etiam iuxta nomen suum per hæredem debent restitui verbo vel facto, vt in l. facta, & in l. restitutæ, ff. ad Trebell. & est communis opinio Dd. in d. l. restitutæ, communémque dicit Dec. consl.424. n.15. quã etiam extendit ad casus, in quibus restitutio facta sit ipso iure, vt notatur per gl. in l.1. §. sed quoties, in verb. actiones, ff. ad Trebell. & alia allegat. huius tamen ampliationis contrarium, ex veriori & cõmuni, per multas rationes & iura tenet Zucchard. in l. fin. C de edict. D. Adria. tollen. vt testatur Burs. cõs. 89. n.16. Potest itẽ propria authoritate apprehẽdere fideicommissum fideicõmissarius, si aliena: ũ est ab hærede, & penes tertiũ fuerit, quia penes grauatum nullũ amplius ius vel actiones sunt, quæ cedi possũt, iuxta gl. in l. pen. C. ad Trebell. & commũ. Dd. sententiam, vt attestatur Socin. iun. consil.129. n.16. vol. 1. quod procedit etiam, si testator ipsi potestatem fecerit, vt dicit Bart. in l. nemo potest, ff. de legat.1. per gloss. in l. Titia cum testamẽto, §. Lucius, ff. de legat. 2. quẽ sequuntur cæteri, vt testatur Ias. in d. l. nemo potest, & præsertim Dec. d. cons. 424. qui intelligit etiã de tacita permissione, puta, si instituit eum omni meliori modo, vel voluit liberè ad eũ bona peruenire, vt probant Dd. quos allegat ex Iasone & aliis plures, Petr. Anchor. lib.2. quæst.40. n.4.5. 6. & 7. Bursat. consil.89. n.15. & 16. vel etiam ex aliis coniecturis hoc conijci potest, vt tradit Bart. in d. l. Titia, Dec. d. consil.424. Tiraquell. in tract. *le mort saisit le vif.* chart.63. Dixi etiam de hoc §. fideicommissum, quæst.4. 4

Quęro hîc etiam, quando ipso iure fideicommissum transeat in fideicommissarium? Respond. Cùm nihil iuris apud institutum residet, puta, quando 5

l.

tuendum esse proximioribus, & idem teoet Mandell.consil.17.nu.15. & consil.81.nu.6. Albert. Leonin.consil.77.nu.4.& ante eoa Dec. consil.218. nu. 14.Soc.nu.51.nu.31. vol.3.& vide quos adducit Dec. dict. consil.alios.

QVÆSTIO XVII.

SVMMARIA.

1 *Quomodo fiat restitutio.*
2 *Restituens non detracta Trebellanica, an donasse censendus sit.*
3 *Grauatus legatis & fideicommisso vniuersali, an duas quartas possit detrahere.*
4 *Quod si primus fideicommissarius rogatus restituere secundo, num primus, restitutione facta, desinat esse hæres.*

1 QVæro, qnomodo fiat restitutio? Respond. Facto vel verbo, text. est in l.restituta, ff.ad S.C. Trebellia.est dictum de hac distinctione in §. fideicommissum, quæst.45.

2 Dictúmque est in modo nominato §. quod hærea restituens hæreditatem fideicommissario detrabat Trebellanicam, nisi coactua adiret, l. qui totam, ff.ad Trebell.Quæro, si scienter restituit totam hæreditatem absqne detractione, num in dubio Trebellanicam donasse censendua sit? Respond. Ias. cum Cuman.in l.si is qui quadragiota, §.denique, ff. ad Trebellia. oum.11.tenet, quod non: iidem tamē fatentur communem esse in contrarium per l.cuius per errorem, ff.de reg. iur. & hæc Trebellanica ab hærede omissa, quemadmodū & illa, quam perdit hæres, si adire cogitur, cedit lucro fideicommissario vniuersali, non particularibus aot legatariis vt notat gloss.Bart.& alij in d.§. denique, quemadmodum testatur Ias.in l.qui quadraginta, nu. 9. ff.eod. quia legatarij non possunt compellere hæredem adire, vt argumentatur ibi Alex.

3 Quæro, oum hæres iussus præstare legata, & rogatus simul restituere hæreditatem, possit de legatia detrahere Faleid. de fideicōmisso Trebellanicam? Resp.text.in l. Marcellus, §.item Pompooius, ff.ad Trebell.videtur cōcedere vtriusque detractiooem sine discrimine, gl.verò & DD.mirè variaot in illo explicando, Angel. ibid. vt testatur Alex. indistinctè tenet, omni casu locum esse contributioni, hoc est, vt de legatia & vniuersali fideicommisso simul vna detrahatur quarta, siue purè, siue sub conditione, partim vel omoia sint relicta: Bartol.vero aliter distinguit, vt dixit in §.Trebellanica.quæst.fin. S.M.cuina opinionem totus seruat mnodus, vt exclamat in d.§.item Pomponius, Iason ou. 3. cum tamen & ipse quosdam onmeret dissentientes.

4 An pramua fideicōmissarius, rogatua restituere secundo, restitutione facta, desinat esse hæres? Resp. gloss.quidem io l.ex asse, verb. me puto, ff. ad Trebell. vltima negat, sed prior affirmat: hanc idem Alex.probare, illam autem dicit communiter improbatam, quia iua ciuile, cuius pars & S. C. Trebellianum est, facit hæredem.

QVÆSTIO XVIII.

SVMMARIA.

1 *Quando debeat fideicommissum restitui.*
2 *Pendente conditione, ne fideicommissarius defraudetur, cauendum est, satisdatione.*
3 *Et vice versa hæredi cauebitur.*
4 *Debet item conscribi inuentarium.*
5 *Vt possit commodius ratio reddi.*
6 *In quantantum dolus & lata culpa venit.*
7 *Num fideicommissum conditionale, vel in diem incertum, possit restitui ante euentum.*
8 *An fideicommissum post mortem hæredis pauperibus restituendum, in vita restitui possit.*
9 *Filius fideicommisso grauatus, quando restituere teneatur.*

QVæro, nune, quando debeat fideicommissum 1
restitui? Respood. Si purum est, statim ab adita hæreditate debetur, si verò conditionale, vel in diem certum, ante diem vel conditionia euentum noo cogitur hærea restituere, text. est in l. filium, C. famil.hercis.gloss.& DD.ibid.vt supra quoque diximua de legato restitueodo.

Sed ne interim, dum fideicommissum est in sus- 2
penso, defraudetur fideicommissarius, canebit illi hæres, vt qnibus diebus testator dari fieriue voluit, bis diebus detur vel fiat, textua est expressua in l. legatorū, ff.vt legatorum seu fideicomm.seruād.caus. caueatur, vbi gloss. Bartolus & alij cōmuniter DD. & dixi de illa supra quæstion. 10. eáque petitur, non iure actionis vel obligationis, quia adhuc nulla est, sed futura speratur, verum officio iudicis nobili. vt doeet Bar.in l.licet, ff.eod.per l.5.ff. de ver. ob.& l. 1.ff.de prætor.stipu. & insti.de diuis.stipul.per totū. qui si cauere nolit, patietur immissionein in possessionē bonorū hæreditatis, l.13.& passim per totū titul.ff.vt in possess.legat.seu fideicōmiss. seruád.caus. esse liceat. Fiscus tameo quia semper locuples præsumitur, à satisdationis onere subleuabitur. d. leg. 5.si ad fiscū, glo.& cōm.ibid.Dd.quod qnoq; obseruatur, si cautionē illā testator remisit, nā tunc vrgeri nequit ad satisdationem, adeo etiamsi bona hæredigaria dissiparet hæres, tex.est in l.quæ filiū, ff. eod. vbi gl. Bar. & Dd. sed de euictione nunquā cauebit, quoniam fideicommissarius succedit testatori, non granato, l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulgar.l.si seruo, ff.de hæred.instit.Paris.consil.62.0.5.lib.2.

Et vice versa, fideicommissarius tenetur cauere 3
hæredi de euictione prælegati vel præcepti, l. 69. l. 72.ff.ad Trebel.de indemnitate restitutæ hæreditatis, l.36.ff.ad Treb.& de restitutiooe, quod amplius acceperit nomine fideiussorum, quam licuerit, l.1.§. 5. & 6.ff. si eui plua quam per Falc.lieuerit, vt gloss. & commnniter in dd.legibus seruant.

Quioimo debet coosscribere etiam innentarium, 4
qnoniam ad rationes reddendas tenetur: omnis enim à quo poscuntur bona, ad bonorum consignationem obligatur, iouentarium namque fundamētum rationum est, ita tenet Picua l.post contract. ff.de donat. quod in praxi receptum est, velut affirmat Arius Pinel.l.1.parte 2.n.23. C.de bon. quæ lib.

Ad rationes autem reddendas quod adstriogatur: 5
probat l. eum tale, §. quid ergo.ff.de condit. & demonst.vbi Bar.Bal.Castrens.Imol.& cōmun.scribētes, vt asserit Paris.cons.25.n.72.li.2.Oldr.cons. 134. n.2. Corn.consi.303.n.23.vol.2. Ruin.cons.159.nu.25. vol.3. Crauet.cōs.295.hanc com.ait Cacheran.decis. Pedem.174.n. 22. nisi testator prohibuisset reddere rationes, Curt.senior consi.29.nu.9.& 10.Mantic.de coniectur.vlt.vol.lib.7.tit.6.nu.4.

Tenetur autem hærea in reddendis rationibua de dolo & lata culpa, vt textus habet in l.22.§. 3.ff.ad Trebelliannm. vbi etiam Bart. cum aliis, præcipuè Gothofredo, idem hoc tradūt. Vnde fit vt nō possit alienare, vel alias dolose diminuere, res fideicommisso subiectas, quemadmodum dixi infra, q.23.

7 Quæro, oum hæres possit restiruere fideicommissum condirionale, vel in diem incertum relictum, ante eventum vel aduentum eius? Respond. quod non, nisi fideicommissarius, qui certus est, voluerit, ita tenet Iason in l.post mortem, C. de fideicommiss.per leg.stipulatio ista. §. inter certum, ff.de ver.obli.vbi hoc idem tenere ait Bart. & alios omnes, qui tangunt eam quæstionẽ, secus est cum dics certa apponitur, quia hæredis gratia adiectus putatur in dubio, l.cum tempus, ff.de reg.iur.vbi Dec.& communiter DD.omnes, quod tamen non procedit, si fideicommissum est pluribus relictũ, l.filiusfa. §.Diuus Seuerus, ff de legat.1.ita tenet Bartol.& alij DD.in d.l.post mortẽ, vt testatur ibid.Ias. Oniacus quæst.academic.56.n.1. quia interest eorum, quibus debeat restitui, ne ante diem fiat restitutio, possent enim aliqui interim decedere.

8 Neque restituere potest hæreditatem io vita, si post mortem iussus est pauperibus restituere, & si hoc facit, testatoris voluntatem non implet, quia fieret præiudicium pauperibus, post obitum hæredis futuris, ita tenet Bartol. Ang. Iason & DD.in d. l.post mortem, communem hanc dicit Dec. in d.l. cum tempus. Contrariam opinionem ait magis cõmun.Cagnol.in d.l.cum tempus, quem videtur refellere alia communi Soarez.l.quoniam, C.de inof. testamen. quæ dicit, quod dans fideicommissum in vita, donare, non restituere credatur: quod quoque verum puto, & communiorem opio. Dec. per ea, quæ tradit Alexand.in l.stipulatio ista, §.si quis dolum, ff.de verbor.obligat.numer.6.& probat per l. vnum ex familia, ff. de legat.2.

9 Sed quæro, si filius grauatus est fideicommissum restituere, quando id teneatur facere? Respond. si decesserit sine liberis, text. est in l.Cum auus, ff.de conditio.& demonstra.& l.cum acutissimi, C.de fideicommissis.vbi gloss.& DD.communiter: hanc commu.dicit Ruin.consi.131.volom.3.qoi extendit, licet fideicommissum sit relictum ecclesiæ vel piæ caussæ.

QVÆSTIO XIX.

SVMMARIA.

1 *An hæres cogi possit adire, & hæreditatem restituere à fideicommissario vniuersali.*

2 *Qua actione restitutio petatur.*

3 *An præscriptio rerum fideicommisso subiectarum currat, & si qua currat, quo pacto fideicommissario succurratur.*

1 NVnc quæro, quid si hæres noluerit adire hæreditatem & restituere eam? Respond. communis est DD.sententia, quod officio iudicis cogi possit à fideicommissario voiuersali, nõ autem particulari vel legatario, textus est in l.cogi. ff.ad Trebell.vbi gloss.& DD.commoniter, eamque magis comm.testatur Alex.in l.ita tamen, §.si pater, num. 1.ff.ad Trebell.& dixi supra, §. acquisitio hæreditatis, item in §.fideicommissum, quæstio. 46. Nec refert, licet patronus sit institutus in portione debita, vel filius in legitima, nam nihilominus compelli possunt, iuxta d. l. ita tamen, §.si patronus, & gloss. ibid. vbi eam magis commun.testatur idem Alex. quod tamen accipe, vt filio sua legitima sit libera.

2 Sed si adiuit hæres hereditatem, vt fideicommissarius illam cõsequatur, qoa actione restirutionem petet? Respondendum ... existimat Alex. in l.per omnia, ff.de lega.inter ius ff. orum & nouũ: illo vult petendum esse officio iudicis, sed communis est, quod semper actione personali, vt dixit in §.fideicommissum.quæst.46.S.M.

Quoniam supra dixi, qoæ actiones competant fideicommissario, §.fideicom.quæst. d. 46. & §. legatum, quæst. 74. Item quod præscriptio oon currat io rebus fideicommisso subiectis, longi temporis, sed solum longissimi.d. quæst. 46. quæro nunc, quomodo succurratur fideicommissario vniuersali, contra præscriptionem illam longissimi temporis? Resp. dabitur illi restitutio ex capite probabilis ignorantiæ, gloss.io l. si patrem, §.1. ff. quemadmodum seruitus amitt. Idem tenet Felin. in c.vigilanti.extra de præscript.Matth. Afflict.decis. 37. Socin.Iun.consil.128.lib.1.Boer.decis. 39. part. 1. Crauett. consil.201.numer.34.commun.dicit Alexand. consil.116.lib.5. 3

QVÆSTIO XX.

SVMMARIA.

1 *Non faciendo etiam testatoris voluntas impletur.*

2 *Quid sis alienare, quod prohibitum est fieri.*

3 *Qui nequit alienare, non potest etiam contractus celebrare, quibus dominium transfertur.*

4 *Neque in feudum vel emphyteusin dare potest.*

5 *Nec heredem instituere.*

6 *Nisi absolutè & simpliciter alienare prohibitus esset.*

7 *An aliquem ex legitimis instituere possit, si prohibitus est alienare extra familiam, difficilis quæstio.*

8 *Quid si consentiant illi, quorum gratia facta est prohibitio, an tum alienatio valeat.*

9 *An res prohibita alienari, possit præscribi.*

QVæ supra habuimus, illa fuerunt in faciendo, 1 hoc quod iam sequitur, in non faciendo, in quo non minus testatoris volunras efficitur, quàm in aliis, nec solum, qui torrentem fluere facit, aliqoid agit, sed etiam, qui eius cursum inhibet: cui nõ absimilis est, qoi alias alienabilia, non alienat, ad quod hæres obligatur, si testator hoc voluit, & bona alicoari prohibuit, de quo est textus capitalis, in leg. filiusfamilias, §.dioi, ff. de legatis primo. vbi glossa, Bartolus, Alexander, Iason & commoniter Doctures omnes. Ad huius quæstionis elucidationem adscribemus saltem ea, quę à DD.receptiora, & in vsu quotidiano frequentiora sunt.

Alienare autem hic accipitur in propria signifi- 2 catiooe, quæ notat dominij translationem, l.alienatum, ff. de verbor.significa.l.oon alienat.ff.de regul.iur.l.1.C.de fund.dotal.C.nulli de rebus eccles. non alien. & haoc esse propriam, quamuis alia latior sit, alienationis significationem, tradunt Dec. Cagn.& reliqui Dd.in d.l.non alienat.

Ex quo infertur, quod ille, qui non potest alie- 3 nare, non possit quoque contractus celebrare, per quos dominium transfertur, d.l.1. C.de fund.dotal. nec hoc habet dubium, nam prohibito aliquo, censentur prohibita, per quæ deuenitur ad illud. Noo tamen cũ Ang.in coos.168.facio, qui dicit hęredem suo iure quamprimum cadere, licet contractus initus resolueretur per pactum legis commissorię, vel addictioois io diem. Absque tamen illo pacto non dissentio. Nam & emphyteuta cadit iure suo, etiãsi emphyteuticam rem postea redimat, vt tenet gloss. in l.fin.C.de iur.emphyt. quam opin. commun.testatur Anchor.in c.potuit.de locaro.

Infertur deinde, quòd alienare prohibitus ad 4 longum tempus locare queat. Nam locatione dominium non transfertur.dict. l.1. C.de fund.dotali, quãuis DD.communiter dissentiãt, vt testatur Mozius

zius de locatione,c. 2.num.7.quod Couarrunias variar.resol.c. 15. intelligit de alienatione impropriè vel largè sumpta, quomodo in hac materia odiosa sumi non potest. Sed de perpetua locatione, vt emphyteusi, nemini puto fieri dubium, quin communis opinio teneat, transfertur enim in ea dominium vtile, quemadmodum notant Dd. in cap. fin. C. de iur.emphyt. eámque comm. dicit Clarus in §. emphyteusis,q t.n.2.

5 Infertur tertio ex eo, quod hæres neque testari possit de re alienari prohibita. Nam hæredem instituere, est liberum vel dominum facere rerum & iurium suorum, quia hæres antiquis dominum sonabat,& de isto textus est in l.si quis,§. certum esse sancimus, C.de secund.nuptiis,& alienare prohibitus non potest per actum inter viuos, nec per actum vltimæ voluntatis, vt traditur per gloss. Bart. & alios in l.si ita quis,§.ea lege,ff. de verbor. oblig. & in dict.§. diui.omnes scribentes vt attestatur Paris. cons.32.nu.32.lib.1.& hoc communiter tenent, Dd. vt asserit Romulæ.in tract.de bonis extra famil.non alien. nu.95. si prohibitio alienationis est facta respect.singularum personarum, vel si testator voluisset bona sua manere in familia sua, ita tenet Socin. cons.227.numer.9.lib.2.Dec.consil.23.commun.dicit idem Dec.consil.481.quoniam cum testator dicit, se velle penes familiam bona manere, fideicommissum inducit, quod testamento fideicommissario adimi non potest. Socin.in l.qui Romæ. §. cohæredes,ff.de verbor.obligat.& dixit in §.fideicommissum.quæst.5. latissimè & distinctè, clarissimus vir. Mich.Grassus socer meus.

6 Sin vero prohibitio alienationis facta esset simpliciter & absolutè, tunc non censetur inclusa hæredis institutio, quia hæc alienatio quandam necessitatem sapit text.est in l.ex hoc,§.alienare,ff. de al. iud.mut.caus.fact.& hoc in casu potest instituere etiam extraneum hæredem, ita tenet Bar.in l.peto.§. fratre,ff.de leg.2.Bald.in l.ea le. C. de cond.ob caus. hanc commun. dicunt Alex.consil.155.volum. 2. & consil.55.vol.3.Couarr.in c.Raynald.n.7.

7 Quod si vero testator prohibuisset bona extra familiam alienare suam, communiter Dd.& secundum communem, vt testantur Gabriel comm.conclus.lib.4.titul.de fideicommiss.conclus. 10. & Romulæ.d.tract.nu.92.intelligunt & volunt, vt extraneum quidem hæredem instituere non possit, sed bene successurum ab intestato, vel qui est de familia. Quod tamen, vt num.5.dixi plurimi negant, verum quia inducitur fideicommissum, nec communis illa habet leges pro se: inter negãtes autem sunt præcipuè Ioann. Crot. & Feder. Illerd.in d. §. diui, qui hanc contrariam frequenti interpretum calculo aiunt probatam, hanc indistinctè tenent recentiores omnes, vt testatur Romulæ. d.trac. nu.93. atque ab hac non solum in consulendo, sed etiam in iudicando, monet non esse recedendum, pluresque pro hac adducit, quemadmodum & Gabriel in d.cõclus.10.à qua nec ego discedendum existimo, præsertim si verba prohibitionis dispositiuè, vt: hæres meus non alienet bona mea, quia volo ea manere in mea familia: vel bona alienari prohibita in familia mea vt remaneant volo: vel quando expresse dixit, vt de hærede in hæredem transeant bona, vel vt semper & perpetuo ad masculos vadant, tunc simplex & absolutum inducitur fideicommissum, vt est dictum, in § fideicommissum,q.5.si prohibitio autẽ facta est simpliciter, ne alienentur bona extra familiam, tũc euentuale fideicõmissum volunt nonnulli, scilicet tum quando res prohibita est alienata in extraneum,& hanc comm.dicit Dec.cons.23.in quo tamen testatoris mentem puto sequendam, vt si ex verisimilibus coniici possit, quod de hærede in hæredem transirent bona, vel vt simplex sit fideicommissum, id obtineat. Nam communis est opin.secundum Paris.consil.52.nu.7.vol.2. quod testatoris voluntas debeat attendi, maximè in fideicommissis, quę in dubio relicta præsumuntur, si testator prohibuit, ne bona exeant de familia seu domo, vt tradit Alex. & Socin.in d. §. cohæredes, & reliqui scribentes post Bartol. in d.§. diui, sicut idem affirmat Paris.d.cons.52.

8 Quęro, num super rebus alienari prohibitis contractus iniri possit, per quem dominium transfertur si consentiant illi, quorum fauore prohibitio est facta? Respond. quod sic, per textus claros, in l. nihil, §.1.ff.de legat.1.l.quoties C.de fideicommiss.vbi gl. Bartol. Iason & alij Dd.gloss.in l.Caius,ff.de pignor. actio. Bartol. & omnes Dd. in l.quæ dotis,ff. solut. matr.vt testatur Romulæ.in d.tract.nu.204.& Angel.in d.leg quoties. fatetur se ita multoties Perusij practicasse. Ex hoc Romulæ.in d.loco cautelam ducit, vt si quis emeret bona prohibita alienari, procuraret sibi fideiussores dari de euictione, ad quos spectaret ius reuocandi alienationem. Nam fideiussione tacitè consenserunt in venditionem, vnde reuocaturi contractum repellerentur exceptione doli, l.exceptione, C.de euictione.

Sed quia hæc omnia fraudi essent postea ex consentientibus nascituris, qui non minus per prohibitionem censentur vocati, quam iam nati, l.si cognatis,ff.de reg.iur.Fulgos.& Iason in d.l. quoties, quo ad illos, ille consensus vel fideiussio nihil operabitur, Ioann.de Ana.consil.47.quod Iason.in d.l.quoties, quotidianum, notabile & digito ligandum putat. Aliam cautelam circa alienationem, vt impunè fiat,& irreuocabilis, tradit Iason ex Bart.in d.l.quoties, vt si testator reliquit domum vel fundum pluribus,& prohibuit ne talem domum possent alienare,& si quis partem suam alienauerit, quod accrescat non alienantibus, si vnus istorum vult alienare partem suam, requirat hæredes quod emant, si ipsi recusant emere, potest cuicunq; velit extraneo impune vendere,& ad hoc allegat textum, in l.qui Romæ.§.cohæredes, ff. de verb. obligat. quem textum ibid.Bartol.ait singularem, ego vero huic materiæ non accommodum dico, loquitur enim de cohęredibus seu pœna paciscentibus, seu stipulantibus rem nõn alienari, non autem de testatore alienationem prohibente: & contra Bartol. est magis communis opinio, quemadmodum testatur Romul.ibid.n. 57.

9 Quæro ad dicta, num res prohibita alienari possit præscribi? Resp.communis est Dd.in l.1.ff.de vsucap.sententia, quod præscriptioni, tanquam iuri publico, priuatis conuentionibus non possit renunciari, quare etiam existimatur, quod nulla dispositione vltima possit inhiberi.l.nemo potest,ff.de legat.1.deinde si consensus illorum, ad quos aliàs res alienari prohibita deueniret, efficit vt valida sit alienatio, cur non idem efficiet patientia cum tempore, nam & patiendo rem præscribi, videtur quis consentire, l.alienationis verbum,ff.de verború significat.quinimo magis consentire creditur, l.longè,ff.de diuersis & tempor.præscript.& hanc rationem Romulę.in d.§.diui,n.200.putat firmam, illam autem, licet communis sit, non arbitratur veram, quia testatoris voluntas,& lex, à pari procedant, & si hæc vsucapionem prohibere potest, etiam testa-

tor poterit. Verum omissis rationũ pugnis, omnes consentiunt, rem alienari prohibitam præscribi posse, vt supra quoque de re fideicommisso subiecta, dictum est.

10 Quæ etiamsi secundum communem semper & perpetuo procedant, sine exceptione, tamen cum Romul. nec contra Iasonis aliorúmque mentem, qui volunt consensum viuentium in alienatione, non obesse nondum natis, dico rem quidem alienari prohibitam, contra natos & illos qui possunt agere, posse præscribi, sed contra nascituros minimè, quoniam illi nondum possunt agere, & non valenti agere, non currit præscriptio, iuxta l. super annali, circa fin. C. de annali except. & ibid. DD. quam rationem Romulæus in d. §. diui. n. 201. affirmat esse inconuincibilem.

QVÆSTIO XXI.

SVMMARIA.

1 *Quotuplex sit alienationis prohibitio.*
2 *An causa prohibitionis semper sit exprimenda & tacitæ prohibitionis recensentur exempla, vsque ad numer. 7.*
7 *Quæ causæ sint prohibitionis.*
8 *Si familiæ causa prohibitio facta est, qui sub nomine familiæ contineantur.*
9 *Filius prohibitus extra familiam alienare, num possit vendere vni ex illa.*
10 *Res restitutioni obnoxia non potest alienari.*
11 *In re alienata contra testatoris prohibitionem, an omnes simul admittantur, an vero successiuè.*
12 *Num hæres alienans, solum partem sic alienatam amittat, an vero totam hæreditatem.*

1 QVæro, quotuplex est alienationis prohibitio? Respond. prohibitio est valida vel inualida: hæc, quę simpliciter fit, vt, nolo vt hæres meus alienet, vel prohibeo bona alienari, illa, quæ habet appositam causam, & quidem iustam, ob quam prohibitio fit: vtraque est personalis vel realis illa: est, quando testator fecit prohibitionem certæ & nominatæ personæ, vel etiam pluribus, hæc quando prohibitio iniuncta est rebus, vt volo quod bona mea non alienentur. De quibus omnibus dixit in §. fideicommissum, quæst. 5. socer meus.

2 Quæro, num causa prohibitionis semper sit exprimenda? Resp. quod non, nam sæpius inducitur & colligitur ex aliis. Cuius rei Alex. in d. §. diui, habet quædam exẽpla. Primum est, vt si testator habuerit turrim aliquam in patrimonio suo, quæ potest esse tutela & protectio illorũ, qui sunt de agnatione sua, quam si dixerit, nolo alienari, creditur prohibuisse ob conseruationem agnationis, ideoq; valet prohibitio, eam tenet gl. Cyn. & alij in l. quoties, C. de fideic. Bal. in l. 2. C. de vsucap. cũ quo trãseũt omnes DD. vt testatur Romulę in d. §. diui n. 9.

3 Secundum exemplum est, quando testator, ratione odij certæ personæ, noluit fundum alienari in Titium, quoniam alia causa non expressa talis prohibitio tenet l. codicillis, §. matrem, ff. de legat. 2. l. cum ita legatum, ff. de cond. & demonst. vbi DD. idem tenent velut attestatur Alexand. in d. §. diui.

4 Tertium exemplum complectitur res alias alienari illicitas, nisi in certis casibus, qui etiam per simplicem prohibitionem prohibiti censentur, per §. sanctissimas, in authẽt. de ali. & emphyt. & l. 2. C. de vsuc. pro empt. gl in c. verum de condit. appos. hanc cõm. asserit Romul. in d. §. diui, à qua tamen ipse recedit, & meo sensu, non malè, infirmiora namque sunt iura allegata, quam vt vulgatam & firmam regulam labefactare possint.

Quartum exemplum ab Alexandro positum est, 5
quando testator dixit: si alienaueris bona mea, perueniãt ad Titium, l. Stichus seruus, ff. de manumiss. testam. Bar. in d. l. filiusf. §. diui, Petr. & Cyn. in l. fi. C. de reb. al. Bald. in l. ea leg. C. de cond. ob caus. Bar. & DD. in l. quis absenti, §. 1. ff. de acq. possess. prohibitio autem hæc valet, quia sub conditione facta est, secus si dispositioẽ fieret nullius esset ponderis.

Et Iasone Romulæus, in d. §. diui, adhuc duo alia 6
allegat exempla, nostro articulo conuenientia, si scilicet testator prohibuisset alienari seruum suum vel interdixisset alienationẽ prodigo, vel minus industrio hæredi, quia vtrisque prospexisse præsumitur, huic ne bona disperdat, illi ne in duriorem dominum incidat, & hasce suas limitationes probat Romulæ. per l. Titio centum. ff. de condit. & demõstrat. Bart. & alios Dd. in d. §. diui.

Ex modo dictis constat, quod prohibitio nulla 7
valet, nisi quæ fiat cum respectu tertiæ personæ, & causæ: tanta enim alienationis rerum vtilitas, & in societate humana necessitas, rerũque libera administratio, vt nõ nisi ob certam causam inhiberi possit: quæro igitur, quæ solet illa causa iusta esse? Resp. variæ possunt esse caussæ, ob quas alienationem suarum rerum prohibet, sed inter illas præcipua est fauore familiæ, secundum ea, quæ notant Dd. in d. §. diui, ac modo dicta.

Quæro, si prohibitio fauore familiæ facta est, te- 8
statórque voluerit, vt bona sua in ipsa maneant, sub familiæ nomine qui veniant? Resp. nolo hoc in loco examinare omnes familiæ significatus, quos Dd. habent. in l. pronunciatio. §. familia, ff. de verb. signif. sed solum in hac materia, quid comprehendat secundum Dd. dicam. Comprehenduntur autẽ omnes agnati nati & nascituri, masculi & fœminæ, l. peto, §. fratre. ff. de leg. 1. l. voluntas, C. de fideicommiss. vbi hoc omnes affirmant Dd. vt refert Romul. in d. §. diui, n. 102. verum descendentes ex fœminis, quia agnationis iure non veniunt, vt Dd. in l. fin. §. perscripserunt, C. de verb. signif. tradunt, caput enim est alterius, & finis suæ familiæ, sub eius nomine non continebuntur.

Quæro, filius à patre prohibitus bona alienare 9
extra familiam, an possit vendere vni ex familia? Resp. quæstionis huius solutio pendet ea illa: num prohibitus alienare possit hæredem instituere: de qua dixi supra, q. 20. n. 5. sed hic distinguendum puto hoc modo: prohibitio illa est personalis, vel realis primo casu nõ tantum in aliquem ex familia distrahi potest, sed etiam ita distrahitur, vt postea in quẽuis alium transferri possit, & hoc probatur ex text. in l. pater, §. quindecim ff. de leg. 3. cui adstipulatur Bart. & omnes Dd. ibi. quemadmodũ fatetur Rom. in d. §. diui. n. 147. Nam iuxta Paris. & alios Dd. plurimos quos recenset in cons. 88. n. 10. volum. 2. prohibitio personalis, personam non egreditur. Posteriore casu subdistingue. Prohibitio illa facta est, vt bona maneant perpetuo in familia vel ne extra familiam alienentur: hoc casu plurimum dissentiunt Dd. aliis existimãtibus, quod licita sit alienatio, sed non extra familiam, nonnulli putant quod fideicommissum inducatur in euentum, si bona extra familiam alienantur, magis tamen communis opinio est, vt scripsi supra, quæst. 19. nu. 5. vt & in hoc, & in omni alio casu, realis prohibitionis fideicommissum inductum existimetur, Paris. consil. 1. num. 35.

consil.

consil.52.vol.3.quia quorum gratia bona prohibentur alienari, dicuntur fideicommissarij, l. peto, §. fratre, ff.de leg 2.

10 Fideicommissum vero, vel res restitutioni obnoxia, alienari non potest, l.vltim.ff. de leg.2. l. res quæ, §. quia. C.commun. vbi gloss. & communiter Dd. eamque commun. testatur Alexand. in l.Marcellus, §. res quæ, ff.ad Trebell. nisi esset fideicōmissum conditionale, ita tenet Bartol. in l.à filia.ff. ad Treb. Iason & Dd.in d.§.quia Natta in consil.28. nu.1 & 2.Cephal.consi. 450. nu. 6.Roland. à Valle, consil 42. num.8.lib 2.de alienatione fideicommissi dixi in §.fideicommissum,quæst. 56.

11 Quæro præterea si testator pœnam addidit, vt, si extra familiam alienet sua bona hæres, capiant ea reliqui familiares seu agnati, num omnes simul admittantur, an successiuè? Respond. fuerunt, qui secundum Soc.in l.si cognatis, ff.de rebus dub.putarunt omnes esse pariter admittendos,sed in contrarium facit text.in l.cum ita,§.fin.ff.de leg.2. eamque commun.enunciat Romulæ.in d.§. diui. num. 114. vsitati enim ordinis confusio in successionibus non est præsumenda.

12 Sed quæro, an in dicto casu hæres solummodo partem alienatam amittat, vel totam hæreditatem? Respond. Iacob Butr. Albér. Salic.& Iason in l. ait prætor,ff.de iureiur. Ruin. consil. 119.lib. 6.volunt, quod hæres, in materia tanquam odiosa, solum priuetur parte alienata.Angel.in consil.118.Romul.d.§. diui,num.209.contrarium statuunt, & concludunt, quod tota hæreditate priuetur, quia conditio pro forma est, prohibitioque indiuiduum quiddam sit, in quo non nisi in solidum peccari potest,l.idem iuris,in fin.l.in executione,ff.de verbor.oblig.sicut in simili emphyteuta non soluens canoné, etiam quoad obolum, cedit toto iure suo,vt Dec.& Dd.communiter docent in l. 2.C.de iur.emphyteut.& supra quæst.4.num.1.in genere dictum est,quod quicunque non implet voluntatem defuncti, priuetur omni commodo, quod inde consecutus est, tam legatarius quàm hæres.

QVÆSTIO XXII.

SVMMARIA.

1 *Quibus possit fieri prohibitio alienationis.*
2 *Num legatario prohiberi possit.*
3 *An nomine hæredis omnes successores contineantur.*
4 *Num in infinitum extendatur interpretatio.*
5 *Hoc vt fiat, quomodo testatori cauendum.*

1 QVæro, quibus potest fieri prohibitio alienationis? Respond. nullis nisi qui honorantur. Nam onus non est suscipiendum ab eo, qui nullum sentit commodum l.secundum naturam, ff. de reg. iur. Alias si grauaretur odioso hoc onere, l. non vsque adeo, ff si quis à patr.manum.fuer. l.ex facto, ff. de vulg.& pupill.l.in re mandata. Cod. Mand. morientes singulis dominarentur viuis, quo nihil absurdius.

2 Quæro num legatarius possit prohiberi, ne rem legatam alienet? Respond. Socin. de legat. fol, 189. l.filiusfamilias, §.diui, num. 126. affirmat per l. Titio centum,ff.de conditi.& demonstrat. imo extēdit etiam ad res legatarij proprias. Sed contra hoc est Dd.communis sententia, quæ non permittit testatori prohibere alienationē rerum hæredis propriarum, velut dictum est in §. testamentum quæst. 73.num.3.

3 De hærede non dubium est, quin prohiberi possit rem alienare: quæro igitur si vetuisset testator rē ab hæredibus alienari, an quoque eorum hæredes vetiti censeantur? Respond.Barto.in d.§.diui,quod sic, per l.sicut,§.penulti.ff.de pigno.vel hypoth.sol. quem sequuntur communiter omnes Dd. ibid. vt testatur Romulæ. num.166. qui rectè ad realem restringit prohibitionem vel æquipollentem,quia hæredis appellatione intelliguntur etiam subsequentes successores. l. qui per successionem, ff.de regul. iur. nisi lex obstet, vt in mera personali, quæ non valet, vt dictum est.

4 Non tamen in infinitum extendas, vt quidam ex magis communi faciunt, referente Romulæo in dict.§.diui, nu.173.nam vltra quartum gradum prohibitio non porrigitur. §. pen. Nou. 108. ita tenet Bart. Alex. Ias.& alij in d.§. diui, l. filiusfa. ff. de l.1. quod Alex. solum in descendentibus obtineri vult, consi.24. vol. 2.

5 Vt autem vlterius producatur, suadet Iacob. de Beluis. in d. §. penult. testatori vt dicat: prohibeo bona in perpetuum manere in familia mea, vel ne extra eam alienentur: & cum hoc consilio communiter transeunt Dd.in d. §.diui,vt testatur ibid.Romulæ. Idem tenet Dec.consi.516.num.16.Ruin. cōsi. 124.num.2. vol.5.quem sequuntur alij quos enarrat Anchor.lib.3.quæst.21.n.9.

QVÆSTIO XXIII.

SVMMARIA.

1 *Quæ possint prohiberi ne alienentur.*
2 *An legitimæ prohibitionis onus possit imponi.*
3 *Num prohibitus alienare possit detrahere Trebellianicam.*
4 *Ex voluntaria causa alienari non possunt sic prohibita.*
5 *Sed bene ex caussa necessaria, vt dotis & donationis propter nuptias.*
6 *Nisi sufficiat legitima, vel adsint alia bona.*
7 *Quod solum in descendentibus obtinet.*
8 *Possunt etiam alimentorum causa distrahi.*
9 *Confiscari verò nequeunt.*
10 *Nisi delinquens sit vsufructuarius, vel rogatus sub conditione restituere: vt prius verum sit perpetuò, alter dubitat, quoniam ob capitis deminutionem vsusfructus amittitur.*

1 2 QVæro item, quæ possint prohiberi ne alienentur? Respondeo: quæ quis potuit alienare ipse, ideoque hæredis rem non potest ab alienatione arcere, vt dixi in §.testamentum.quæst. 73.

2 Nec suo præcepto valet legitimæ hoc onus imponere, ne alienetur, quia debetur absque omni onere, vt in terminis tenet Paris. consi.48. num. 22. lib.1.Cuchus in tractatio.legiti.rubri.legitima, nullum grauamen admittit. nume.15.ēstque textus in l. quoniam C. de inofficios. testamen. & communis opinio teste Bartoli Additi.consi.13.verb. legitima, commun.quoque dicit Anton.Gomez.variar.resol. c.11.num.24.Tomo 1.

3 Quæro, num prohibitus alienare, possit detrahere Trebellianicam? Respondi supra in §. Trebellianica, quæst. 8.num.8. quod censeatur prohibita, & tanto facilius, quam legitima, quia hæc naturale debitum est, illa legis beneficio datur, quam deduci testator vetare potest, vt retuli quæstion. ead. nu.1.

4 Quæro, an sic prohibita, nullo vnquam casu alienati possint? Respond. Alienatio est voluntaria, alia necessaria, illa est, quando quis commodi sui gratia, quo de genere est in solutum pro suo ære alieno datio, de hac intelligenda est probibitio, l. alienationes, ff. Famil hercíscund. Bartolus, in l. Marcellus, §. res, quæ, ff. ad Trebellianum, quem ibi cõmuniter sequuntur Dd. Roman. consi. 219. Curt. sen. consi. 27. Matth. Afflict. in tractat. iuris Protimiseos, §. 3. numer. 26. de commun. testatur Paris. consil. 98. libr. 4.

5 Necessaria causa est, quæ ex officij necessitate incumbit, vt est dotis datio: in dotem autem dari posse res, quæ prohibitæ sunt alienari, tenet Bartol. Alexand. & reliqui Dd. excepto Iasone in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de legat. 1. per l. à filia. l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. & per authen. res, quæ. C. communem de legat. eandem tenet Bald. in l. si voluntas, C. de fideicommiss. Bald. & Salic. in l. pen. C. de rebus aliẽ. Curt. senior. cõsi. 36. Rom. 457. Gozadin. consi. 92. hanc communem & æquam sententiam ea Alexand. & Iason. in d. §. diui, refert Romulæ. n. 117. commun. & veram dicit Rube. cõs. 78.

6 Quod intellige si non extant alia bona, vel etiam legitima non sufficiat, ita tenet Iacob. de Aret. Cyn. & Salic. in d. l. voluntas Alexand. consil. 56. volum. 4. Roman. 232. de commun. testatur. vel nisi testator expresse excepisset causam dotis, vel prohibuisset ne res vllo omnino casu alienaretur, ita limitat Alexand. cum aliis in d. §. diui, quam limitationem cõmunem enunciat ibi Romul. num. 120.

7 Et hæc procedunt solum in descendentibus, vt possint in dotem dare res non alienabiles: extraneis aut aliis non permittitur, vt magis communis habet conclusio per d. auth. res quæ. veluti asserit Alexand. in d. §. diui, numer. 10. quamuis aliqui sint, qui tantum in filio procedere volunt in §. quamobrem, in authen. de restitut. & fideicomm. ratio est, quia & defunctus ad descendentium dotes, si nemo esset, qui posset, teneretur dandas, si viueret, l. fin. C. de dot. promis.

8 Qua ratione filius, licet habeat legitimam, alimentorum caussa potest bona prohibita alienare, vel fideicommisso & restitutioni subiecta distrahere, ita tenet Bartolus, Bald. Iason & alij in d. auth. res quæ istam communem ait Romul. in d. §. diui, num. 131. magis commun. testatur Socin. in reg. iur. 38. quod communiter Dd. in sumptibus studiorum negant teste Romulæo, qui tamen contrarium putat defendi posse, quia causa dotis & studiorum æquiparantur. Sed ego dixi in artic. Collatio. quod sumptus studiorum sint de alimẽtorũ genere, quod tamen cape cum declaratione ibidem posita.

9 Clarum est ex textu in dict. §. diui, quod testator prohiberi non possit, quo minus suis creditoribus & fisco ex suis bonis satisfiat, quæro an bona alienari prohibita, etiam confiscari possint? Respond. nemini puto dubium fore, quin possint confiscari, si prohibens ipse tale commisisset delictum, quod confiscationem meretur: quia nemo potest se eximere à pœna, & vindicta scelerum, quæ domini est: secus est in prohibito alienare, ex cuius delicto bona sic prohibita alienari, vt maneant in familia, à fisco occupari non possunt, sed ad insequentes transferuntur, tractatus est, in l. Imperator, ff. de fideicommiss. libert. l. si quinque, ff. de bon. damn. eamque commun. Dd. sententiam affirmat Romul. in d. §. diui.

10 At si delinquens esset vsufructuarius, fiscus interim vsumfructum occupare posset donec cum proprietate consolidaretur, ita tenet Ioann. de gigantibus in tract. crim. læsæ maiestat. quæst. princip. de pœnis eorum, qui commis. quæst. 3. & hanc veriorem putat Rom. d. loco per textum in l. Statius Florus, §. Corne. Felici, ff. de iur. fisc. Sed contrarium dicunt Bald. & Salic. in l. 1. C. de bon. liber. vel si rogatus esset sub conditione restituere, pendente illa, posset fiscus res fideicõmisso & restitutioni subiectas, tamdiu retinere, donec cõditio eueniret, qua deficiẽte, in perpetuũ haberet, d. §. Corne. Felici, vbi hoc Dd. omnes dicunt, attestante eod. Romulæo.

QVAESTIO XXIV.

SVMMARIA.

1 *Omne quod indigno aufertur, fisco applicatur.*

2 *Non item quod incapaci, aut negligenti adimitur.*

3 *An fiscus possit occupare hereditatem ab indigno nõdum aditam.*

4 *Ab indigno non aufertur hereditas ipso iure.*

5 *Quare fiscus petitione hereditatis consequatur vtili.*

6 *Non tamen vsuras.*

7 *Et transit hereditas in fiscum cum commodo & incõmodo, adeoque cum onere legatorum & fideicommissorum.*

QVoniam de confiscatione dici cœptum est, quæro num illa etiam locum habeat in vltimis voluntatibus? Respond. quod sic, nam hæredi, qui- 1
cunque se indignum fecit, aufertur hæreditas & relictum fisco applicatur, quia is solus de indignitate potest opponere, iuxta gl. in l. his consequenter, §. 1. ff. famil. hercisc. illam opinionem probat, l. 1. C. de natur. liber. & textus est manifestior in l. hæredes, C. de his, quibus vt indign. vbi gloss. & DD. frequenter, tex. clarior est in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de inoffic. restam. ex quo gl. & Bartol. quẽadmodum & Iason ex d. l. hæredes, desumũt regulam: quodcunque aufertur ab indigno, applicatur fisco: limita. tamen illam reg. nisi testator reuocasset ad se tacitè vel expresse, l. fin. ff. de his, quæ vt indig. l. ex parte, l. si quis legauerit, §. final. ff. de adimen. legat. vel soleniter abstulisset, & ad alios transtulisset gloss. in l. hæreditas, C. de his, quibus vt indign.

Incapaci verò quod aufertur, illud relinquitur aut hæredi scripto, vel venienti ab intestato, si scri- 2
ptus non est hæres, l. si quis mihi bona, §. si quis planè, ff. de acquirend. hæred. l. 1. & ibi comm. omnes C. de hæred. instit. Bartol. in l. si deportati, ff. de legat. 3. Bald. in l. 1. C. de secund. nupt. contrarium voluit gloss. in d. l. 1. C. de hæred. instit. quam ibi Alexand. dicit communiter reprobatam.

Quæro, num fiscus occupare possit hæreditatem quam indignus nondum adiuit? Respond. difficilis 3
& subtilis hæc est quæstio, multumque controuersa, nonnullis existimantibus, quod fiscus petere res hæreditarias possit, etsi ille qui indignus est hæres, nondum adiuerit, quo de numero est Ioann. antiquus glossator, quem allegat gloss. in l. si sequẽs, ff. ad S.C. Syllanian. Bald. in l. eam quam, C. de fideicommiss. per l. cum fisco, ff. ad Syllanian. quia ibi bona dicuntur caduca, quæ caduca non essent, si hæreditas fuisset adita. Deinde adducit l. in cognit. ff. eod. vbi hæreditas aufertur statim, postquam tabulæ fuerunt apertæ.

Quod verò ante aditionem fiscus hæreditatem non occupet, tenet gloss. in dicta l. si sequens. verb. nõ esse hoc, per c. 1. §. si verò institutio & substitutio

Nouell.

nonell.1.& per l.3.§.finl ff.ad Trebellia.com qua faciunt alij quidam, vt ipsa refert gloss.quos sequitur Castrens.in d.l.hæreditas,Bart.Bald.sibi contrarius, Alex.Ias.& reliqul Dd.in l.si ea, C.de his quibus vt indign.vbi volunt communi consensu,vt,cùm hæreditas auferatur, etiam adita sit hæreditas, neque sufficiat tabulas esse apertas,l.10.§.2.ff.de legat.1.nisi in fraudem fisci indignus repudiauerit hæreditatem, vel motetur eam adire, secundum Bald. Castr.& Alex.ind.l.hęreditas. Ideoque pulchrè mihi Mandellus consil.7.nu.20.videtur dixisse, quicquid habet fiscus,opus est, vt prius sit caducum, id est,deficiat in persona eius, à quo vult auferre. Sed quomodo potest indigno quid auferri, quod ipse nondum acquisiuit?

4 Pro hac communi eleganter facit, quod hæreditas ab indigno agnita, non ipso iure auferatur, l. si seruus plurium,§.si quis ante,ff.de legat.1.l.ex facto §.Iulianus,ff.de vulgar.& pupillar.dict.l. hæreditas, C. de his quibus vt indign. Accurs. in l.his consequenter,§.1.ff.famil.bercisc und.Bart. in dicta l. hæredes,C.de his quibus Bald.in dicta leg.eam quam, qua de causa indignitatis exceptio,hęredi cum aliis hæreditatem diuisuro, non potest opponi: vt tenet gloss.Bart.Bald.& alij Dd. in d.leg. his consequenter,§.1.

5 Nec malè congruit practica Bart.in dicta leg. in cognitione,communiter à Dd.recepta, vt affirmat ibi Alban.quæ sic habet, cùm hæredes neglexerunt accusare occisores defuncti, alius eos accusabit quibus condemnatis de homicidio, illa sententia lata contra occisores, habebit effectum confiscandorum bonorum,aduersus hæredes negligentes,intra quinquẽnium,si extranei fuerint,si alij,qui possent teneri parricidio,quãdo ipsi interfecissent:quo facto debet agi petitione hęreditatis.Ex qua Bartoli sententia dilucide apparet,quòd in hoc casu solũ, quo prohibetur hęres aperire tabulas,multò magis adire, priusquam quæstio sit habita de seruis, l. 1. §. 21.ff.ad Syllan.ante aditam hęreditatem,elapso pręscripto tempore,fiscus possit petere hæreditatem,à non vindicante necem defuncti,quæ delata est, licet non accepta sit.In aliis igitur casibus exspectanda est aditio,quæ,quamprimùm facta est, petitioni locus fit.

6 Nosti,quod in petitione hæreditatis veniant vsuræ,ob quamuis soluendi moram, vt dictum est in artic.transmissio,quæst.7.quæro itaque,an etiam in hac vtili hæreditatis petitione,vt gloss.in dicta l.hęredes,ab Aleaand. Iaso.& aliis communiter recepta,attestante Non.consil.105.n.14.à fisco intentata habeat locum?Respond. gloss. quidem in dicta l. hæredes,affirmatiuam tuetur,sed textus aliud euincit,ideoque marginalis glossa communiter approbata,vt testatur Alexan.ibidem,dicit,extra hunc casum secundum Bartol.Salicet.& alios, bene loquitur ordinatis.

7 Notandum est hic etiam,quando indigno aufertur hæreditas, tunc fiscus tanquam hæres tenetur creditoribus, fideicommissariis & legatariis, text. est in d.l.cum fisco,ff.ad Syllan.vbi gloss. & Dd.communiter,idem tenet Non.consil. 107. & hanc communiter teneri opinionem,testatur Alex.in l.recusare,§.meminisse,nu.2.ff.ad Trebell.

QVÆSTIO XXV.

SVMMARIA.

1 *Quis indignus sit,an ille,quem nominauit testator in codicillis indignum testamento institutum.*
2 *Indignus præterea est,qui testamentum extorsit.*
3 *Vel fieri aut mutari prohibuit.*
4 *Terrore armorum vel minis capitalibus.*
5 *Quæ nocent etiam illis,quos tales in potestate habuit.*
6 *An ex tali extorto testamento legata debeantur.*
7 *Indignus est, qui dicit testamentum falsum, nec obtinet.*
8 *Qui ob id etiam legitimam perdit.*
9 *Adeò,vt nec pupilli habeatur ratio,licèt cum tutoris authoritate impugnauerit testamentum.*
10 *Indignus etiam est, qui concubuit cum vxore defuncti.*

AD declarationem modò dictorum quæro, quis sit indignus?Respõdeo, Indignus in hac materia,qua agitur de hæreditate fisco applicanda, est primo,quẽ testator testamento,institutũ,postea in codicillis nominauit indignũ sua hęreditate, vel nõ mereri suam voluntatẽ,etiamsi causam non exprimat,textus est in dicta l.hæreditas,C.de his quibus vt indign.vbi gloss.Bartol. Alexand. Salicet.Iason,& alij communiter Doctores.Ratio autem,cur sic ablata hæreditas ad fiscum transferatur, est hæc, quia codicillis hæreditas adimi non potest,nec simpliciter ablata ad alium transferri, vt docet ibidem gloss.in verb.ad alium, communiter approbata, affirmante Alexandro,ideoque iuxta Iasonem & alios, ipso iure adempta non est, quare etiam ille, quem nominauit testator indignum,hæres adhuc est, hæreditatémque adibit, quæ tunc demum auferetur per fiscum, nisi ante aditam, vel non fraudulenter repudiatam hæreditatem, indignus iste esset mortuus,vt tradunt Dd.quos allegat Alexand.in dicta l. hæreditas,n.2. 1

Deinde indignus est, quicunque quid dolosè in defunctum sceleris committit, quo de grege est: primo, qui testamentum extorsit, vt ostenditur in rubric.ff.si quis aliquem testari coegerit,Bart. eod. l.virum,num.2.declarat hoc, si certum esset, quod testator voluerit alios instituere, aut ab intestato decedere,quo casu datur lęsis,aduersus sic scriptum hæredem, actio de dolo, vel condictio ea lege ad duplum,vt notatur in l.Lucius, §. Sempronia, ff. de legat.2.& in authent.vt nullus iudic.§.& hoc peruenit,& in l.2.C. eod. Qui si non esset soluendo, læsi reuerterentur aduersus fiscum,qui hæreditatem tãquam ab indigno abstulit, argu.l.fin. in princ. ff. de eo per quem fact.erit,& leg.planè,§.1.ff. de legat.1. cum Bartol.sentit ibid.Barbat.Aliud obseruatur ex cõmuni in eo, qui adscripsit sibi in testamẽto,nam tum lex præsumit illam voluntatem non veram, per totum tit. C. de his qui sibi in testam. adscrips. Bart.in l.fin.ff.de his quæ vt indign. 2

Extorquenti similis, qui prohibuit testatorem testamentum mutare, vel testamentum ab initio condere,vt patet ex d.rubric. ff. si quis aliquem testari prohibuerit vel coegerit, quam tuentur Dd. communiter. 3

Quæro, qualis & quantus metus debeat esse, vt quis coactus dicatur condere vel non condere testamentum?Resp. qui in constantem virum cadit, vt testantur omnes,in l.qui dum captat,§.1.ff.si quis aliquem testari, qualis est præcipuè terror armorum,& minæ capitales,vt in l.si donationis,C.quod met.caus.Fulgos.consil.191.Alexand. consil. 156.nu. 4.volum.5.Paris.consil.53.num.51.volum.4.& consil.60.num.12.volum.eod. Thom. Grammat. decisinn.5.& Didac.Conarr.in eplt.de sponsal.& matr. in part.2.cap.3.§.4.nũ.8. arbitrio iudicis relinquit. 4

5 Aduerte præterea, quod dolus prohibentis vel cogentis non tantum ipsi noceat, sed etiam seruo & filio, quos in potestate habuit, secundum frequentiorem DD. calculum, in d. l. qui dum captat. licet non sint amplius in potestate, dum aditur hæreditas iuxta omnes, vt testatur Bartol. in d. l. virum, nu. 10. aliis verò dolus tertij non nocet, nisi ille esset immediata acquisitionis causa, & compelleret testatorem, vt dictum tertium institueret, aut hæredem retineret, velut tenent Petr. Dyo. Cyn. omnesque alij, referente Bart. in d. l. virum, num. 7.

6 Sed quæro, an ex tali testamento, per vim facto, vel prohibito mutari, legata debeantur? Respondet Bartolus in dicta l. virum. Si constat, totum testamentum per vim esse factum, vel testatorem etiam voluisse mutare legata, quòd tunc non debeantur, secus si voluntatem solum voluit mutare, quoad institutionem, aut coactè hanc solam fecit, suámque opinionem probat, ex leg. qui dum, §. 1. iuncta gloss. ff. si quis aliquem testari prohibuit.

7 Secundò indignus est hæreditate, eáque per fiscum priuatur, qui testamentum, in quo scriptus est ex parte hæres, dicit falsum, & non obtinet, quia impugnat supremum testatoris iudicium, quod nō fit sine graui testantis iniuria & offensa, argum. l. 1. C. de sacros. eccles. Et de ista opinione textus est in l. tutorem, & l. post legatum, ff. de his quæ vt indign. aufer. item in l. Polla, l. alia causa, C. eod. quod ibid. DD. ore quasi vno confirmant. Rationem diuersitatis Bart. in dicta l. post legatum, adducit, quare ille, qui dicit, testamentum non iure factum, non reputetur indignus; qui verò inofficiosum vel falsum arguit, indignus fiat, & hæreditate priuetur: quia hi, vt inquit, testamentum & vltimam voluntatem defuncti omninò impugnant: ille autem tantum nō iure factum asserit, nec eam negat. Sed ne falsi arguens testamentum, priuetur hæreditate, cautio est, secundum Iasonem in dicta l. Polla, vt medio tempore ante sententiam transigat.

8 Eò vsque verò priuatio ob dictum delictum extenditur, vt legitimam quoque adimat filio, accusanti testamentum de falso, quamuis eam non amittat, cùm monitus à iudice patris voluntatem intra annum non compleat, vel inuentarium, quemadmodum tenēt moderni, in d. l. Polla, vt testatur ibi Ias. & præcipuè Alexand. qui maius delictum in faciendo, quàm negligendo filium committere putat, per l. si mora, cum simil. ff. solut. matrim.

9 Atque adeò odiosa habetur illa testamenti impugnatio, vt nec pupilli habeatur ratio, licet non ipse, sed ipsius nomine tutor accusauerit testamentum falsum, iuxta gloss. & omnes DD. in d. l. Polla. Pupillo tamen succurritur duplici via, vt dicit gloss. & Bart. in d. l. tutorem. Pupillus aut potest pati amissum, & agere contra tutorem, si tutor est soluēdo: & hoc verum ait Bartol in dicta l. post legatū, §. ætati: aut potest eligere restitutionem in integrū, siue tutor sit soluendo, siue non: & hanc sine vlla distinctione opinionem, cōtra aliquos, asserit veram Alexand. in d. l. Polla, nume. 4. ex qua tutor insuper punitur de calumnia. Vt igitur dolo & culpa careat, monent tutorem Bald. Salicet. Alexand. & Iason post gloss. ibidem, vt cum consilio coniunctorum pupilli accusationem instituat: quod in aliis omnibus, ex quibus ei præiudicium generari potest, fieri suaden.

10 Tertiò, indignus est, qui concumbit cum vxore defuncti; nam & hoc modo in defunctum delinquitur. Et istam opinionem tenet gloss. Bartol. & communiter DD. in l. fideicommissum, C. de fideicommiss. eámque sequūtur omnes, vt fatetur Iason in l. sororem, C. de his quibus vt indign. quod procedit indistinctè, siue factum fuerit ante mortem testatoris, vel post eius obitū, per glo. in d. l. sororē, & glos. in leg. tertia, §. final. ff. de adimend. legat. & DD. omnes, vt testatur Alexand. in dict. l. sororem, nisi testator antè ipsi solenniter hæreditatem ademerit, quo casu vadit ad illos, ad quos voluit: quod & in legato vel fideicommisso valet, nam illa tacita voluntate & inimicitiis adempta præsumuntur, d. §. fin. hæreditates verò non ita, vt dixi in §. testamentum.

QVÆSTIO XXVI.

SVMMARIA.

1 *Indignus etiam est, qui defunctum non sepelit.*
2 *Vbi sit sepeliendus.*
3 *In diuersis locis conditus, vbi sepultus dicatur.*
4 *Quid si alio condidit, quàm quo iussus est.*
5 *Sed si iussus fuerit concremare.*
6 *Num ante aditionem sepeliri debeat.*
7 *An cadauer à creditoribus pignoris loco haberi possit.*
8 *Vter maritus vel pater vxorem humare teneatur.*

QVartò, indignus est hæreditate, qui defunctum non sepelit, argumen. l. non oportet, C. de his quibus vt indign. ita tenet gloss. in l. final. C. de sepulchr. violat. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 387. Boer. decis. 287. nu. 3. qui recensent plures, iuxta quos Doctores, si non sepelit, hæreditate priuatur, 1

Namque graue est, si quis fraudetur honore sepulchri.

Quæro, vbi defunctus sit sepeliendus? Respond. Aut ipse designauit locum, & res est plana; aut non nominauit, & tunc debet sepeliri in sepulcro familiari, l. ius familiarium, l. ius sepulcri, C. de religios. & sumpt. vel in hæreditario, l. familiaria, ff. eod. quia naturæ ductu quilibet ad suos condi desiderat. In ciuitatibus autem, quem humari iura non permittebant, l. mortuorum, C. eod. quamuis hodie auri sacra fames cadaueribus etiam fana patefecerit minimè profananda, & venenatum hominibus ad sacra intentis obiecit odorem. 2

Quæro, si quis membra sua in diuersa voluit sepeliri loca, vbi propriè sepultus dicitur? Respond. Vbi caput sepultum est, quia illud principale membrum vnde cognoscimur, text. habet in l. cum in diuersis, ff. de religios. & sumpt. vbi gloss. & communiter DD. 3

Quid si hæres testatorem in alium condidit locum, quàm ipse voluit, an ideo priuandus sit hæreditate, quæritur? Respond. DD. in d. l. non oportet, dicerent, quod non; quia non agitur de commodo pecuniario alterius: quam responsionem testatur Mandell. consil. 48. nume. 20. communem. Sed de rationis illius veritate valde dubito, quia hæres nō vindicans necem defuncti, priuatur hæreditate, quamuis de nullius agatur commodo pecuniario, quare etiam hæredi, si non sepeliuit defunctum, in locum quo iussus est, hæreditatem existimo adimendam, in qua opinio. est gloss. 1. & Cyn. in dicta l. non oportet, quæ licet dicat non oportet, vt indignis hæredibus successiones, propterea, quod in sepultura, &c. tamen non negat eas auferri vt negligētibus, quo casu non applicatur fisco; sed aliis hæredibus, iuxta auth. hoc amplius, C. de fideicōmiss. 4

Sed si iussus fuerit corpus concremare, vel cadauer in mare abiicere? Resp. Non tenetur obedire, 5

l. quidam,

l.quidam,ff.de condit,instit.vbi Bart. & Bal. Imol. & Angel.in l.prætor,§.si quis,ff.de sepulcr.viol.

6 Quæro, quando defunctus sepeliri debeat, ante vel post hæreditatem aditam? Respon. Non refert, plærunque tamen defuncti sepeliuntur, quando quis hæres eis existit, vt ait text. in l. scriptus hæres, ff.de religios.& sumpt. vbi gloss. & DD. sed hodie de communi consuetudine, in Germania seruatur, vt prius defunctus sepeliatur, quàm eius hæreditas agnoscatur.

7 Quæro obiter, an cadaner à creditoribus detineri possit vt pignus quoddam? Respondeo, quod non: & textus est vahemens aduersus tales, in l. final. C.de sepulchr. violat. vbi dicitur, iniustũ esse, & à temporibus nostris alienum, iniuriam fieri reliquiis defunctorum ab his, qui debitorem sibi esse mortuum dicendo, debitómque exigendo, sepulturam eius impediunt, & in fin. Eum verò, qui in eiusmodi deprehensus fuerit flagitio 50. libras auri dependere, vel si minus idoneus ad eas persoluendas sit, suo corpore sub competenti iudice pœnas luere. Et istam opinionem ex communi latè defendit Didac.Couarr.variar.resolut.lib.2.c.1.nu.10. nec multo leuior pœna imponitur, qui domũ morıbundi intrans, ipsum, aliósque, qui eius sunt, molestat, in auth.item, C.eod. Sed nec ante nouẽ dies ab obitu eius numerandos, vlla molestia fieri debet aduersus quemliber ex defuncti personis, in auth. sed neque, C.eod.vbi gloss. & DD. communiter & latè hæc explicant.

8 Quæro etiam hoc in loco, si vxor mortua, vter eam sepelire debeat, sumptúsque funeris impendere maritus, vel hæres eius? Respond. Si nihil dotis apud maritum remaoet, hæres solus sumptus faciet, sin aliquid, tunc pro ea parte tenebitur: & hoc manifestum est ex l. Neratius, & aliquot inde sequentibus, ff.de religios. & sumpt.funer.vbi gloss. & Dd. communiter. Sin verò hæredes non habeant, neque pater soluendo sit, maritus, in quantum facere potest, pro expensis funeris conuenietur, ne iniuria eius videatur, vxorem quondam suam insepultam reliquisse, vt loquitur l. quod si, ff. eodem.

QVÆSTIO XXVII.

SVMMARIA.

1 *Quinto indignus est, qui testatorem, vel eum, cui succedere vult, occidit.*

2 *An maritus priuetur successione, occidens vxorem adulteram.*

3 *Num hoc procedat etiam in patre.*

4 *An sit indignus succedere, qui ad sui defensionem interfecit.*

5 *Quid si hæres non defunctum, sed vnum ex liberis, vel vxorem eius neci dederit.*

1 QVinto, indignus est, qui occidit eum, cui succedit: quod enim grauius delictum in defunctum committi potest, quàm eum necare? & de isto textus est in l.cum ratio, § final.vbi not.Bartol.ff.de bon.damnat.& in l.Lucius ff.de iur. fisci, quos vtrobique etiam sic explicat gloss.Accurs.ita tenet Alexand.in l.hæreditas, C. de his quibus vt indign. nu. 6. Ias.in l. sororem, C. eodem. & hoc communiter ait approbatum Mandell.consil.7.num.10.communemque dixi in §. testamẽtum, quæst.82.atque hoc dicti Doctores eò vsque extendunt, vt nec testatoris hæredi succedere possit talis homicida, per textum in dicta l. Lucius communem testatur Butr. consil.63.communem item fatetur Marsi.consil. 93. num.8. quodque adeo verum est, vt nec filij vel nepotes, minus fratres hæreditatem, vel aliud inde habere possint, secundum magis communem veluti asserit Boerius decisio.63. Magis communis quoque est opinio contra Bald. sicut affirmat Alex. in l. maritus, C.vnde vir. & vxor, vt nec maritus occidẽs vxorem succedere possit.

2 Quod tamen ego de illo, qui vxorem in adulterio deprehensam, in continenti occideret, non intelligerem, per l.sororem, C.de his quib. vt indign. & per ea, quę post alios ibi notat Iason, vt enim quis priuetur hæreditate, tanquam indignus, requiritur dolus non zelus: & pro hac mea opinione est textus in l.Gracchus, C.ad l. Iuliã, de adult. vbi dicitur, qui occidit adulterum, noctu deprehensum, si eius conditionis, vt occidi posset, (scilicet ob adulterium commissum) quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur. Nec obstat communis opinio, quam refert Gomez.super l.70. Tauri, qui negat, maritum qui suam vxorem in adulterio deprehensam occidit lucrari dotem vllo modo debere, nam vt communiter DD.ratiocinantur, dos ea sub conditione pacta censetur, si maritus culpam non commiserit.

3 Et hoc, quod dixi, etiam procedit in patre, qui filium adulterantem vel adulterum ex permissu legis interfecit, argum.l.marito, l. pater, ff.ad l. Iuliam de adulter. neque filio mariti vel patris oberit, si ex mandato eorum fecerit, nam obediendi necessitas in hoc eum merito excusat, vt tenet Bald.in dict.l. Gracchus. De aliis hoc non affirmo, quamuis Clar. attestante, in §. homicidium, numer. 51. practica reclamet.

4 Multo minus auferetur hæreditas tanquam ab indigno, qui interfecit testatorem ad sui defensionem, indubitata namque iuris conclusio est, quòd homicidium ad sui defensionem non sit punibile vllo modo, adeo vt procedat etiam in foro consciẽtiæ iuxta communem, & receptissimam Theologorum sententiam. teste Didac.Couarru. in repet. Clement.si furiosus, nume.328.

5 Quæro, quid si hæres non occiderit testatorem, sed vel eius vxorem, vel vnum ex liberis? Respondeo: quod eodem modo reddatur indignus, quo si ipsum testatorem occidisset, nam liberi eius sunt sanguis, & vxor illius caro, & de isto text. est in l.his consequenter.§.1.ff.famil.hercisc.vbi Bartol.& Dd. Alexand.in d.l.maritus.

QVÆSTIO XXVIII.

SVMMARIA.

1 *Sexto indignus est, qui non vlciscitur necem defuncti.*

2 *Sit quicunque hæres, nec consanguineus extraneum excusabit.*

3 *Num fiscus auferens indigno hæreditatem teneatur vindicare.*

4 *Nunquid maritus dotem amittat non vlciscens vxorem interfectam.*

5 *An minor debeat accusare occisores defuncti.*

6 *Num parcatur rustico & ignoranti.*

7 *An filius homicida non accusans patrem, priuetur hæreditate.*

8 *Quid si accusans non posset probare accusationem.*

9 *An teneatur appellare & appellationem prosequi.*

1 SExto indignus est hæreditate, eáque per fiscum priuatur, qui non vlciscitur necem defuncti. Præsumitur namque & hic delectari morte defuncti, iniuriámque ipsi factam negligere, & sic tacitè

occisoribus consentire,textus est clarus in l. hære-
des,C.de his quibus vt indign.vbi gloss.& Dd. hoc
communiter tenent.

2 Quæro quis debet vindicare necem defuncti?Re-
spondeo: vt hæres scriptus ante cognatum tenetur
sepelire defunctum l.scriptus hæres, ff. de religios.
& sumptibus funer.ita etiam ipse prior eius necem
viodicare obstringitur, quàm ille, qui ab intestato
succederet, in testamento neglectus, qui tamen si
consanguineus est, magis debet sanguinem suum
vlcisci,argum.d.l.sororem,C.de his quibus vt indi-
gn. quo dato cohærede, estraneus ab accusatione
non subleuabitur, sed vterque ad vindictam com-
pelluntur,nisi malint hæreditate priuari, secundum
leg.minoribus,dict.l.sororem,C.eodem titu.estque
communis opinio, vt refert Petr.Plat.in epitome
delictorum,cap.39.numer.4.& cum priuatur hæres
non vindicans necem, debet restituere fructus per-
ceptos,dict.l.hæredes, & communiter, ibid.Dd. vt
testatur Paca in d.cap. 39. quia post moram malæ fi-
dei possessor effectus est,imo etiam quos percipere
potuit,Alex.ibid. & si fiscus nollet habere hæredi-
tatem,forte quia non esset soluendo,tunc hæres te-
netur præstare legata & omnia, l.50.ff.de legat.1.

3 Quæro, si fiscus ab indigno cæpit hæreditatẽ,an
ille teneatur vindicare necem defuncti? Resp. glos.
in l.recusare,§.si fisco, in ver.vindicauit,ff.ad Treb.
quæ non est alibi secundum Nicola.de Neapol.teste
Alex.in l.sororem. C. de his quibus vt indign.tenet
quod fiscus non obligetur vindicare necẽ defuncti:
quamuis textus ille loquatur de fisco occupante bo
na vacantia, quo casu non tenetur ad onera iuxta
Bellaperti. & Imol. in l.quidam testamento,§.quo-
ties, ff. de legat. 1. per regulam in l.eam quam,C.de
fideicom. Rich. Malum.& Cyn.in l. vnic.§. penult.
C.de caduc.toll.Ioan.Fab.in §.1.Instit.de eo cui lib.
caus. bona.Bartol.in l.1. ff.de vulg.& pupill.glossam
tamen illã singularẽ in terminis, vt testatur Iohãn.
in l.1.c. de his quibus vt indig. sequuntur omnes in
d.l.recusare.

4 Quæro, si maritus non vindicauit necem vxotis,
an dos,quàm lucratur ex pacto vel statuto, auferatur
ipsi vt indigoo? Resp. textus est espressus in l.ei qui
mortem, ff. de his quæ vt indign. vbi gloss. Bart. &
Alexand.ad Bartolum eum aliis Dd.idem tenent &
Bald. io l.sequens gradus, ff. ad S.C.Syllanian.

5 Quæro, num minor debeat accusare occisores
defuncti. & sic vindicare necem eius?Respõd.quod
non, quia locus ei non est in criminali iudicio,& de
isto est textus in l. minoribus, C. de his, quibus vt
indig.cumque firmant gloss.& communiter DD. vt
testatur Anton. Gomez. variar.resolut. C.de homi-
cidio,n.53.cõmu.dicunt Alexand.& Iason in l. si ea,
C. eod. nec hæreditate priuatur, licet maior factus
non prosecutus sit vindictã,quia secundum glossam
in d.l.minoribus,initium inspicitur: cum gloss.sen-
tiunt Bart.Bald.Angel.Salic.& alij communiter,quã
communem quoque fatetur Gomez. in d. cap. sed
contrarium seruant Petr.Cyn.& Oldr.quorum opi-
nio communiter est reprobata, velut asserit ibi Ia-
son num.6.& valde mihi placet,quod Alexand. pro
gloss.refert: appellationem ab aduersario interpo-
sitam minor habet prosequi pietatis officio,nõ ne-
cessitatis causa.

6 Quæro,num quoque parcatur rustico & ignoran
ti? Respond.Castrens. in l.final.C.de his quibus, vt
indign. negat istis parci, si non vindicauerint necẽ
defuncti, quem malè dixisse arbitratur Alexand. in
d.l.minorib.& contra expressum textum in l. 3.§. si
quis ignorans, verb.imperitiam. ff. ad S. C. Sylla-
nian.sed de ignorante Alexand.mihi placet opinio:
de rustico verò, quem etiam natura ad vindictam
benefactoris armat. Castrensis amplector senten-
tiam.

Quæro, an filius occisoris necem defuncti vlcis- 7
ci debeat? Respood.quod non, nam accusare patrẽ
nemo compellitur, quare neque necem vindicare
cogetur, text.est in l.filius. ff. de condit. institut. ita
tenet Ioan. Andre.in addit.ad Specul.in rub.de suc-
ces.ab intest.Alb.in rubr. C. de his quibus vt indi-
gn.Iason.in l.1.C.eod.Petr.Placa,c.39.num.24.in e-
pit.delictorum.

Quid si hæres accusans non posset probare deli- 8
ctum?Respood. tunc non priuatur hæreditate,fecit
enim quod potuit, nec vlla negligentia potest illi
imputari, l. cum fratre, l.si ideo,C. de his quibus vt
indign. idem est si occisores non potuit reperire,
vt notat gloss.& communiter DD.ibid.

Sed an teneatur appellare à sententia? Respond. 9
gloss. Bartol.Alexand. affirmant, contrarium seruãt
communiter DD.in l.properantem,§.fina.ff. ad Syl
lan. vt testatur Ant.Gomez.variar.resolut. c.de ho-
micid.num.53.

QVAESTIO XXIX.

SVMMARIA.

1 *Num hæreditas nondum vindicata nece defuncti, pos-
sit adiri.*

2 *Quid si hæres sciptus à consanguineo, vel alio fuerit
præuentus.*

3 *Quando igitur constituetur in mora ille, qui non vin-
dicat necem.*

4 *Quid si hæres,non vlta nece defuncti ante aditionem
moriatur,num transmittat.*

IVxta dicta, quæro, an hæreditas nondum vindi- 1
cata nece defuncti possit adiri? Resp. homicidiũ
factum est à familia, siue clam siue palam, tum hæ-
reditas non potest adiri, priusquam torti sint serui,
l.si quis,§. quod ad causam, ff. ad Sylla. vbi gloss. &
communiter Dd.& præcipuè in l.si ea,C.de his,qui-
bus vt indign. aut factum est ab extraneis, & ne-
sciuntur homicidę,tunc potest aditio fieri,& postea
vbi innotuerint occisores,vltio. tex.est in l.cum fra-
trem,eod.vbi gloss. quam ibi communiter sequun-
tur Dd.quamque Alexand. magistralem agnoscit &
nominat in d.l.si ea.

Quid si hæres scriptus à consanguineo, vel alio, 2
fuerit pręuentus in vindicanda nece?Resp.quod nõ
priuetur hæreditate, si alius præuenit antequam in
mora fuit constitutus, textus est in l.sororem C. de
his quibus,vt indig.vbi gloss.magistr. Bar.Alexand.
& alij DD. vt testatur Iason. ita tenet quoque Ale-
xand.in consulendo consi.64.lib.3.ac simile habui-
mus superius in matre, quam alius præuenit in pe-
tendo filio pupillo tutorem.

Quando igitur constituetur in mora? Respond. 3
Bartolus in l. in cognitione, ff. ad Syllan. & Bald.
atque Salic. in l.hæredes, C. de his quibus vt indi-
gn.volunt. hæredem statim constitui in mora,quã-
primum elapsum est tempus, quo potuit vindicare
quoniam vt illi aiunt, in maleficiis negatiuis non
est necesse, vt exspectetur donec quis desinat face-
re, sed sufficit exspectasse, quamprimum fieri po-
tuerit.

Contrarium verò quod ante monitionem non
committatur mora tenet Innocent. c. extirpandæ,

§.quia

§. quia verò. de præbend. & tex. est in c. excommunicamus, §. moneantur de hæret. & ait Inno. vbi imponitur pœna pro facto negatiuo, nullo apposito tempore, nunquam committitur pœna absque monitione. Cum hac opin. transeunt antiqui plurimi, & recentiores omnes, vt testatur Alex. in l. ita stipulatus, nu. 13 ff. de verb. oblig. ab hac monitione autem non est exspectandus annus, vt traditur in auth. hoc amplius, C. de fideicommiss. sed sufficit transire tempus, quo vindicare necem defuncti potuit, non quo desiit, vt ait gl. hæred. C. de his quib. vt indig. quam dicit Bart. meote tenendam, Alex. verò auream nominat, atque ita huic quæstioni accommodat commodissimè.

4 Quid si hæres interea temporis, non vindicata nece defuncti, moreretur? Respond. quòd non noceat hæredi, licet hæreditatem non adiuerit, si legitimè tardatus fuit: sed hodie eam transmittit ad hæredes etiam non aditam, licet olim secus esset, textus est in l. cùm Syllanianum, C. de his quibus vt indignis, vbi gloss. Bartol. Alexand. Iason & alij communiter Dd. qui etiam magis communiter volunt, vt testatur ibid. Alexand. quòd propter illam adeũdi moram legatariis fructus debeantur ante hæreditatem aditam, cum alias nonnisi post aditam soluendi sint. l. Herennius, qui alias incipit fructus cum gloss. ff. de vsu & no.

QVÆSTIO XXX.

SVMMARIVM.

Num liceat transigere de nece defuncti.

1 DIctum est, quod hæredes teneantur necem defuncti vindicare, sed videmus quotidie quòd non solum hoc omittatur impunè, sed etiam quod sæpius de homicidio cum interfectore transactio fiat ab hæredibus. Quæro igitur an hoc liceat? Respond. quod reo liceat, tenent omnes Dd. indubitanter, in l. transigere, C. de transaction vbi dicitur, quod transigere de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non sit, in aliis autem publicis criminibus, quæ sanguinis pœnam non ingerũt, transigere non liceat, citra falsi accusationem, ad ditque Andr. de Gandin. in tractat. de malefic. titul. de transaction. & pactis in malefic. ex Iason. & aliis Dd. hanc rationem, quia vnicuique licet redimere sanguinem suum, l. 2. ff. de bon. eorum, qui sibi mort. consciu. Sed de accusatore, vt in nostro casu, dubium est. in quo gl. dicit, in dict. l. transigere, quod accusatori prohibitum sit transigere: glossamque tenent communiter Dd. vt testatur ibi Bartol. qui tamẽ ipse cum aliis, vt asserit Iason & ibidẽ contrarium tenet, quoniam eadẽ ratio, scilicet pœna sanguinis hic militat, tam in actore, quàm in reo. l. fi. C. de accus. quæ in lege dicitur, quod accusator, nisi probet accusationem, debeat simile pœnã pati: quare dictum glossæ supra relatæ violaret textum indistinctè loquentem, & maximè cum transactio dicatur ex parte actoris, & non rei, vt notant Dd. in l. 2. C. de transaction. vt ibi num. 10. argumentatur Alexand. Bartol. porro in dict. l. transigere, concludit, quod si accusator desistat ab accusatione incepta, atque transigat non impetrata abolitione, & facultate à iudice, incidat in Senatusconsultum Turpillianum, quod punit discedentem quinque libris auri fisco applicandis, l. 3. de præuaric toribus. l. 1. §. si quis autem, ff. ad Turpillian. dicta lege ab accusatione.

Quam tamen sententiam, vt hæredes transigere possint de nece defuncti, puto procedere, si verisimiliter ipse defunctus cum homicida transegisset, nempe si non animo proditorio, vel veneno, aut alio modo turpi *Schelmischer weiß*, occidisset, argument. l. cum aliter, & per tot. ff. ad S.C. Syllan. l. 9. C. de his quib. vt indignis. Aliis in casibus non arbitror concessum, quia hæres debet repræsentare personam defuncti, nullóque modo pacem inire cum occisoribus eius, quæ transactio saperet aliàs turpe votum, & captationem bonorum hæreditariorum.

QVÆSTIO XXXI.

SVMMARIA.

1 *An per transactionem magistratui manus claudatur.*
2 *Ad quid igitur prodest, si hoc non potest.*
3 *Num alius vel iudex processum prosequi possit.*
4 *An qui transegit de vulnere, postea ex eo insecuta morte, non obstante transactione, accusare possit.*

1 QVæro, an per illam transactionem ita reus suum sanguinẽ redimat, vt à iudice super eodem delicto puniri nequeat? Respondeo: quod nõ: nam nulla transactio tertio suum ius adimit, neque de illis pacisci licet, quæ ad publicam spectant læsionem, l. 7. §. 14. ff. de pact. ex homicidio autem non solum occisus læditur, & eius hæredes, sed etiam, & & præcipuè, respublica, quæ hoc modo priuatur suis ciuibus, & malo exemplo alij redduntur peiores, l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. & vectigal. istámque opinionem confirmat textus, in l. qui cœtu. §. final. ff. ad l. Iuliam de vi & vi. l. 2. C. de abolition. ita tenet ibi Odofred. Cyn. Bartol. Bald. Salic. & alij communiter Doctores, & hanc communem dicit Andr. de Gandin. in tract. de malefic. titul. de transact. & pacis. num. 1.

2 Ad quid igitur prodest illa transactio si quem nõ potest liberare à pœna? Respondeo: ad hoc. ne hæredes, quibus competit actio, agant, aut vt processus irritetur, nulla enim transactio fit de eo, quod suum non cernit commodum vel incommodum. in præiudicium siquidem alterius transigere non licet, expressa vt intra habet. Partibus verò nihil aliud datur, quã accusare & accusari, quare quoque alius effectus nõ erit transactionis super crimine, & illud est de opinion. commun. omnium Dd. in dict. l. transigere, qui addunt alios duos effectus vel potius adiuncta. 1. Quod reo transigenti non ita imponatur pœna, quæ imponi solet corrumpenti accusatorem, l. Imperatores, ff. de iur. fisci. 2. Quod reus transigens super crimine capitali, non habeatur pro confesso, sicut aliàs habetur, quando de crimine sanguinis, pœnam non ingerente, transigit, l. fin. ff. de præuaricat. l. eius, qui delatori, ff. de iur. fisci.

3 Quæro, an alius vel iudex, qui potest non obstante transactione, reum accusare vel ad pœnam procedere, possit processum prosequi, vel an debeat de nouo accusationem instituere? Respond. Bartolus ait in d. l. transigere. numer. 8. quod alius de eodem crimine possit accusare de nouo, nouumque processum inchoare, veterem autem processum reassumere nequeat, & hæc Bartol. verba intelligit Alexand. ibidem nu. 10. de delictis super quibus non licet transigere, in cæteris vero aliud existimat, ex communi Doctorum sententia, præsertim

modernor. in cap. 1. de coll. detc. Sed à Bartol. opinione contra Fulgos. ait non esse tutum discedere, propter authoritates tantorum virorum, quam cōmun. fatetur Anton. Gomez. in tractat. variarum resolut. c. de homicid. num. 55. qui tamen sic distinguit, quod post 30. dies à trāsactione elapsos, ab alio vel iudice non possit reassumi vetus processus, sed nouus institui debeat, intra triginta verò dies bene possit, quanquam ex consuetudine semper quis possit prosequi priorem processum.

4 Quæritur si quis transegit de vulnere, an postea insecuta ex illo morte, possit acusationem instituere, tanquam de re non transacta? Vulgaris & disputabilis est quæstio. Romanus consi. 449. dicit, quod facta pace super delicto, licet sit facta mentio de qualitate, nempe de vulnere, tamen etiam de morte facta intelligitur. Contrarium tamen decidit Gui. de Suza. & communiter alij Dd. vt testatur Andr. de Godin. d. tit. de transact. n. 15. quia pactum vel trāsactio super vulneribus mortiferis, non nocet in accusatione de morte, quoniam factum in vna re, in alia non præiudicat, l. scimus, §. inde ff. de pact. & transactio stricti iuris est, quæ non plus complectitur, & concludit, quam expressum est. Duplex itaque actio nascitur in tali casu, vna de vulnerato, altera de occiso, quarum neutra alteram tollit, l. si vulnerato, seruo, ff. ad l. Aquiliam.

QVÆSTIO XXXII.

SVMMARIVM.

Quando transactio super crimine fieri possit.

1 QVæro quando transactio super crimine fieri possit? Respond. tantum ante sententiam, quia post eam latam res censetur liquida, iuxta textum & Dd. in l. eleganter, §. si post rem iudicatam, ff. de condict. indebiti, super certo verò & liquido transactio non fit, secundum textum expressum, & communem Dd. sententiam, in l. qui transegit, ff. de transactio, & l. cum te, Cod. eod. vt ibi testatur Alexand.

QVÆSTIO XXXIII.

SVMMARIA.

1 *Pupillus an possit cum authoritate tutoris pacem facere cum interfectore patris.*
2 *Nunquid spurius patris vlciscatur necem.*
3 *Qui veniant præferendi, consanguinei vel extranei, quid item in vxore.*
4 *Si plures fuerint hæredes, an omnes proximiores debeant consentire in transigendo super nece defuncti.*

DIctum est, hæredes posse pacem cum homicida facere, quæro, quid si illi fuerint pupilli, nũ possint cum authoritate tutoris? Respond. Quod sic: ita tenet Iacob. de Aren. Cyn. Bald. & alii. in l. 1. C. de restitut. in integr. Speculat. in tit. de de homicid. versic. illud autem, Salicet. Castrens. cum cæteris, in l. pactum. C. de pact. quod sine omni distinctione admittitur, siue mors patris sit notoria, siue non, seu subsit metus de pupilli vita, seu nullus, secundum magis communem opinionem, vt tenet Ioan. de Amicis consi. 88. 1

Quæro num filius spurius possit facere pacem cum occisoribus patris sui. Resp. Angel. in tractat. de malefic. verb. comparent inquisiri, column. 4. ex Salic. & aliis Dd. tuetur negatiuam. Bartolus verò l. secunda, ff. de accusat. Angel. l. 1. ff. eod. affirmatiuam tenent, quod scilicet spurius possit accusare mortẽ patris, & tanquam suorum prosequi iniuriam, quoniam in illis, quæ sanguinem concernunt, habetur pro filio, arg. l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusa. quā sententiā cum Gomez. puto amplectendā. 2

Quid si concurrant hæredes extranei cum cōsanguineis. Respond. Vt hi in accusando præferuntur, ita etiam in transigendo anteferendi sunt, quemadmodum concludit Ripa in l. 4. §. Cato, ff. de verbor. obligat. quod Anton. Gomez. in dict. c. de homicid. numer. 64. in practica reputat notabile, cum quo & Padil. in d. l. transigere, C. de transactio. vxorem defuncti omnibus aliis præfert, quoniam vna caro cum marito dicitur à Saluatore nostro & Apostolo Paulo, Ephes. 5. versic. 29. 3

4 Quæro tandem, si plures fuerint hæredes scripti, vel ab intestato succedentes, an omnes in transactione hac consentire debeant? Respond. Hunc articulum nominat Ant. Gomez. in d. c. de homicid. num. 63. quotidianum & difficilem, eumque doctè disputat. affirmatiuamque contra magis communẽ, teste Aret. in l. pro hærede, §. fi. ff. de acquir. hæred. & aduersus alios Dd. Doctorumque rationes, quos ibi recenset plures, defendit, quod scilicet omnes consentire debeant. Iniuria namque singulis facta existimatur, vnde & singuli accusare tenentur, vel hæreditate priuandi veniunt, si delictum tale est quod neque occisus remitteret.

ARTICVLVS.

Executores vltimarum voluntatum.

Solent illi, qui rem & mandata sua anxiè cupiunt effici sæpius ea iterare, vel pluribus cōmendare: ita nō rarò, vltima qui condunt elogia, cum comminatione ac pœnæ adiectione hæredem monent atque iubent, supremam suam voluntatẽ, cuius iterũ non rerit arbitrium, vt faciat: interdũ etiā Superintendẽtẽ quasi adiungit, qui hæredẽ, vt iussa capessat, hortetur, vel illo negligẽte in suo officio, aut non valẽte, hic exequatur, vnde vltimarum voluntatum executores nominati sunt, tale qui munus gerunt, ad similitudinem eorum, qui sententias iudicum executioni tradunt. Horum officium quia vtile est Reipublicæ, cuius maximè interest suprema hominum iudicia seruari, & necessarium in seculo hoc prauo & auaro, visum est materiæ de successionibus, illud ad finem adiicere, & præcipuas aliquot quæstiones, ad eius explicationem facientes, dissoluere.

QVÆSTIO I.

SVMMARIA.

1 *Quis sit executor.*
2 *Executores vltimarū volūtatū variè appellātur: Executores dicūtur diuisores, distributores, dispensatores.*
3 *Nonnunquam dicuntur ministri.*
4 *Item negotiorum gestores.*
5 *Qui sint executores testamenti legitimi datui.*
6 *Quis sit legitimus executor, nullo in testamento dato.*
7 *Quis propriè dicatur datiuus.*
8 *Vsu consueuit, vt omnes dicantur testamentarij.*

Nunc



1 VNC videndum de vltimarum voluntatum executoribus: quæro igitur, quis sit executor, seu commissarius vltimarum voluntatum? Resp. Communiter à Dd. definitur quod sit is, qui testatoris debet curare adimpleri voluntatem. Specul. sub tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. 13. vers. in princip. probatur, extra de testament. c. tua, & c. Ioã. & in decret. Innoc. 4. extrauagant. eod. tit. c. Ioan. frangepanẽ, in princ. Et hanc eandem definitionẽ videtur amplecti Bart. consi. 142. in princ. Oldendorp. in suo tractat. de execut. vlt. vol. tit. 1. in princ. Dissentit Ioan. Iacob. à Canib. eodem tract. part. 1. n. 5. cui nimis videtur angusta. Saluari tamen supra dicta nostra definitio potest, latè accepto vocabulo voluntatis. Nam & is, qui cæteris communicare consilium suum, & adhortari iussus est, voluntatem adimplere dicitur.

2 Varijs autem nominibus à varijs executores appellantur: sic ab effectu sæpius dicuntur diuisores, frequenter distributores, item, dispensatores, auth. vt liceat matri vel auiæ, §. 1. colum. 8. c. dispensatio, distinct. 43. Melior text. in l. pecuniæ, ff. de alim. & cibar. legat. & ibi Roger. Specul. d. §. nunc verò aliqua, in princ. Oldendorp. d. tract. tit. 1. de Canib. ibid. part. 1. nu. 8. & seq.

3 Dicuntur etiam à nonnullis à simili ministri, per id, quòd illis ministerium committatur, l. si quis Titio decem, ff. de legat. 3. & ibi comm. Dd. Specul. & de Canib. d. loco.

4 Nonnunquam negotiorum gestores vocantur, quod tamen multis reprobat Spec. d. §. vers. de executore, & vers. ad secundum. Alij aliter, de quibus beneuolus lector videat latissimè Speculat. sub tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua. Ioan. Iacob. à Canib. & Oldendorp. in d. locis. & omnium latissimè Benedict. de Capra eodem tract.

5 Genera executorum tria sunt: Testamentarij, quos ipse testator in testamento suo elegit: Legitimi, quos lex deficiente testamentario suppeditat: & Datiui, qui dantur à magistratu. l. 3. ff. de alimen. & cib. lega. Spec. d. §. nũc verò aliqua, in prin. Oldẽdor. tit. 3. in prin. de Canib. ibid. n. 23. cũ trib. seqq. differit Iacob. de Aret. in l. id. quod pauperibus, de episcop. & cler. qui, vt refert Ioan. Aret. in addit. ad Speculat. putat, datiuos commissarios non reperiri, superiorum tamen tenet opinionem Ioann. Blanc. de Marsil. quam sequitur Speculat. dict. loco, versicul. datiui, & eam de iure veriorem dicit à Canib. d. loco.

6 Hinc quæri potest, quis sit executor, nullo in testamento nominato? Resp. quòd hoc in casu hæres sit executor, non enim præsumitur, alium voluisse nominare executorem quàm hæredem institutum, nisi ex verbis vel coniecturis aliud ostendatur. Alciat. in l. cum filiofamilias, nu. 1. vers. sed cum ab aliquo, de legat. 1. Mantic. lib. 4. coniectur. vlt. volunt. c. 3. in fin. c. 3. de testam: vide Corne. consil. 76. num. 12. vol. 4. idem dicit Alban. in d. c. 3. quem sequuntur Couarr. ibid. num. 11. Roland. 1. part. flor. sub rubric. 40. in princ.

Hoc tamen fallit in relictis pro redimendis captiuis, cuius executio, nullo in testamento executore nominato, pertinet ad episcopum, §. si quis ad ædificationẽ, & §. si quis autem pro redemtione, in auth. de eccles. tit. & not. post Abb. Couarr. dict. c. 3. nume. 8. de testam. Mantic. lib. 3. c. 1. nume. 22. Roland. d. loco. num. 6.

7 Et quamuis, largè loquendo executor datiuus dicatur etiam, qui in testamento vel lege datus, strictè tamen loquendo, is propriè datiuus est, qui per iudicem, seu alium quẽlibet hominem iurisdictionem habentẽ, datur. distinct. 58. §. fi. l. 3. ff. de alimẽt. & cib. legat. l. 1. & 3. ff. de tutor. & curat. dando, Barthol. Nanius in c. religiosus, de testam. lib. 6. quos sequi mihi videtur Speculat. dict. §. nunc verò, versic. datum, cum quo omnes ferè consentire affirmat Benedict. de Capra in suo tract. memb. 8. n. 103.

Vsu autem longo introductum est, vt omnes hos 8 vltimarum voluntatum executores vno verbo nominemus testamentarios, Oldendorp. in princ. dict. tract. & idem hoc frequenter fieri testatur Specul. d. §. nunc verò, ab initio.

QVÆSTIO II.

SVMMARIA.

1 *Executores qui esse possint.*
2 *An Episcopus, Archiepiscopus, & primates.*
3 *Num possint esse in relictis ad pias causas.*
4 *Quòd indistinctè in omnibus vltimis volũtatibus procedit.*
5 *An Abbas vel alij prælati.*
6 *Quid si prælatus sit subiectus Episcopo.*
7 *Prælatus non habens iurisdictionem episcopalem, potest compellere executores ad exequendum.*
8 *Monachus non potest esse executor sine consensu superioris.*
9 *Si religiosus, non tamen ex ordine minorum non accepta venia executionem susceperit, an valeat quod gesserit, & seq.*
F. *Idem est in religioso ex ordine minorum.*
10 *Actus factus contra prohibitionem iuris, est nullus.*
11 *Monachi ex ordine minorũ arcentur ab hoc officio.*
12 *An possint dare consilium executoribus.*
13 *An gesta absque illorum consilio ab executore sint rata.*
14 *An possit illis committi ius eligendi pauperes.*
15 *Electio potius in facto, quàm iure consistit, & fieri potest ab eo, qui executor esse non potest, ibid. An possint eligere executores.*
16 *Quid in fratribus mendicantibus.*
Quando exequi possunt.
17 *An bannitus exequendi munus possit suscipere.*
18 *An collegium exequi queat.*
19 *An minor 25. & maior 17. annis dari possit.*
20 *Minor 25. non est legitimus moderator bonorum suorum.*
21 *Minor non habet legitimam personam standi in iudicio.*
22 *Non potest esse procurator.*
23 *Minor potest postulare in iudicio.*
Vbi eadem ratio, ibi idem ius.
24 *Consuetudo est optima legum interpres.*
25 *Mulier an dari possit executrix.*
26 *Mulier non amittit hoc beneficium.*
27 *Etiamsi ad secunda iam transeat vota.*
28 *An possit esse executrix in iudicus.*

EXecutores vltimarum voluntatum esse possunt 1 omnes, qui iure expressè non prohibentur, tam clerici, quàm laici, c. Ioannes, & c. tua, extr. de testamen. lib. 6. c. cui generaliter, §. de procurator. lib. 9. Zabar. & Bart. in c. religiosus, de testã. Spec. d. tit. de instrum. edit. §. nunc verò. vers. 7. cum aliq. seq. Pyrrhus in consil. Aurel. c. 17. Didac. Couarr. in c. tua, de testam. & ita communiter Dd. concludere refert. Bened. de Capra. in d. tract. memb. 2. nu. 3.

Hinc quæritur, an Episcopus, Archiepiscopus, 2 & primates, deficiente testamentario, aut eo

non exequente, seu exequi nolente, executores esse
& constitui possint? Resp. Diuersæ hoc in casu Dd.
sunt opiniones. Sunt qui affirmatiuam sententiam
restringere conantur, vt solummodo procedat in
iis, quę relicta sunt ad pias causas. Spe. d. §. nūc verò,
vers. de episcopo autem, Bart. in c. religiosus, de te-
stam. lib. 6. quem refert Alex. ad l. qui liberis, §. hæc
verba, num. 8 ff. de vulg. & pupill. substit. & refert
Pyrrhus d. c. 17. vide Bald. in l. vnic. C. quand. non
non petent. col. vlt. Paris. consil. 35. nu. 19. part. 4.

4 Sed verius est, quòd indistinctè omnium vltima-
rum voluntatum executores esse possint: tex. c. Ioā-
nes de testam. lib. 6. d. c. religiosus: & tenet Paul. &
Aut. in clem. vnica, eod. tit. Ant. d. c. Ioannes. hánc-
que communiter à Dd. esse receptam, author est
Bened. de Capr. memb. a. & confirmatur vlterius
per Ioan. Iac. de Canib. part. 1. n. 42. qui superiorem
opinio. ab omnibus repudiatam ibid. affirmat, Ioā.
de Imol. in c. nos quidem, nume. a. vers. nota argu-
mentum, & c. si hæredes, n. 2. & glo. in verb. ab epi-
scopo, Panorm. ibid. n. 7. vers. venio ad tertium, ext.
de testam. & hanc esse magis commun. refert Alex.
in cons. 239. nu. 12. in 6. vol.

5 Vlterius hîc quæritur, an Abbas, vel alij prælati
possint munus hoc suscipere? Dic, quòd possint:
quia procuratores constitui possunt, c. cōtingit, ext.
de transact. c. sopitæ, de censib. & est text. iuncta in-
scriptione in c. per venerabilem, qui filij sint legi-
timi: & facit quod not. in c. nostra, de procurator. af-
firmat Frider. de Sen. consil. 163. argu. c. exposita, ext.
de arbit. & c. quoniam, de offic. delega. eámque te-
net opinionem Ioan. And. glo. c. fin. extr. de testam.
Ioan. à Canib. part. 1. nu. 35. habet enim sæpissimè e-
piscopalem iurisdictionem, vt notatur in c. auditio,
de præscriptio. cap. accedentibus, de except. prælat.

6 De prælatis tamen hîc obseruandum quòd eæ-
qui bene possint vltimam defunctorum voluntatem
modò non sint subiecti episcopo, sed ab eo exem-
pti simul cum his, qui illius subsunt iurisdictioni,
per c. quamquam, de vsur. in 6. iuncta gl. verb. loco,
& Franc. Domin. adde Card. in clem. 1. titul. 8. & ita
cōmuniter Doct. concludūt in c. Raynal. ext. de test.

7 Et quamuis prælatus non habens iurisdictionem
episcopalem, non potest ipse exequi testamentum,
compellere tamen executores ad exequendum po-
test, gloss. in d. c. quanquam, de vsur. in 6. & ibi Frāc.
ac Domin. & communiter Dd.

8 De monacho, quòd non possit esse executor, si-
ne consensu & venia superioris, est text. in c. a. de
test. in 6. & clem. 1. eod. Oldend. tit. 4. in princ. Co-
uarr. in c. tua, in princ. de testam. adde Ioann. And.
in addit. ad Speculat. ibid. & in c. fin. extr. de testa-
mentis, & ibi gloss. idem tenet Barbat, in c. Ioann.
eod. tit. vide tamen Speculat. vers. simplex Mona-
chus, 70. §. nunc verò aliqua. de instrum. edit. quem
sequitur Ioan. Iacob. à Canibus part. 1. nu. 29. cum a-
liqq. seqq. qui aliquo modo dissentire videtur.

9 Hinc quæro, si religiosus, non tamen ex ordine
minorum, nō accepta venia à superiori, munus hoc
exequendi suscipiat, an valeat quod per eum est ge-
stum. Quòd valeat, respōdet Feder. consil. 293. circa
fin. modò superior non contradixerit: idem tenet
& sequitur Rom. cons. 49. col. a. & in sign. 242. ean-
dem amplectitur sententiam Dec. in l. in ambiguis,
§. non est, ff. de reg. iur. Fel. in c. a. column. 1. de iudi.
Idémq; hoc etiā obseruari in religioso ex ordine mi
norum communi Dd. calculo, receptum, dicit Dec.
consi. 494, colu. vlt. & consi. 499. nu. 12.

Ego tamen mallem ab hac opinione, quamuis 10
sit communiter recepta, recedere: actus enim regu-
lariter factus contra iuris prohibitionem, ipso iure
est nullus, l. non dubium, C. de legib. & sequitur
Franc. in c. 2. in prin. de test. lib. 6. per illum textum,
ibi (religiosus executor esse non potest) quæ verba
actum in contrarium gestum, ipso iure nullum es-
se, manifestè declarant gloss. in reg. 1. de reg. iur. in
6. quæ cōmuniter ibi recepta. & in l. Gallus in princ.
ff. de lib. & posthum. Decius d. cons. 494. & 499.

Hi verò Monachi qui sunt ex ordine minorum, 11
planè abarcentur officio, ita vt etiam cum superio-
ris consensu hoc fungi non possint. clem. exiui de
Paradiso, §. verum, & ibi glos. de verbor. signific.
Bal. in auth. ingressi. & auth. si qua mulier, C. de sac.
sanct. eccle. Alexand. consil. 199. lib. primo & 2. &
cons. 80. col. 5. & refert Ias. in l. 1. §. item acquirimus,
ff. de acquir. poss. n. 51. Fel. c. fin. Ioan. Dilect. de ar-
te testa. c. 7. in princ. Io. à Canib. p. 1. nu. 39. Cou. in c.
tua de testamētis, n. 1. Nicol. Euerhard. cōs. 167. n. 17.

Consilium tamen dare vltimarum voluntatum 12
executoribus, non prohibentur, d. clem. exiui, §. ve-
rum. & ibi Dd. Couar. c. tua. de test. in 6. Ioan. Di-
lect. de arte test. caut. 7. nu. a.

Gesta tamen ab executore, non requisito consi- 13
lio religiosi qui executor esse non poterat, nihilo-
minus valent, l. quidam decedens, & quæ ibi not.
à Bartol. ff. de admin. tut. & l. 1. §. si plures, ff. de e-
xerc. actio. Alexand. consil. 57. perspectis, col. 3. lib.
a. Bald. in Rub. C. de Inst.

An autem his etiam possit committi ius elegendi 14
pauperes, quæro? Resp. affirmat Bart. in l. cum pa-
ter, §. hæreditat. ff. de legat. a. & in tract. min. lib. 3.
c. 4. sunt enim facti potius, quàm iuris, quæ fieri pos
sunt etiam per eum qui huius muneris capax nō est,
Bart. ibid. per d. l. cum pater, §. hæreditatem l. ex fa-
cto, §. si quis rogatus, ff. ad Treb. Rom. cons. 409. co.
2. Salic. in l. 1. C. de hæred. inst. Ias. in l. 1. §. item acqui-
rimus, ff. de acqui. poss. n. 51. Paul. & Io. de Imol. in d.
l. cum pater, Pet. de Ancb. consil. 41. num. 8. Alex. in
vol. 2. cons. 57. n. 8. Couarr. in c. tua, n. 2. de test. & hāc
dicit com. Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus. ff. ad
Treb. Dissentit Card. in d. clem. exiui, Dominicus
de sancto Geminiano in c. 1. col. 2. de testa. Bald. in
auth. ingressi: C. de S. S. eccles. & in d. l. id quod paupe
rib. hácque veriorem dicit Rip. d. §. n. 5. Anch. ibid.
n. 23. Dominic. & Franc. in c. 2. de test. in 6. Barbat.
latè in cap. tua nobis, col. 4. & 5. eod. & hanc esse cō.
inquit Barba. ibid. numer. 9. & dicit receptiorem
Duen. regula 181. ego tamen opinor à priore non es
se recedendum.

Idem etiam procedere, in electione executorum, 15
facillimè affirmarem, quamuis Dom. & Franc. in d.
c. 2. contrarium teneant per hoc, quòd executor de-
bet esse certus, Ioan. And. & Dd. in c. circa fin. de
procurat. in 6. quæ mihi non videtur satis sufficiens
ratio, quoniam certitudo hîc in alterius confertur
voluntatem. Paul. Castr. in l. 1. colum. penult. ff. de
procurat. Bal. in d. l. id quod pauperibus.

Quæro an idem quod in religios. ex ordine mino
rum, obseruetur etiam in fratribus mendicantibus? 16
Resp. quod sic, per text. in d. clem. exiui de Paradiso,
de verb. sign. Bar. Nanius de Perusio & Fran. Zabar.
cum quibus cæteri communiter transeunt, vt refert
Benedict. de Capra memb. 2. numer. 11. Diss. Bald. in
dict. l. id quod pauperib. quæst. 7. part. princ. per
cap. fin. de test. & ibi gloss. & sequitur Ludou. in
suo consil. 235. & ita tenuisse ait Feder. de Sen.
cons.

conſ. 99. qund ſæpius approbaſſe referentem dicir Ant.de But.quē allegar. Ioā.à Canibus d.loco,n. 27.

Fallir tamē ſi adminiſtratio nudis verbis expediri poſſit, & cōmodè ſeparationē patiatur,nūc enim mendicans rectè hoc adminiſtrare munus poreſt, c.non ſatis.diſtinct.90.arg.l.vtile ff.de reg.iur.quod & velle videtur Bart.c.relig.de reſt. in 6. & ibi Nanius de Peruſin & cæteri modo allegati, quibus cōmu.DD.adſtipulari rradit idem Capra ibid.

17 An bannitus poſſit eſſe execuror, quæri etiam ſolet, qaoniam non habere videtur ſuo nomine actionem, l. tutela, §. ſi libertate, ff. de capit. dimin. Reſp.generaliter oon poſſunt exequi, maximè ſi aliquid iuris ſapiant executiones, ad actum tamen nudi miniſterij, puta, quoad declararionem vel executionem aliquam faciendam executores eſſe poſſunt, l. ex facto. §. ex facto. & ibi Iac. de Arma, &. Bart. ff. ad S. C. Trebell. & idem in l.cum parer, §. hæreditatem, ff. de legat.2.Bald.in l. id quod pauperib.de Capr.memb.2.num.20.& hæc eſt communis DD. opinio.

18 An collegiuoi rectè hoc officio fungi poſſit à nullis in dubium vocatur? Affirmatur per Bald. in l.id quod pauperib.q.6 part.2.principal.Card. Ioā. And.Anch. in c.Ioannes.Abbas ibid.colu.3.Calder. cnnſ. 12.& ita commun. Dd. ſtatuere dicir Card. in clem. vnic.col.3.idem affirmat Francis.Paui. de poreſta.c.ſede vacante, 2.part.q. 7.& Barbat. d.c.Ioānnes,nu.15.licet ab ea receſſerit Ioan.à Canib. part.1. nu.50.hancque de iure veriorem ac receptiorem refert Benedict.de Capra? memb.2.num.3.

19 De minore 25. & maiore 17. annis maior inter.
Dd.eſt dubitatio. Negatiuam defendentes ſenten-
20 tiam mouentur his rationibus: I. quia inconueniés
ac indignum eſſer, vt is aliorum ſit gubernator, qui
ſui ipſius non eſt legitimus defenſor, ac rerum ſua-
rum moderator, l.fin.C.de legit. tut.§.minores autē
25. anois. Inſtit. de excuſat. tut. II. quia non habet
legitimam perſonam ſtandi in iudicio, quod ſæpiſ-
21 ſimè tamen contingit in executore, l.exigendi, C.de
22 procur.& toto tit.C.qui legit. perſo. III. quia non
poreſt eſſe procurator pro alio in iudicio, c. qui ge
neraliter, §.fin.de procur.lib. 6.l.minor, ff.eod.& eſt
communis D.opinio, teſte Bened.de Capra, reg.61.
nu.2. licet de puncto iutis contrarium verius ſit, §.
iuſtæ autem, Inſtit. quib.ex cauſ. manum. non poſſ.

23 Proinde, quia poſtulare poteſt in iudicio, l. 1. §. initium, 3.de poſtul. atque eadem in aduocato, quæ in procuratore militat, ratio, idem igitur & ius in vtroque ſtatuendum erit arg.l.illud, 32. in princ.ad ad l.Aquil.adde l.exigendi,12.C.de procurat.veriorem tamen ſuperiorem dicit ſententiam Specul. §. nunc verò aliqua, tit.de inſtrum.edit.verſic.quid de minore, Oldendorp. tract.de except.tir.1.ou.3.

24 Affirmatiua tamen ſententia mihi arrider, & veritati magis coſentanea videtur, & eſt rext. in l. à filio,15.ff.de alim.&cib.legat. affirmat gl.in c.religioſus, 2.de teſtam. in 6.nu.6.& ita de conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres, ſemper obſeruari teſtatur Bald.in d. l. id quod pauperib. C. de epiſc.& cler.& poſt eum Rolan.part.1. flor. rubr. 40. num.10.Ioan. Iac.à Canib. in d.ſuo tract.numer.43. part.1.cui aſſentitur Franciſc. de Cald. ad l. ſi curatorem, verb. hunc contractum, numer.41. Cod.de in integr.reſtit.

25 Idem quæritur de muliere? Reſpondet negatiuè gloſſ. in l.tutela, ff.de tutel.& gl. in c. religioſus, de teſta. lib.6 & ita concludit Ioan. gl. per l. cui bonis, ff.de curator. furioſ. vt refert Bald. in d. l. id quod pauperibus, in princ. Dd.per hoc, quia non poteſt eſſe procuraror, vt notat Specul.d. §. nunc vero aliqua, verſic.76.

Sed his omnibus non obſtantibus, dic, quod fœ 26
mina executrix in teſtamēto eſſe poteſt, & eſt text. expreſſus in l.à filio, ff.de alim.& cib.legat.vbi Bart. & Bald.gl.in l. vnica.§, pro ſecundo, C.de caduc.tolle.Bald. in d. l. id quod pauperib.Ang. in l.ſi traiectitiæ, ff. de naut.fœn. Bart. & Dec. in l. 2. de regul. ior. Ioan.And.in addit.ad Specu.vbi hoc ita de cooſuetudine obſeruari affirmat, quod idem dicit Roland.in dicto loco. Petrus Anchor. conſil. 203. vide Alber.l.filium, ff.de opt.leg.colum.1. &l. Titium, ff.de adminiſtrat.tut.& l.filio, §. matri, ff.ſolut. matrimo.Et hæc eſt communi Doctorum calculo recepra, vt referr Couarr.dicto cap.tua,num.3.Socin. conſil.11.nu.9.volum.1.Oldendorp.dicto rractat.ti. 5.& communiter Doctores in cap. 2.de teſtament. lib. 6. & hanc poſt alios dicir communem Benedict. de Capra ad l. qui aliena, §. quanquam, ff. de negot.geſt.

Quod adeò verum eſt, vt neque mulier amittat 27
hoc beneficium executioois, etiamſi ad ſecuoda vota iam tranſeat: & ira tenet Bartol.in dicta l. à filio, Bald. in authent, iiſdem, in fin. C. de ſecund. nupr. & in dicta l. id quod pauperibus, C. de Epiſcop. & cleric. Oldendorp. dicto c.Speculat.& Ioan.And. dicto loco. Nec obſtat qund tutelam amittat, Couarr. dicto c.ou.4.Dec.d.l.2.de reg.iur.& conſi. 91.

Sed an etiam in iudiciis ſir executrix, hic non i- 28
neptè quæritur? Reſpond. Aut eſt executrix ad pias cauſas, vel ſecus: priori caſu mulierem ad hoc officium admitti, notar Angel.in l.fœminas, ff. de procurat. Bal. in dicta l.id quod pauperibus. Decius dicta l. 2. de regul. iur. Leges enim, quibus fœminæ arcentur à iudicio, loquuntur, quando ſuo nomine habent actionem, & volunt fuogi nudo miniſterio, l.qui aliena, §. quanquam, ff.de negotiis geſtis. Secuodum Baldum ibid.cui omnes ferè adſtipulari affirmat Benedict.de Capra ibidem, nu.45.

QVÆSTIO III.

SVMMARIA.

1 *An ſit officium neceſſarium, vt poſſit cogi datus executor ad hoc munus ſuſcipiendum.*
2 *Nemo re integra ad officium poteſt compelli.*
3 *Cauſatiuè cogitur hoc munus ſuſcipere.*
4 *Merus executor non poteſt cogi.*
5 *Si acceptauit merus executor, cogitur ſuſcipe e.*
6 *Si quis præſens electus tacuerit, an cenſeatur munus accepiſſe.*
7 *Conuictus ſi præſens electus tacuerit, tenetur munus delatum acceptare.*

QVæro, an poſſit executor deſignatus in teſta- 1
meoto, ad officium ſuſcipiendum cogi? Reſpond. Affirmat Accurſius in l. nulli, C.de epiſc. & cler.& eum ſecuti, argum.l.alio, ff.de alim. & cibar. legar.& §.generaliter, l.poſſe, ff.ad Trebell. auth. de eccleſ.tit.§.fin autem. & §.ſi quis autem, in fin. Negatiuam tenet Ioan.Andr. Abb.& communiter Dd. in c.Raynald.de teſtam.Bart.in l.1.ff.de lega. 2. & in auth.vt licet matri vel auiæ, in princ.nu. 3. l. Labeo ait.§.rametſi,num.1.ff.de arbit.

Nemo enim compelli ad officium re integra po- 2
teſt, etiamſi ſit pium. Oldendorp. d.tract.ti.7.nu.7. Ioan.de Canib.in princ.d. tract.in fine.

Cauſatiuè tamen cogitur hoc munus ſuſcipere,

ff. de vsufruct. accresc. & dixit in §. ius accrescendi, quæst. Bart. in consil. 147. quē refert & sequitur Ias. in l. re coniuncti, ff. de legat. 3. circa fin. & videtur de mente Specul. d. §. vers. sed nunquid, vbi plures sunt dati. à Canib. §. repetitis, nu. 30. & §. quæro, nu. 11. & seqq. Idem dicit Old. tit. 7. nu. 10. variè varij dissentiunt. Alij eo in casu executionem ad Episcopum spectare censent, alij episcopum alium in locum defuncti debere subrogare dicunt: vt videre est apud Specul. d. versic. sed num, cum seqq. & à Canibus d. §. repetitis, & §. quæro. Idem testatur Roland. in d. rubric. 40. nu. 13. in fin.

6 Secundò fallit, si testator executoribus dederit licentiam in solidum exequendi, argu. d. §. fin. c. religiosus, à contrario sensu, & facit c. si duo, de procurat. lib. 6. §. disponat, c. Rayn. de offic. delega. l. non distinguimus, §. in plures, ff. de arbit. in authent. de nupt. c. vltima voluntas, 13. q. 2. Et hanc sequitur opin. Spec. d. ri. §. nunc verò, vers. notandum quoque, & Socin. cons. 11. circa præsent. & Lud. Calc. d. cons. 102. pro parte, à Canib. d. §. num. 28. & §. quęro, num. 11. & ita omnes respondisse Dd. quos consuluerunt, dicit Ioan. And. & Lap. & Domin. in c. fin. §. 1. de testam. in 6.

7 Tertiò fallit in modo allegato casu, puta, si testator rem certam certæ alicui personæ legauit. tunc vnus solus, quamuis malè faciat, quod non socios conuocauerit, sit executus, valet executio. Speculat. dict. §. nunc vero, vers. quid si plures. Idem tenet Iac. de Aret. vt refert Bald. in d. leg. nulli, C. de episc. & cler. de Capr. dict. loco, nu. 181. vbi eam dicit commun. Dd. sentent.

8 Quæri hîc etiam potest, an executor, cui legatum est aliquid in testamento, possit res sibi legatas reliquis inscientibus acceptare? Resp. quod non: nisi in casu præcedenti, vbi executor absens, & quidem lōgius, vel non vult exequi impeditus, c. fin. vers. sanè, de testam. lib. 6. adde Ioann. Andr. ibid. in gl. super verbo in remotis, & in addit. ad Spec. d. §. vers. sed numquid. vbi plures in magna additione, quæ incipit: Iste vers. Bald. in d. l. nulli. Et quod dixi de impedito, intellige ad longum tēpus, aliàs secus, Ioan. Andr. ibid. vers. nimium differri, adde Bart. in leg. si plures, in princ. ff. de administ. tutel. & in leg. si tibi, §. vnus, ff. de opti. leg. Roland. part. 1. flor. rubr. 40. num. 13. in fin.

QVÆSTIO V.

SVMMARIA.

1 *Intra quod tempus executor vltimarum voluntatum debeat exequi.*

2 *Quando incipiat tempus.*

3 *Si nullum tempus constitutum, sed à iure annus concessus fuerit.*

4 *Tempus an incipiat currere à die aditæ hæreditatis.*

5 *Num hoc tempus currat ignoranti & impedito.*

6 *Sufficit semestre ad exequenda legata, quod cedit à die insinuationis.*

1 QVæro, intra quod tempus executor vltimarum voluntatum debeat exequi? Respōd. aut certum tempus à testatore ad hoc est definitum, & tunc infra illud debet exequi, aut nullum ab eo nominatum, & hoc casu datur annus à iudice hæredi vel executori ad exequendum, l. nulli, C. de episc. & cler. & ibi Dd. adde Bart. ad l. executorem, C. de execut. rei iud. Spec. sub tit. de instru. edit. circa fin. Ioā. à Canib. d. suo tract. de executor. tit. 7. n. 1. & in hoc omnes conuenire testatur ibid.

2 Hîc quæri solet vlterius, quando incipiat hoc tempus à testatore definitum currere? Resp. Dic à die aditæ hæreditatis. Abb. in c. 3. de testam. col. 2. facit l. statu liberos, §. si quis hæredi. ff. de star. lib. Bart. in l. genero. ff. de his qui not. infa. Alex. in l. si mihi & tibi, §. 1. ff. de legat. 1.

3 Sed quid si nullum tempus constitutum: sed à iure annus, vt superius dictum, concessus fuerit? Resp. Diuersæ hîc sunt Dd. opiniones, vt est videre apud Bart. consil. 8. vol. 1. col. 4. & c. 3. extra de testam. nu. 33. qui hunc annū currere incipere putat, à die mortis testatoris, motus per text. in l. regia, 6. tit. 10. part. 6. Sed verius est, quod demum currere incipiat à die monitionis factæ per iudicem, & probatur in c. 3. de testam. & ibi Card. Anch. Abb. & Imol. Bald. in l. id quod pauperibus, n. 11. C. de episc. & cler. Ioan. à Canib. d. tract. part. 2. q. 3. nu. 11. & ita commun. Dd. concludere testatur Bald. d. l. id quod pauper. Abb. consil. 11. vol. 2. & consil. 59. Rocchus de iur. patron. verb. construxit, quæst. 10.

4 Idem obseruatur, si episcopali constitutione annus ad exequendū sit datus, vt scilicet incipiat currere à die aditæ hæreditatis & scientiæ, Abb. c. 3. de testam. vol. 2. Roma. cons. 228. col. 2. ante enim aditam hæreditatem impeditur testamenti executio, gl. in l. qui filio, ff. de hæred. instit. quam dicit singularem Alex. l. 3. col. 1. ff. de legat. 1. & notabilem idem Alex. l. nemo potest, ff. eod. & dicit eam solennem Iaso. in l. eam quam, C. de fideicom. col. 6.

5 Anxiè à Dd. hîc solet disputari num hoc tempus etiam currat ignoranti & impedito? Respond. quod currat, affirmat Bart. in d. l. genero, ff. de his qui not. infam. Bald. in l. fin. §. sed etsi quis, col. 4. C. com. de lega. Specul. d. tit. de instrum. edit. §. nunc vero aliqua, nu. 39. Datur enim in fauorem pauperum, & eorum, quibus aliquid ex testamento est distribuendum, & non in odium ipsius executoris. Card. d. c. 3. de testam. & d. c. quia diuersitatem. col. 2. Barb. d. c. 3. n. 33. & hanc vbique obseruari sententiam affirmat Bald. in l. captatorias, C. de testam. milit. colum. 2. quam sequitur Vasq. de success. resol. lib. 2. §. 18. nu. 112. Negatiua probatur per d. c. 3. ext. de testam. & sequitur Abb. in repet. c. cum esses, de testam. col. fin. Fred. cons. 129. Hostie. Imol. d. cap. 3. col. 3. & hanc dicit comm. Rom. cons. 228. cui assentitur Panorm. c. nos quidem, de testam. & tanquam de iure veriorem eam amplectitur Balb. cons. 171. vol. 3. Oldendorp. d. tract. tit. 7.

6 In relictis ad pias causas supradicta conclusio fallit, sufficit enim semestre ad exequenda ea legata, quod cedit à die insinuationis, auth. de eccles. tit. §. si autem legatum, col 9. Specul. d. §. nunc vero, vers. pen. Abb. & comm. Dd. in c. 3. ext. de testam. Ias. in l. à D. Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. num. 13. Oldend. tit. 7. num. 7. Io. à Canib. p. 2. §. quæro, num. 17. Rom. cons. 228. nu. 10.

QVÆSTIO VI.

SVMMARIA.

1 *An teneatur executor cauere.*

2 *Distingue, aut datus est executor à lege & non tenetur cauere, aut datus à testatore, aut iudice.*

1 QVæro, an teneatur executor cauere? Respond. negatur per l. nulli, C. de Episc. & cler. vbi ponuntur regulæ, quæ debent ab executore obseruari, sed nihil de cautione agitur, & probant not. in leg. si

lib.Ripa l.centurio,num. 105.ff.de vulg. Bald. in l. si quis ad declinand.C.de episc.& Cler.Bart.in leg. centurio,ff.de vulg.& pupill.& in l.alio, ff. de alim. & cibar.legat.faciunt notat. per Innoc.in c. Ioann. & c.cum tibi.de testam.Bart.consil.3. nu.3. Rofred. in tit.de actionibus ext. de testam.vers.quid si erit, Specul. de instrum. edit.§. nunc verò aliqua.vers.item pone quòd aliquis,& ibi Ioann.And. in addit. Boer.decis.204.num.47.&hanc refert communem Benedict.de Capra de execut.vltim.volunt.memb. 4.num.4 item in l.ad declarand.C.de Episc.& cler. Zas.in l.si hæres.nu.5. ff.de condict.causa data:semper enim executores censentur instituti vel substituti, alio hærede non vocato, l. alio,à contrario sensu,ff.de alim.legat.Fulgos. consil. 47. quod incipit, seruus Michael.colum.2.vers.sed & illud mouet Aret.cons.64.diligenter & maturè,colum. penultim. ante med. vers.præterea hoc tene: Bald. Ruin. consil.4.colum.3.circa fin.lib.3. Crauetta consil. 402.n. 9.lib.3.

2 Et his vniuersalibus executoribus plerumque in testamentis solet dari facultas à testatoribus, vt propria authoritate accipiant honorum hæreditariorum,quantum opus sit, ad explenda testatorum iussa, qua de re videatur Innocent.in c.cùm tibi,de testam.Bart.consil.182.colum.2. Ioann. And. & Abb. in c.Ioann.de testam.Speculat.dict.tit.§.nunc verò aliqua, vers.& scias, & ibi Ioan.Andr. Ioann. Fab. colum.2.ad Paul. Castr. in leg.nulli, C. de Episc.& Cler.gloss.& Bartol.in l.alio hærede,ff. de alim.l. & in l.Lucius,§.1.ff.de legat.2.

3 Aut non est vniuersalis, sed cum aliis hæredibus simul institutus, aut ad rem certam distribuendam datus,& non habetur loco hæredis,l.quoties, C. de hęredibus instituend.l.1.§.si ex fund.ff.eod.& tradit Speculat.in §.nunc verò aliqua,vers.porro si sit executor.*Bart.* in l.hæreditas, & ibi Alexand. in addition.ff.de hęredibus instit.*Bart.*in d.l.centurio,colum.8.versic.sed quid si testator dixerit: & in l.alio, colum.3.versic.quæro, ff.de aliment.legat. *Bald.*citatus per Alexand.consil.45.colum.3.& seq.volum. 1.& consil.162.circa primum, colum.penultim. colum.2. & consil.12. volum. 3. adde Curt. consil. 74. Capra memb.6.nu.8.& seq.& nu.85.& in 4 memb. num.5.vbi pluribus exagitat hanc quæstionem. Executor enim talis est iudicandus,qualis est is, propter quem datus est, vt testatur *Bald.* in l. quoties, C.fami.bercisc.& d.l. si quis ad declinand. C. de Episc.& cler.arg.l.annua,§. Titia,ff.de ann.legat.vide Alexand.supr.dict.consil.colum.3. num. 18. & seqq. At eæ personæ, propter quas dati sunt executores particulares, non dicuntur hæredes propriè, sed legatarij tantùm,ergo & executores tantùm sunt loco legatariorum,non hæredum, de qua re latè in §. hæredit.q.3.tractauimus.

QVÆSTIO IX.

SVMMARIA.

1 *An executor possit agere.*
2 *An idem in rebus profanis,non satis inter DD.conuenit.*
3 *Possunt agere siue sint meri,siue mixti.*
4 *Quidam distinguunt inter merum & mixtum executorem.*
5 *An executor possit cogere hæredem vt adeat hæreditatem.*

1 QVæro an executor possit agere? Respondeo: in piis causis quòd possit.consentiunt comm. Dd.vt testatur Couarr.in c.Ioannes, de testam. nu. 5.facit l.alio,ff.de alim.& cib.legat.leg. nulli, & l.si quis ad declinand.C.de Episc.& cler.Specul.dict.§. vers.scias,Iacob.de Aren.in tract.de execut.Cyn.in d.l.id quod pauperibus,C.de Episc. & cler. Ioann, Andr.in addit.ad Spec.d. vers.scias,& vers. quid iure, Alex.cons.99.viso & considerato,in fi.lib.2.Bar. l.si quis Titio,ff.de legat.2.Bald.in d.l.id quod pauperibus,& l.nulli,C.de Episc.& cler.

An idē in rebus profanis,non satis int. Dd.conuenit,& quòd non possint agere, licèt recipere & distribuere possint,& procedere,etsi testator dederit potestatem ipsis omnia sua legata exequendi,& ad hoc allegat leg. Lucius, §.Mæuia, ff.ad Trebell. Spec.d.§.vers.notādum quoque est,& ita commun. Dd.tenere refert Benedict.de Capra membr. 6. nu. 11.& eam sententiam præcipua sequitur pars Canonum,teste Barb.reprehendente in eo Salic.vt refert Pyrr.in consuet.Aurelian.c.16. 2

Secunda opinio est,quòd possint agere,siue sint 3
meri,siue mixti,tenet gl.in l.si quis Titio, ff. de legat.2.& per text.l.1.ff.de administr.tutor. vbi tutor qui executori,secundùm Canon.æquiparatur,agere potest,c.10.potest.& gl.in d.l.tut.ff.de tut.& ita Iac. de Aret.& Bal.in d.l.nulli, & l.id quod pauperibus. Mod.in d.c.*Io.* hàncque magis communem dicit Salic.in d.l.nulli.quem sequitur Pyrrh.d.loco.

Tertiò sunt qui distinguunt inter merum & mix- 4
tum executorem,illum agere non posse,per text.d. l.Lucius,§.Mæuia,ff.ad Treb.& per alleg. sup.hunc verò contra hæredem,& quemlibet bonorum possessorem rectè agere posse, vt est text.d. leg. si quis Titio,& ibi Bart.ff.de legat.2.Abb.& communiter Dd.in Regia l.4.tit.10.part.6.Oldendorp.dict.tractat.c.6.Card.in clem.vnic. de testa. quæst.13. & *Imol.*colum. vlt. qui concorditer asserunt indistinctè agere executorem posse, testatore ei hoc concedente, à qua ego non recederem propter leg. si à plurib.& l.quidam, §. si scriptus.ff. de leg.1. & vide quæ notat Roland.dict.leg.num.12.& Ioan.Delect. de arte testand.tit.de tutor.& execut.test. cautel.9. circa fin.

Illud etiam hîc quæritur, an executor possit co- 5
gere hæredem, vt adeat hæreditatem? Resp. affirmant Dd.com.per text.l.quia poterat, l.cogi,§.general.& l.nam quod,§.non omnis, ff. ad S C. Treb. Spec.dict.§.vers. quid si hæres scriptus,59.à Canib. part.2.§.consultis,num.1.& seq.Couar. cap.3. num. 5.ext.de test.

QVÆSTIO X.

SVMMARIA.

1 *Inter quas personas executor relictus ad distribuendum inter pauperes, debeat distribuere.*
2 *An executor, cui electio à testatore commissa, etiam se ipsum possit eligere in pauperem.*
3 Si *in veritate est pauper, potest seipsum eligere.*
4 *Bene potest consentire electioni de se facta ab aliis.*
5 *Executor datus ad distribuendum inter pauperes, potest eligere consanguineos.*
6 *Semper testatoris consanguinei debent præferri cæteris.*
7 *An executor possit eligere filium spurium testatoris pauperem.*
8 *An executor grauatus singulis annis dotare virgines pauperes, possit etiam aliquid in dotem dare iis, quæ non omnino sunt pauperes: & suas an possit eligere filias.*

9 *Si hæres rogatus hæreditatem expendere post mortem ipsius, in virgines maritandas, an possit illam erogare in vita.*

10 *Si non in tali electione perseuerarit hæres vel executor post mortem hæredis, valeret.*

1 QVæro inter quas personas executor relictus ad distribuendum inter pauperes debeat distribuere? Respōde, inter eas personas quas testator nominauerit, nec quicquam debet sibi de illis retinere, nisi forsan summa eum premat egestas: Card. in clem.1.colum penultim.quæst.22.de testam.text. in c.tua nobis, ext.eod. Imo. d.cle.1.colum. penult. vers.num quid executor. & Petr.Anch. colum. fin. & in quæst.3.

2 Hinc quæro, an executor, cui electio à testatore commissa, etiam seipsum possit eligere in pauperem? Respond.communiter concludunt Dd. quod non possit, c.final.de iusti.& cap per vestras, de iur. patronat.facit.l.si tibi mandauero, §.si tibi centum, ff.mandati.& tenent Dd.in c.fin.de testam.in 6.Marian.Soc.consil.11.num.3.volum. 1. Paul. de Castris, in l.si is cui in princ.C.de furt. & per not.in c. cum iure peritus, de elect.adde Felin.c.cæterum, colum. penultim.de off.ordin.Per.Anchor.d.c. fin.colum. penultim.quæst.9.in princ.

3 Et hæc prædicta procedunt, si cum aliis ipsis executio sit commissa, secus si ipsi soli, tunc enim, si in veritate est pauper, potest se ipsum eligere, per ea quæ tradit Paul.de Eleaza. in clem. vnica, de testam.& Dd.moder.in cap.fin.eod. gloss. & Bart. in l.plane, ff.quod cuiusque vniuersitatis nom.& leg.si consul.in fin. ff.de adopt. Marsil.in d.l. si mandauero: §.si tibi, ff.Mandat.d.c.cum in iure de elect.& d. c.final.de instit.

4 Bene tamen potest consentire electioni de se factæ ab aliis, etiamsi ipse priùs alium elegerit: com. Dd.& Ioann.Andr.in d.c.cum in iure.& per gloss.& Sicul.in capit. consuluit, de iur.patron. Francisc. papius in addit.ad consil.Socin.dict.consil.26.

5 Illud etiam extra controuersiam est, quod executor datus ad distribuendum inter pauperes, possit eligere consanguineos, tam proprios quàm testatoris, c.1. de cohabita. cler. & muli.& ibi Abb. vbi And.Falco.in addit.Bar.& Angel.consil. 436. Ang. in l.Lucius, §.in testa.ff.de legat.1.Bald.in leg. illud. num.1.C.de SS.eccles.& consil.9. videtur quod electio, lib.1.& in l.id quod pauperibus, C. de Episc.& cler.Roman.in auth.similiter, num.3.ad l.Falcid. & & l.illa institutio, ff.de hæred.instit.Port.consil.27. num.20.Secus tamen est si sint diuites, Bald. in d.l. illa instit.& sequuntur comm. Dd.Ioann. Andr. ad Speculat.d.§. ibi, continuatur hic aliqua quæstio, Anchor.consil.336.Tiraquell.in tract.de priuil.piæ causæ, in præfat.fol.8.vers.& facit pro prima parte, & ita de facto respondit aliquandò Paris.consul. 45. num.15.volum.3.

6 Hîc tamē obseruandum, quod semper testatoris cōsanguinei debeant præferri cæteris: per not.in l. ab omnib.§.iussus, ff.de legat.1.& l.1.§.fin.ff.de coll. bonorū: maior enim pietas esse censetur, subuenire suis consanguineis egentibus, & præsumitur quòd testator magis de suis consanguineis, quàm extraneis senserit, c.fin.distinct.50.cap. æstimemus.quæstion.2.Ang. & Imol.d.leg. illa institutio. vbi Bald. vers.iuxta hęc quæro.& omnes in l.captatorias, nu. 8.eod.Alexand.ad l.diui, ff.ad l.Falcid.Anch.in cap. cum tibi, num.10.de testament.Laurent.Calca.consil.8.num.44.vide Paris.consil.26. circa fin.volum. 4.& hæc est comm.opin.

An executor possit eligere filium spurium testatoris pauperem, quęstionis est? Respond.affirmat Paul.de Castro in l.si is qui, ff.de vulg. & pupill. Iason.ibidem per illum text.colum. 3.Bald.consil.228. inchoante, erant tres fratres, in fin. volum.3.& plures vide apud Dec.vol.3.respons.1.n.52. 7

Negatiuam sententiam sequitur Bald.in d.leg.id quod pauperibus, C.de Episc.& Cler. & in l.ab eo, C.de fideicomm.& est text.in d. l. si is qui, vbi qui non potest capere per se, nec alio mediante, neque videtur datum arbitrium executori, vt contra ius disponat, l.quanquam, ff.de rit.nupt. & in l.Lucius, ff.ad Municip.& est text.in l.1.C.de nat.lib.quod etiam tenet Corn.consil.236.n.10.vol.11. Bermond. in tract.de pub.concubinariis, pag.mihi.311.num.8. Ioann.de Guald.de arte testand.tit.1. caut.14. nu. 9. Guliel.Benedict.in repetit.c.Raynut. in verb. & vxorem nomine Adelasiam.decis.5. num.122. de testam.Pala.Ruuios in l.9.num.16.Alexand.consil.54 num.1.volum. 7. & hæc de iure verior videtur opinio. Tu tamen vide ad pleniorem huius const. intellect.Nicol.Boer.decis.127.vbi pluribus in vtranque partem disputat.

Quæro, an executor, grauatus singulis annis dotare virgines pauperes, possit etiam aliquid in dotem dare illis, quæ non omnino sunt pauperes: & an suas possit eligere proprias filias? Respond.quòd sic Bald.nouell.in tract.de dote part.5. num.7.& l.si quis ad declinandum: vers. circa tertium membr. quęro.C.de Episc.& cler.Anch.consil. 436.Bart. l.si quia Titio, ff.de legat.2.Bald.in l.paupertas, ff.de execut.tut.Paris.consil.26.n.37.vol.4.Pyrrhus in cōsuetudin.Aurel.c.17.circa finem.

Quæro, si hæres rogatus hæreditatem expendere post mortem ipsius, in virgines maritandas, an possit illam erogare in vita? Negat Bart.in l.cum pater, §.à filia, ff. de legat. 2. quam sequitur Bald. Ang. de Perusio, Imola, Rom. Salic.refert Alex. in l.stipulatio ista, §.incertam, ff.de verb.obl.& plenius in leg. sed etsi alio, & l.recusare, §.si quis alio, ff. ad Trebel. & idem tenet Iason in l.post mortem. C. de fideicomm.quia tale tempus non respicit merum hęredis fauorem, sed pauperum viuentium mortis tempore hæredis in quorum præiudicium ante illud tempus electio fieri non potest per hæred.arg.text. d.§.à filia, hàncque commun. esse receptam docet Alex.& Ias.in præalleg.locis, quos sequitur Dec. in l.cum tempus, ff.de reg.iur.& hanc Bart.opinion.in pract. obseruari testatur Aquen.in l.sed etsi alio.in §.si quis sub condit.ff.ad S.C.Treb. 9

Quod tamen limita, nisi in tali electione perseueraret hæres, vel executor post mortem hæredis, & tunc valeret, non quidem vi electionis, sed tacitæ confirmationis, vt not.per Alexand.& Iason.in locis prædictis: & voluit prius glossa in d. §. à filia, & hanc esse ipsam veritatem ait Bald.in consil.75.volum.3.Dissentit idem Bald.in d.l.post mortem.Ratio est, quia si testator cogitasset de voluntate hęredis, hoc permisisset fauore animæ suæ, pro expresso igitur haberi debet, argu.text.cum gloss.in leg.tale pactum, §.fin.ff.de pact.Item quia tale legatum non videtur in se conditionem habere, quia relictum videtur intuitu diuini numinis, dicique quodammodo potest, immortali Deo relictum: ergo non exspectata morte, de consilio Episcopi poterunt pauperes eligi, quia testator non habuit affectionem ad certam aliquam personam, sed ad genus duntaxat personæ. Et istam opinionem sequuntur Rapha. 10

Cum, &

Cum & Paul.de Castris, in l.filiusfam.in §. dini, ff. de leg. 1. Fulgos.& Corn.in d.l.post mortem, & pro hac opin. consuluit eleganter Per. Anch. cons. 202. colu. fin. quem omnino vide, & eam tanquam veriorem sequitur Decius d.l. cum tempus, vbi adidem allegat Abb. in cons. 11.lib. 2. quem etiam refert & sequitur Barbat.in apostilla ad Salic.in d.leg. post mortem.Ang.de Aretin.in tract.de testam. in gloss.super verbo *eligendis*, fol.16.Aquen. in d.leg. sed etsi alio,& hanc posteriorem opinionem magis rationabilem, veriorem & communem dicit Cagnol.in d. l.cum tempus, vbi eleganter ac doctè in vtramque partem hac de re latè disputat.

QVÆSTIO XI.

SVMMARIA.

1 *An executores possint vendere res hereditarias.*
2 *Num absque bannimentis alienare res hereditarias executor possit.*
3 *An non requisito herede executor vendere possit.*
4 *Executor rem hereditariam non potest vendere, nisi præsenti pecunia.*
5 *Vbi executor habet expressum mandatum.*
6 *Non potest vendere quouis pretio, licet plenam habeat vendendi potestatem.*
7 *An hæres primo teneatur executorem, & eo existente non soluendo, demum emptorem conuenire.*

1 QVæro, an executores possint vendere res hæreditarias? Respond.per distinctionem: aut est executor vniuersalis,& vendere potest, aut est tantum particularis,& non habet potestatem vendendi bona defuncti, nisi expressim ipsi à testatore sit concessum,text.est in l.alio,ff.de alim. & cib.leg.& ibi Accurs.Bart.Bald.& Cyn.in l.id quod pauperib. C.de Episc.& cler.Ab.c.Ioa. & ibi Couarr. in fine, vbi eam dicit comm.esse Dd.opin.de Canib.part.2. §.consultis num.28.Oldeodorp.eodem tract. tit.6. num.2.

2 Num autem absq; bannimentis alienare res hæreditarias executor possit,quæritur:& verior est affirmantium opinio,per tex.l.1. ff.de reb.eor.& l.1. C.quando decret.opus non est.Bart.in d.l. & si fine, ff.de minoribus, & sequitur Benedict. de Capra d. tract.memb.6.n.117.

3 An autem non requisito hærede executor vendere possit, inter Dd. non conuenit, affirmatiuam sententiam sequitur Bald.in d.l. nulli vers.sed numquid hęres potest adesse,C.de Episc.& cler.cui astipulari mihi videtur Alexand.consil. 62.n.5. colum. 2.argu.l.quod si nolit,§.fin.ff.de ædil.edict. & per ea quæ not.in Clem.1.de offic.de legat.

Contrarium tenet Cyn.in leg.ab executione. C. quorum appellatio,secundum Bart.in d.l.alio.Nam hæres potest offerendo pretium pro legatis, vel cauendo intra terminum se daturum impedire,l.3. C. de iur.dom.impet.& idem tenet Paul.Paris. consil. 74.n.53.& seq.part.& hæc est communi Dd. calculo recepta secund. Benedict. de Capra memb.6.nu. 84.cum seq.& n.113. Ruin.consil.84.numer.13. volum.2.Bursat.consil.28.numer. 14. vide Specular.& Ioann.And.in §.nunc verò aliqua,&Pet.Anch.post alios mult.in d.c. tua nos,de testamentis.

Non tamen inficior quod bene absente hærede executor distribuere potest,d.l.nulli & ibi Iac.de Arena & Bald.ibid.cum quo comm. Dd. transire refert de Capra dict.n.113.

4 Proinde executor rem hęreditariam non potest vendere,nisi præsenti pecunia, alias enim non trasfert rei venditæ dominium,per ea quæ not. Bart. in l.à diuo Pio,§.emptorem,ff.de re iudicat.Bald.in l. inciuile,C.de rei vendicat. Alexand.in d. leg.à diuo Pio,& ibi Imol.Fel. in c.cum olim.vers.subdit Bart. de offic.deleg.& hanc communiter receptam refert Iason in d.l.à Diuo Pio,§.sed si emptorem,n.8.

Quod adeo verum puto,vt etiam quamuis totum rei pretium venditæ accepisset, & de vno minimo tantum haberet fidem, non transferat dominium, Bald.d.l.inciuile, & l.cum vendente, C. vbi caussæ fiscales,arg.l. quam diu.C.de distrac. pign. Iason in auth.qui rem,C.de SS. eccles.nu.17. in medio.ibi: vndecimo ad d.

Nonobstant notata per Bart.in l.alio,ff.de alim. & cib.legat.secundum ea, quæ notat Imol. & Alex. d.l.à Diuo Pio.vide Ang.de Aretin.in tractat.testament.in verbo executores,& omnino Iason.in dict. l.à diuo Pio,§.sed si emptorem n.7.

Limitatur tamen prędicta conclusio,in casu, vbi 5 executor habet expressum mandatum cum libera administratione,quia tum rectè potest,si agat bona fide,l.qui Romæ,§. Callimachus, & ibi gloss. com. recepta,ff.de verb. oblig.Bart.d.l.alia,ff.de alim. & cib.legat.Fel.d.loco,& Ioan.Iacob.à Canibus part. 2.tract.de execut.vltim.volunt.§.consultis, n.35.

Et quia bona fide debet vendere, sequitur quod 6 non potest vendere quouis pretio,licet plenam habeat vendendi potestatem, sed facta reuocari potest,non enim videtur bona fides in ea versari,cum res magni pretij pro modico sit vendita, & est express.text.in l.1.C.si vend.pign.aga.Bart.& alij in d. l.alia ff.de alim.& cib.legat.

Hic dubitari potest,an hęres primo teneatur executorem,& eo non soluendo, demum emptorem 7 conuenire? Respôdeo: quod indistinctè contra emptorem agat hæres,text.est in l. qui fundum,§. procurator. Pro emptore, quia alienatio facta non est iuridica, Bart.in d.l.à diuo Pio,nu.15. dissentit Paul. de Castr.in l.si precium,C.de procuratoribus,per d. l.1.ad quam dicit, quod Bart. non bene respondet, sed veram esse eius opinionem, si executores sint soluendo.

QVÆSTIO XII.

SVMMARIA.

1 *An legatarij habeant actionem aduersus executores testamentarios, de præstando legato.*
2 *Si dolo malaue fide circa executionem se gerunt, tunc omnino tenentur.*

QVæro an legatarij habeant actionem aduersus 1 executores testamentarios de præstando legato? Negat gloss.in leg.Firmio, §.1. super verba,ff.de hæredib.& sequitur Bar.in fi.leg. alio, ff.de alim.& cib.legat.& in l.si Tirio,17.num.6.ff.de legat.2.Cynus in l.id quod pauperib.C.de Episc. & cler. Bald. post gloss.in l.nulli.C.eod.Alexand.in l.in arbitriũ, n.11.ff.de legat.2. & hanc plerique dicunt communem:vide tamen Gomez. lib. 1. variar.resolut. cap. 12.num.12.

Secus tamen est,si dolo malaue fide circa execu- 2 tionem se gerit,tunc enim omnino tenetur. Speculat.sub tit.de instrument.edit.§.nunc verò aliqua,n. 53.& 58.Bald.in d.l.id quod pauperibus. Capra consil.84.num.19.cum seq.Riminald.consil.434.nu.26. vol.3.Capra dict.suo tract.de executoribus,memb. 7.in princ.num.2.& seq.& latè memb. 8.num. 4. &

5.in princ.Menuch.de arbitr.iud.quæst. lib. 2. cent. 5.cas.444.

QVÆSTIO XIII.

SVMMARIA.

1 *An Episcopus executor testamenti, in quo pauperes sunt hæredes instituti, possu pets se mitti in possessionem.*

2 *Idem dicendum cùm executor generalis datus est.*

3 *Idem, si executoris eligendi potestatem solummodo concesserit.*

4 *Fallit in executore dato pro loco pio ædificando.*

1 QVæto an Episcopus executor testamenti, in quo pauperes sunt hæredes instituti, possit peti mitti io possessionem, ex remedio legis vlt. C. de edict. diui Adr. Negatiuam sequitur Barbat: in Rubric.C.qui admitti, nu.175. quem recenset Dec. in l.vlt.C.de edict. diui Adri.Ang. Aret.§. substituitur,n.2. vers.quod facit, Instit. de pupill.subst. Sed quamuis multis argumentis Barbat. & Dec. banc negatiuam opinionem tueri conantur, affirmatiua tamen sententia,& de iure verior &magis communis est,&eam tenet Bart.in d.l.vlt.C.de edict.D.Adria.n.12.Bald.ibid.nu.36.Albert.nu.12.Alex.nu.10. Plant.in 1.lect.nu.112.Sapia.nu. 56. Curt.iun. nu.57. adde Bald.in l.si quis ad declinand.in princ. o.6.C. de episc.& cler. Bertach.tract.de episco.lib.4.part. 6.nu.17.Zuchard.n.253.ead.in l.vlt.

2 Idem dicendum, cùm executor generalis datus est,puta, si in vniuersum pauperes sunt instituti, Barbat.d.in loco,nu.12.Zuchard.nu.252.& alij modo relati:quia & hi loco hæredum habentur, vt refert Barbat. in l.hæreditas, la 2.de hæred. instit. & comm.Dd.in c.cum tibi,de testam.Alex. consil.45. nu.12.vers.nec secundum,vol.1.& consil.98.in fin.eiusdem lib.Ripa in l.centurio,n.105.de vulgar.

3 Quid autem,si testator nullos instituerit pauperes,sed executori eligendi potestatem solummodò concesserit? Idem esse respondet Bart.in l.illa institutio,nu.10.ff.de hæred.instit.Dd. commun. in d.c. cum tibi,vbi Imola de testam.& sequitur post alios Zuchard.d.l.vltim.n.253.

4 Fallit tamen in executore dato pro loco pio ædificando, vt refert Angel.cons.135. Nancius Mausioli col.2. considerari enim non potest, quod quis sit executor loci, qui in rerum natura noodum sit, sed tum demum,cùm iam ædificatum sit,idem Angel.ibid.

QVÆSTIO XIV.

SVMMARIA.

1 *Ad quem transeat exequendi potestas, mortuo testamentario executore.*

2 *Ad hæredes non transit executoris,nisi hoc à testatore sit dictum.*

3 *An ius eligendi transeat ad Episcopum,si is non eligat,cui eius potestas à testatore sit data.*

4 *An exequendi potestas mortuo Episcopo transeat ad Capitulum.*

5 *Quid si Episcopus est absens vel negligens, an Archiepiscopo incumbat executio.*

1 NVnc quæritur,ad quemnam transeat exequēdi potestas,mortuo testamentario executore, seu eo intra debitum tempus non exequente? Resp. Diuersæ hoc in casu sunt Dd.opiniones, teste Specul.sub tit. de instrum. edit. §. nunc verò aliqua, num.67. Nonnulli enim secundum Vbert. de Bo. & alios,quos refert ibid.Specul.distinguunt, inter iam inceptam ac inchoatam executionem, & eam, quæ nondum ab hærede cœpta: & priori casu executionem transferri ad heredem executoris:posteriori verò non item, sed ad Episcopum: & ad hoc plerique allegant l. nam & Seruius,§. penult. ff. de negot.gest.l.si mandauero,§.fin.& l.si quis alius. In hac & aliis Dd.distinctionibus,de iure verior est illorum opinio,qui voluot,executionem mortuo testamentario executore transferri ad Episcopum, nisi expresè refragetur voluntas testatoris,c. fin.§. penul.& in fin.extra.de offic.delegat. l. mandatum, 57.ff.mandati,l.1.ff.de fideicom. libert. l. spondeo, 59.§.morte,ff.pro socio.Innoc.in c. vos quidam, & gl.in c. si hæres iussa, de testam. idem affirmat Nicol.Eberhar.consil.167.in fio.Bart. & alij in l. si mihi & tibi,ff.de verb.oblig.Bald.in l.vnica,C.quand. non petent. part.col. vlt. & in d.l.id quod pauperibus,C.de episc. & cler.Felin. in ca. si quis contra,2. col. de foro compet. Moder.in tract. de iur. patronat.vers.ius,quæst.6.Paulus Paris.consil. 35.num.19. part.4.Boer.decis.38. ou.23.Iac. de Aren. in tractat. de execut.per text.in auth.hoc amplius,C.de fideicom.& text.supra allegat. Et hoc communiter Dd. statuere,testis est Curt.iunior consil.60.nu 2.

2 Quod non transeat ad hæredes, nisi hoc fuerit à testatore dictum, l.à re penult.cum gl. ff. de tutel.& ibi Bart. & probatur in ca. fin. & ibi gloss. in verb. mortuo,de testam.in 6.Dyn.in l.alimenta,In princ. eod.Iac. de Beluis. in auth. de eccles.tit. in §. si quis autem.Cyn.in l.id quod pauperib.in fin.C.de episcop.& cler. & ibi Bald.col.3.& in leg. fin.§. sed & si quis,l.commun.ff.de legat.Angel.in l. cum quis sibi,ff.de verb.oblig.

3 Hinc quæritur,an etiam ius eligendi,si is,cui cōmissa est electio, non eligat infra annum, transeat ad Episcopum? Respond. Negat Bart. in l.cum quidam,ff.de legat.2. & in l. post mortem, C. de fideicom.& consil.137.& l. executorem, C.de execut.rei iudic.& ibi Paul.Castr.Abb.& Anch.in ca. 3. de testam.& Anchor.in consil.413.quem refert Felin. in c.si quis cootra, de foro compet. Rom. consil. 228. col.4.Ant.in c.tua nos,de testam.Abb.in d.c.si quis cootra,de foro compet.

Affirmatiuam sententiam teoet Card. Imol. & Barbat.in c.3.de testam.ou. 41.Bald.in l.fin.§. sed si quis,C. comm. de legat.& in l. si quis testamento, per illum text.ff.de fideicom.lib.& in l.captatorias. & ibi Raph.C.de test. milit.Ang.consil. 64. & in d. l.captatorias, Anchor. consil.387. quem refert Fel. d. loco, & hanc de iure veriorem ac superiori magis commnnem testatur Corn.& Iason in d.l.fin.

Quæro an exequendi potestas mortuo Episcopo traosfeat ad capitulum? Resp.quòd non,per c.postulasti,de concess. præbend.& ita tenet & sequitur Ioan.And.in addit.ad Spec.tit.de instit.§.addit. nūc verò vers.item circa legit. Illud tamen omni caret dubio,quod illa exequendi potestas,quam Capitulum viuo Episcopo habuit, apud ipsum remaneat, & in ea etiam succedat,c.vtrum, ne sede vacante:& licet igitur non succedat in ipsam executionem, succedit tamen in execotorum compulsione, ca. is quem,de maior.& obed. & ibidem Ioann. And. & in c.Ioannes in verbo diœcesanus de testaoi.& notatur in c.1.ne sede vacant.&c.verum, de foro compet.& io hoc commun. Dd.conuenire refert de Capra dict.suo tractatu,memb.8.num.48.

Sed

5 Sed quid dicendum, si episcopus mortuus vel absens, vel infirmus, poteſtne Archiepiſcopus teſtamentum exequi? Regulariter non poteſt, ob negligentiam tamen Epiſcopi, bene exequitur, in certis enim duntaxat caſibus tantum habet iuriſdictionem in ſuos ſuffraganeos, vt notat c.paſtoralis, de off.ord. & inter iſtos caſus noſter non habetur, Auth.de eccleſ.tit.§.ſi autem ſe, collat. 9.c. quæ diuerſitatem, cap. poſtulaſti. de conceſſ.præbend. Tu igitur dic quod iudex ſecularis habeat hoc in caſu ius exequendi vltimas voluntates, l. 5. in prin.&§.4.ff.de alim.& cib.leg.l.hæreditas circa fin.de hæredit.petit.d. Auth. de Eccleſiaſt. tit. §.ſi quis ædificationem, & §. ſi verò ſemel. & §. ſeq. col. 9. & idem tenere videtur Vbert. ſecund. Spec.d. tit. verſic. ſed numquid iudex. & ſequitur Bartholomæus Nanius de religioſ.per text.l.præſtans, c.tranſ.l.1.& fin.de Epiſc.audien.& ita communiter DD. ſentire teſtatur de Capra membr. 8.num.53.

QVÆSTIO XV.

SVMMARIA.

1 *Executor poteſt ſe excuſare.*
2 *Et ob negligentiam recuſari.*

1. QVæro, an executor poteſt ſe excuſare ab hoc munere? Reſpon. quod ſic: & quidem iiſdem modis quibus tutor vel curator, quibus æquiparatur, gl.in l.filius aliàs eſt, l.plura, ff.de tutelis Bart.in l.ſi in emptione, §. fin. ff. de contrah. emptione. Bald.in l.cum ipſo cod. titul. Roman. conſ.119.in princ.idem tenet Dec. conſil. 12. viſo puncto, col. 1. verſ.iſti enim rectores: & ſequitur de Canibus, part.vltim.n.13.

2 Hinc etiam concludo: quod executor rectè poſt acceptationem ſuam, ſi modum in exequendo excedat, poſſit recuſari vt ſuſpectus: gloſ. com.approbata in l.apertiſs.l.1.de iudiciis, verbo executore. Specul.ſub tit.de inſtr.edit.§. nunc verò, num.53. Iaffred.deciſ. 341.& ſequitur à Canib. part.vlt.nu.28.

Nn j

FINIS.





INDEX

RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC SECVNDO VOLVMINE RECEPTARVM SENTENTIARVM MICHAELIS GRASSI continentur.

A

B

C

Filia

INDEX.

H

F

Filia

H

I

L

INDEX.

Possef-

Q

R

S.

Ven-

INDEX.

FINIS.





